TRACTATUS DE IURE PROTOMISEOS, SIVE CONGRUI PROSPERI...

Prospero Rendella, Antonio Caputi, Baldassarre Bendelli



PROSPERI RENDELLAE TRACTATUS DE IURE PROTOMISEOS, SIVE CONGRUI.

[illegible]


TRACTATUS
DE IURE
PROTOMISEOS,
SIVE CONGRUI
PROSPERI
RENDELLAE
è Monopoli J. U. D.

ADIECTIS IN ILLO GLOSSIS ANTONII DE CAPUTIS
de Melficto Antiqui Doctoris,

ET ANIMADVERSIONIBUS BALDASSARIS BENEDELLI
Jurisconsulti Profundissimi.

NON DUM IN LUCEM EDITIS.







NEAPOLI, Ex Typographia Lazzari Scorrigii MDCXIV.

Et Denuo in Officina Pauli Severini . MDCCXVII.
SUPERIORUM LICENTIA.

6 - 105

INDEX
OMNIUM RERUM
QUÆ IN HOC OPERE CONTINENTUR

Primus numerus Summarium, Secundus paginam indicat.



Æta-

INDEX

Con-

INDEX.

I N D E X.

D

Data

INDEX.

E.

Ec-

F

G

Ha-

INDEX.

H

I

I N D E X.

Jeta

INDEX.

INDEX.

N

O

P

INDEX.

Que-

Q

R

S

INDEX.

T

V

INDEX.

Uti-

F I N I S.

PRO-

PROSPERI RENDELLAE E MONOPOLI

IN CONSTITUTIONEM FEDERICI IMPERATORIS

De Jure Protomiseos.

SUMMARIUM.

1 JUS hoc vicinorum gratia proditum à Græcorum legibus taxisse originem, colligitur à titulo. Nec in textu constitutionis alio nomine nuncupatum videmus, ita ut erraverint, qui rubrum ponunt hic, de jure congrui, nisi id declarationis causa fecerint: Nam in partibus Neapolis, & Messinæ jus congruum appellatur, dicit *Bald. in suo tractatu in ead. l. numer.* 22. ideo posuit ipse *tit. de jure Protomiseos*, hoc est congrui, & *Benedel.* novissimè intitulat de Jure Protomiseos, sive congrui, potest *Marc. Ant. Bard. & Novell.*

Protomisis autem, sive potius Protomisis græcè dicitur προτίμησις, prælatio est, præpositio præoptatio à verbo Protimao, quod significat, pluris æstimo, præfero, honorem præcæteris habeo, ut habetur in dict. Cræ. Lat. ibi, προτίμησις ἀπὸ τοῦ προτιμάω, quam interpretationem, tacens locum, sequitur Damnatus quidam Auctor, refertq; *Andr. Tiraq.* interpres copiosissimus in præfat. operis de utroq; *retract. num.* 2. ac hujus originis testes affero Judices Barenses in suis consuetudinibus, ut infra §. scriptum est, notavimus.

3 Congruum autem qui denotat? explicat Oculatissimus *Napod. in consuet. Neap. si quis emit, ver. alicujus, numer.* 23. & in procemio *earundem consuet. §. quorum serie, numer.* 329. *ver. congruum. Et quasi Napodanum* non legisset, sibi ascribit *Tiraq. in dict. præfat. numer.* 3. moventur ex vi, & notatione verbi congruo, is, *ex l. congruit, C. de locat. præd. civi. lib.* 11. de qua textu valdè diserte intellectum docet *Jo: Vincent. de Franchis* merititissimus Præses, scientia, & conscientia in Regno præstantissimus, *decis.* 406. in causa appellationis.

Sed quæ est Protomiseos definitio ? *Marc. Mant. ad l. dudum, in princip. C. de contraben. empt. & vend.* nihil aliud esse, ait nisi jus quodam prælationis, concessum specialiter aliquibus personis : de quibus infrà, in contractu emptionis, & venditionis, quasi prima admissio.

M.Ant.Bardus ita. Protomisis est jus affectionis, & interesse ad rem immobilem.

Benedel. ita. Est jus affectionis, & interesse ad rem immobilem ex legitima prælatione retrahendam.

Ego sic, Est jus ordinatæ prælationis ad rem immobilem, ex quibusdam contractibus comparandam intra tempora constituta, vicinorum gratia. Sed fateor, quamlibet impugnari facile posse *arg. l. omnis definitio. ff. de reg. jur.* tu meliorem prescutare.

5 Vicinorum itaque gratia, principale est, quod in hac constitutione consideratur, quamvis aliquale sit odium extraneorum contrahentium, & dominorum alienantium; quorum libertas videtur restricta, & modificata, ut hic. Vnde vicinis potest dici jus favorabile intra tempora statuta pro retractu, cæterum ad favorem venditorum, & extraneorum, debemus interpretari; quorum commertia certo modo impeditur contra rationem, *tex. l. falso, C. de commer. rei alien. l. dudum, C. de contrab. empt. l. pen. C. pro socio.* Damnatur quidam, Autor, & pro hoc est dictum Andr. de Barulo *in l. curiales C. de præd. decur. sive decr. non alie. lib. 10. post Lucam de Penna*, qui dicit, asperitatem juris Protomiseos.

Nam, & sunt alii quorum favore quis cogi potest ut vendat rem suam : prosequitur *Mantua in d. l. dudum, in addi.* ibi, *vel dic. pro ratione dubitandi.* Damnatus quidam Auctor. *Affl. hic à num. 7. vers. in contrarium.*

Nam, & communiter tenetur statutis, vel consuetudine posse disponi contra *d. l. dudum* de qua communi opinione testatur *Quintil. Mandos. in tract. annal. casu post num. 150.*

Sed nos tenemus dispositionem hujus constitutionis non adversari *d. l. dudum*, ut infra notamus *ver. voluerit.*

6 Ratio autem motiva statuendis, est evidens ad vicinorum favorem, quò præferri debeant quam omnes considerarunt, nempe, cum sæpe confines fundos, etiam supra justam estimationem, nostre interest acquirere, *l. si cui ff. de leg. 2. cum concord. per Tiraq. & alios.*

Adde Horatii desiderium *lib. 2. serm. satyra 6.* præcantis Mercurium hominum commerciis prepositum inter gentes.

O, inquit, si angulus ille,
Proximus accedat, qui nunc deformat agellum.

Interesse autem nostra solet multipliciter, inter, quæ, ne si extraneis res confinis venderetur, malos vicinos sortiamur ob quos multa incommoda patimur, ut per *Cagnol. in l. 2. num. 293. ff. de orig. jur. Mar. Mant. singul. 7. ver. vicinum. & est tex. cum Glos. in l. quod sæpe, §. fin. ff. de contrab. empt.* ad hæc, & similia videatur. *Andr. Gayl. pract. observat. lib. 2. observ. 69. num. 19. Mantua problem. 285. lib. 3.*

8 Vicini salluginosi, pro admodum molestis accipiuntur, traducto significatu ab agris mari finitimis, qui plerumque solent ad culturam inhabiles fieri, ut in *Adagio* emendatæ editionis, *ver. salsuginosa vicina, fol. 259.* è contrario vicinum habere, à quo possis petere, optandum est in *Adagio fol. 888.* his adde *Jacob. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 83. & cons. 709. nu. 9. vol. 8.* Neque prætereundum extimavi, vicinos interdum cogi pro vicinis funus, sive exequiarum expensas facere, post Summistas concludit *Sebast. Medic. tract. de sepult. par. 2. q. 3. in fin.* cui adhæret Doctissimus *Surdus decis. 255. num. 12.*

9 Habemus itaq; ex his legis hujus subjectum, repetita origine à Græcorum legibus: quam tamen originem alii deducunt ab antiqua lege Mosis, quibus non adhæreo, cum nihil videatur inter hanc, & illam commune. Eo tempore non licebat agros simpliciter, & absolutè vendere, sed sub redemptionis pacto, & redimendi potestas non tantum propinqui proximioris fuit, quàm, & ipsiusmet venditoris fructibus ex eo tempore, quo vendiderat computatis, ita ut non ultra Jubilei annum venditio extenderetur: tunc enim omnis venditio redibat ad dominium possessorem pristinum, habetur *Levit. cap. 25.* quale jus præscripserat *Moses* per verbum Domini, non quia fuerit ex more in

10 Israel, sicut malè opinatur. *Napod. in prohæmior. jur. congr.* deceptus siquidem in sensu *tex. Auth. cap. 4.* ibi (hic autem erat mos antiquus in Israel inter propinquos) verùm ea verba referuntur ad modum, qui in recusatione, seu cessione, & renunciatione servari consueverat, non ad id quod dixerat de agri parte vendita, jure propinquitatis redimenda, corruptè, quomodo *Napod. in vulgata aditione allegat Genesi cap. 33.*

11 Vel dicamus esse credibile, quòd Græci Monsen imitati sunt, ratione non valde ab simili, qua retractum ille inter sanguine conjunctos introduxerat, de protomisi, jus inter vicinos statuentes. Deindè à Græcis quasi omnes populos in vim consuetudinis, & statuto eum illud idem sumpsisse, & observasse, ut & servant ferè ubique.

Federicum verò Imperatorem summa authoritate, eosdem Grecos imitatum, hanc legem in omni provincia, & in omni civile sancivisse, ut in *tex.* habetur primis verbis. Sic enim se habent res mortalium, ut alter ab altero accipiat, modo addendo, modò detrahendo aliquid, quod ad aliud propositum considerat quidam improbatus Doctor in *tract. loc. commun. actio. jur. civi. tit. de vet. act. solemni, nu. 5. & 6.*

12 Nec moveor, quia *Arnol. Ferron. in consuet. Burdig. de retract. §. 1.* neget Græcos, aut Romanos ista Judeorum instituta non tantum non esse sequutos, sed etiam explosisse, & risisse: nam verum dicere potuit, & authoritates quas adducit, probant, quo ad ritus quosdam illorum, non autem quo ad leges, sicut hæc fuit de

de retractu secundum ea, quæ ante notavi.

13 Qui tamen ex Federicis fuerit nostræ constitutionis Author, primus ne, an secundus, vel tertius? non apparet hic, nec aliquis ex nostris scriptor bus dixit. Primos duos antiquum, & juniorem meminit *Goffr. in Auth.cassa, & irrit.C.de sacrosanct. Eccl.* sequitur *Bald. in præ lud. feud. num.* 4. de Federicis dicitur errasse *Andr.de Iser.* ponendo unum pro alio, secundum *Cam. Salern. ad Napod. in consuet. Neap. rubr. de jure dot.* Eosq; prosequitur præcalendando *Fabia. Montel. in praxi arb. par. 2. qu.2. cap.qui Imp. Federici in Urbe fuerint*, atque horum historiam posuit Damnatus quidam Author, & è nostratibus *Jo.Ant.Niger in præ lud.cap.Reg.à num.7.*

14 Federicus primus multas edidit extravagantes constitutiones, quas nuncupatim recitat *Ant.Capic.dec.130. num.51.& 52.* hæc autem non connumeratur ibi quamvis,& ipsa extravagans sit appellata per *Phili. Dec. cons.* 619.*num.7.* & si illius Federici fuisset, credibile est, quod esset inserta *in volumine, Cod. vel Feud.* sicut, & aliæ quas promulgavit, & insertæ sunt.

Si dicis, fuisse Federici secundi, pro te faceret ratio;nam fuit Rex Siciliæ, ex Constantia matre Rogerii Regis filia, ut in Chronicis, & videtur sentire *Vinc. Maxill. in consuet. Bari, tit. eo. §. jus Protomiseos finis* dum opinatur, quia ista lex est generalis in Regno, quod sine difficultate asserit modernus Aloys. de Leo, quædam sine disputatione cumulans ad *l. dudum,in princ.Cod.de contrah.empt.* Et ante istos *Affl.in §.scriptum est*, 1.*not.*arguit,hanc legem in toto isto Regno Siciliæ servari.

Verùm tibi obstat, quia non est in volumine constitutionum posita, in quas idem Imperator, & Rex præcedentes omnes Regum Siciliæ sanctiones,& suas jussit esse transfusas,*l.1. §.præsentes,tit.de legib.& constit.1.lib.const.Reg.* Si hanc voluisset Federicus in Regno obtinere, nec illarum constitutionum volumine inseri mandasset, foret certè sine robore, *arg. d. §. præsentes, in fine per qua Andr. Isern.in const.si vassallos. de fidejuss.domin. vers.dominus poterit* ad propositum ejus constitutionis, sic „ ait (Imperator Federicus compilator harum „ constitutionem posuit hanc in isto volumine, „ si voluisset eam corrigi, non potuisset) facit *tex.21. dist. cap.si Romanorum, & Ludov. Rom. cons.512.vers.ad ultimum.*

15 Tene tamen audacter, fuisse Federici secundi, ut apertè dicit Author damnatæ mem. cùm allegat *Bal. & Affl.* super constitutione Federici secundi.

16 Objectis responde,ideo hanc legem non esse positam inter Regni constitutiones, quia voluit Federicus ipsam constituendo universaliter promulgare Imperatoris authoritate, cujus solius est communem legem condere, & dare in commune subjectis. *Auth. de instrum. caut. & fide §. quia igitur.* Suadetur ex verbo sancimus, posito in *tex.juxta Glos.notab. in cap. si quis ex militum, tit.const.feud.Domini Lothar. Imp.* Nam sancire, Imperatoris est *Arbr. ibi n.* 2.*& Ant.Caput.in d.vers.sancimus*, ubi etiam *Jacob.Novell. num.29.* sequuntur *Marant. disp.* 8. *& Maxilla in consuet.Bari si colonus*,asserentes hanc legem esse Imperii.

Quamvis idem *And.Caput.* dubitasse videtur infra *§. fin. vers. Ecclesia an sit habenda ut lex universalis, vel ut localis*, & post eum *Afflict. ibid. 2. notab. num.16.* in illis verbis (*ista opinio non procedit si volumus tenere, quod jus congruum introductum sit vigore juris communis per istam legem Federici, hæc ratio non procedit,unde posset alia ratio assignari, quia dato, quod ista lex sit jus commune,&c.*)idem *Affl. in §. scriptum est.1. notab.* arguit,quod hæc lex in toto Regno Siciliæ servabitur, sed non aperit an ut jus commune, vel ut Regni constitutio. Itaque tenendum est interpide Federicum sancivisse universaliter super Protomisi, non ut Regno tantum provideret, quoniam Imperator erat, quoniam sancivit in omni provincia, & in omni civitate, quoniam non hanc inseruit inter constitutiones specialiter si pro Regno Siciliæ compontas in *volum.const. sentit.Jacob.Cujac.consult.9.*

17 Verùm ex his oritur major difficultas de ipsius juris observatione,& authoritate. Primò quia leges Imperatorum, postquam limitatum fuit Imperium, magis constituunt jus locale, quàm universale,latè probat Author dãmnatæ mem. Cui respondetur in Regno Neapolitano,& Siculo specialiter constitutum, leges Imperii ut serventur, *Andr.Affl. in prælud. const. Reg.And.in princ.feud.*prout eum refert, & sequitur *Alex.in l.pro hærede, §.fin. num.9. ff. de acq.hæred. Paris.de synd.vers.sententia, vers. au dictum, in fi.*formaliter dicit in hoc Regno servari leges Imperatorum ex consuetudine, & ex tacito consensu Regum, & dixi *in reliq. Jur.Longob.*

Secundo obstare videtur, nam & si concedamus legem hanc dici posse propter Imperatoris authoritatem jus civile Romanorum, non tamen poterit dici, quod est de corpore juris magis, quam sunt aliæ extravagantes constitutiones, quarum extravagantium, quandiù non apparent usu receptæ nulla est ratio habenda, secundum *Glos.in cap.1. extra de tregua.Pet.Pau.Paris. cons.* 105. *vol.*4. idem Damnatus Auctor. Pro qua opinione videtur stetisse *Robert.Maran.in repet. l. filiusfamilias, §.1.de leg.1. num.117.* qui dicit, hanc constitutionem non servari ubique, sed solum in loco ubi viget: sibique *Maranta* est contrarius, cùm in *disput.8. in princ. firmat*, dispositionem hujus *constit.* communiter servari in Regno.

Teneo contrariam sententiam, quæ clarè probatur, quando quidem lex ista in studiis, & foris jamdiu divulgata est, & frequentata ergo, & servanda etiam si datam non habeat *ex Glos in feud.tit.qui sint rebell.ver.data.*

Qua ratione non est opus poni, vel articulari quoties rem vicinam petimus jure vicinitatis, juxta dicta *Napod. in probam. consuet.*

Neap. num. 25. Itaque contrarium asserenti, idest, hanc legem non servari, nec etiam usu receptam, onus probandi incumbit. *Vincen. Maxill. in §. jus Protomiseos finis, eod. tit.*

Imo fortius si in loco nunquam fuisset materia congrui practicata quasi per desuetudinem ipsa lege inubrata, adhuc competet jus congrui vigore hujus constitutionis judicatum in *Magn. Cur. & in Sacr. Reg. Cons. Neap.* testatur *Franc. Viv. in sylva commun. opin.* 831. *relatus in syntag. opin. universi juris vol.* 1. *loco* 2. *de statutis, ca.* 11. notanter *Jo. de Amicis cons.* 1. *ad* 3.

18 Addo, hæc constitutio non potest dici omnino extravagans, cum sit inserta post constitutiones Regni, eo quia ultima fuit, idest post constitutiones promulgata, allego *Ant. Cap. in* 1. *Glos. qui exorditur Scribitur hac lex fuisse ultima Federici Imperatoris, quæ in consuetudinem conversa est in omni provincia; &c.* atque idem *Capue. in epistola dedicatoria ad Nicolaum de Baro;* quem vocat egregium, eximium, ac doctissimum legum Doctorem (sic ait) *Sequentem legem, vel constitutionem, seu consuetudinem aliqualiter dimissam, commentandam assumpsi.* Pro hoc quoque adducto addentes in fine comment. consuet. Neap. ubi ita habetur *Habebatur hic constitutio Jancimus, de jure Protomiseos: quæ cum non sit jus consuetudinarium, & habeatur in consi. Reg. non videbatur necessaria.* In antiquis commentaris *Afflict.* ita est titulus, Constitutio ultima Domini Federici Imperatoris semper Augusti super jure Protomiseos.

19 Eodemq; modo reponitur in commentariis *Baldassaris Benedelli*, Sed Afflictus in hac re vix sibi constitit, qui *in §. scriptum est nu.* 11. *not.* 5. ait quia ista constitutio fuit de primis legibus, quas ordinavit Federicus, esse de primis legibus, & esse ultimam opponuntur è regione, quicquid tamen de tempore sit illud in confesso habetur fuisse usu receptissimam, neq; de ejus authoritate ulterius dubitandum, nam & Affl. ipse in sua præfatione concludit. *Igitur cum jus Protomiseos multum frequentetur in omnibus curtis Regni propter casus sepissimè occurrentes ad postulationem studentium hujus almi Gymnasii Neapolitani legere decrevi.*

20 Aliqui verò loci sunt in Regno, ubi constitutio hæc locum non habet propter speciales eorum locorum consuetudines, de Neapoli notat hoc *Pisanellus ad Napod. in consuetud. si quis emit. litera C. pagina* 333. *& Maran. in d. §. Divi num.* 117.

De Aversa testatur *Affl. in §. scriptum est,* 1. *notab.* atque ita in Sacro Consil. *judicatum affirmant Addentes in fine consuet. Neap.*

21 Barium, primaria civitas, propriis utitur consuetudinibus, quas commentatus est *Vinc. Maxil.* Atellanus conterraneus, & coætaneus Jacobi Rendelle U. J. D. patris mei.

Ubi autem in factum controversiis deficit consuetudo ad hanc constitutionem tanquam ad jus commune recurri, dicit notanter *Maxilla eod. tit §. 2. num.* 12.

22 Quid si essent hic Judæi, ut & fuerunt olim, priusquam edicto publico expulisset Invictus Imperator Carolus V. Nam & alibi, quandiù quietè vivunt inter Christi fideles, debere tolerari, dicit *Oldra. cons.* 264. *num.* 7. latè *Beccius consil.* 84. *casus de quo agitur num.* 3. & inde, Judæos certè inter Christianos immobilia possidere, non esse vetitum, probat *text. in cap. de terris* extra de decimis ubi *not. Petr. Raven.* in suo compendio communiter in hoc errari,

23 quod, & passim DD. tradunt, posse scilicet Judæos habere bona, & possessiones, quæ ab ipsis sine justitia prohibentur auferri *Abb. & alii in cap. sicut, de Judæ. Alex. in l. multum interest. in fin. de verb. obligat.* & cumulat *Petr. Paul. Paris. cons.* 2. *num.* 6. *&* 8. *parte* 4.

Et videtur inter eos pro retractu servanda lex Mosis, cum per eam legem inducta sit expressa provisio, juxta dicta *Calder. cons.* 10. *de testam.* quem sequitur *Hippol. Rimin. cons.* 118. *vol.* 2. & defenditur ab *Aud. Alciat.* qui oppositũ tenuit *resp.* 123. prout ipse *Rimin.* refert *num.* 23. *vers. & ut etiam non prætercam, & num.* 37. *vers. non obstat igitur primum.*

Verum retrahet jure hoc nostro Judæus à Christiano, & è converso à Judæo Christianus; quoniam concessum, sive prohibitum universitati, vel populo, vel civitati, in qua Judæi habitant, & ipsis Judæis concessum, vel prohibitum intelligit. *Alex. cons.* 75. *num.* 9. *lib.* 5. *Corn. cons.* 114. *ad fin. lib.* 1. *Franc. Becci. d. cons.* 84. *num.* 7.

Sunt enim ipsi capaces, & participes legum, & constitutionum, ut comprehendantur statutis loci, ex adductis per *Card. Paris. d. cons.* 2. quem videbis, & *Jo. Campeg. de dote, qu. ult.* qui firmat inter ipsos Judæos sine dubio servandam esse legem Mosis, & in ejus defectum commune jus nostrum, atque ita Mantuæ judicatum. Quod idem in pœnis servari latè congerit *Tiberi. Decian. in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 14. quibus legibus, & *judic. sine suppos. Juda.* Consueverant à Principe præcibus porrectis, impetrare Judæi, ut suis legibus, & patrio jure frui permitterentur: habetur epistola Cæsaris, & Agrippæ apud Josephum Antiquit. Judaic. *lib.* 16. *cap.* 6.

De usu legis Mosis inter Judæos notat quædam *Rober. Maran. in* 3. *par. sui speculi, à n.* 47.

24 Cavebis in præmissa conclusione; quoniam Judæi non ad omnium rerum comparationem quovis titulo sunt habilitati, neq; enim posset Judæus Christianum mancipium emere, vel alio modo possidere *C. ne Christianum mancip. l. unica.* ergo neque rem immobilem retrahere posset ubi esset Cappella Sanctis dicata, *arg. Auth. multò magis, C. de sacros. Eccl.* ex quo Ecclesias ipsas fertur Constantinus à Iudæis liberasse. *Glos. in cap.* 7. *vers. antiquæ, de Juda.*

25 Non sic fortè si venderetur ager ubi Christiani essent coloni; quoniam servaretur loci conditio, nec quicquam de personis eorum posset Iudæus, qui compareret, nisi consuetas pensiones exigere jure coloniæ, juxta *tex. cap. multorum, extra de Juda.*

26 Ve-

26 Verùm quo diligentiùs præmissa considerentur ad excludendum Iudæos à beneficio hujus constitutionis, est necessitas juramenti: quo tenentur, & qui aguut, & qui conveniuntur jure Protomiseos, per *tex, & quæ ibi not. infra, §. causa verò dotis, vers. ideoque.*

Judæus enim non gaudet dispositione casus ubi juramentum debet intervenire. *Glo. in Auth. jusjuran. quod præst. ab his, Bald. in rub. ff. de just. & ju. & in cap. 1. §. item sacramenta, de pace. juram. firm. Soccin. cons. 70. nu. 16. vol. 1. sentit. Affl. decis. 214.*

27 Hic agi oporteret, odiosa, ne an favorabilis nostra sit constitutio de protomisi? In qua quæstione *Andr. Tiraq.* satis superq; laboravit de sua consuetudine, similibusq; statutis loquutus in præfat. à *num.* 21. Ac multis hinc inde relatis, & discussis videtur sentire ad odia magis, quàm ad favorem referri, & consequenter strictè hujusmodi statuta intelligenda, atq; in id plurimos recenset, *num.* 60. & inde, ut non potuerint non admirari, *Jacob. Menochium cons.* 709. *vers. tertiò accedit. vol.* 8. contrariam opinionem magis receptam, ex dictis ibi per *Tiraq.* testari, nec sibi constitisse videri potest ex adductis *cons.* 666. controversia quam adversus, *vol.* 7.

Nobis in hac ipsa re ab authoritate Baldi non videtur recedendum, & *Affl.* qui in terminis propriis loquuntur, quorum locos citat *Tiraquell.* fideliter *num.* 60. & 61. & patet ex *textu constit.* quòd pœnalis est, & restricta ad certas contractuum species, similibus exceptis, ut suis locis adnotabimus, & *Luc. de Penna in l. curiales, de præd. curial. lib.* 10. meminit asperitatem hujus juris Protomiseos, tantum abest, ut dici possit favorabile.



INCIPIT CONSTITUTIO FEDERICI IMPERATORIS.

SAncimus amodo in omni Provincia, & in omni civitate, ut si quis fortè ex parentela habeat communem domum, vel agrum, vel vineam, vel immobilem divisam, vel indivisam, aut ex communi emptione, vel ex aliquo hujusmodi titulo, vel aliquo alio modo conjunctam & voluerit alienare prædictas res per venditionem emphyteosim, vel locationem, non ante concedimus alienare, nisi prius denuncietur iis, quos vocamus per ordinem in jure Protomiseos.

SUMMARIUM.

1 *Ratio vicinitatis habenda ex veteri lege, multorumque authoritate.*

1 IN Exodo 12.4. habetur. Assumet unusquisque vicinum suum, qui junctus est domui suæ.) Nam vicinum, seu fratrem tenetur quis diligere. Hinc *Cicero.* Citius vicinum (inquit) quam fratre juveris. Quare celebri proverbio locus cessit. Aliquid mali, propter vicinum malum. Aliquid boni, propter vicinum bonum. Ut non immeritò inter officia, & obsequia, quibus vicini devinciendi sunt, quò cum iis familiariterq; vivamus. Hoc præcipuum speciali favore sanciverit Federicus Imperator constitutione edita, quæ & favorabilis, & pœnalis est: cui commentarios fecimus, glosando, & notando post antiquos, & modernos Doctores, quorum justis laboribus nequaquam detraximus adscripti tamen nullius in verba Magistri.

SUMMARIUM,

1 *Amodo, idest post hac,*

Amodò,

1 AModò) *Tiraq.* legit (omnimodo) in præfat. operis sui solemnis de utroq; *retrac. nu.* 2. sed in vulgate æditione habetur, Amodo, significat idem quod posthac, ut est in ferendis legibus regulare, *C. de legib. leges, & constitutiones*; nam, & ex causa possent ad præterita referri, notat *Camerar. in repet. l. Imperialem, de probib. feud. alien. per Fed. col.* 8. *lit. Q. tex. notab. in cap. fin.* ubi *DD.* præsertim *Fel. extra de constitut,*

ftitut.ad declarationem d.l. leges,& constitutiones.

SUMMARIUM.

1 *Provinciæ subsunt naturaliter Imperio.*
2 *Signum universale restringitur per sequens particulare.*
3 *Denominatio Regni, & Imperii quomodo se habeat.*
4 *Provinciarum appellatio non est recens.*
5 *Provincia, quasi procul victa, exponitur.*

Provincia.

1 PRovincia, Supple imperio subjecta: cujus naturali dominio subesse Provincias, dicit *Bal. in l.ex hoc jure ff. de just. & jure*, etiam si regna forent, quæ Imperatorem recognoscerent, cum vulgò acceptum sit, non tantùm in proposito præscriptionis, de qua in *const. reg.* consuetudinem, ubi *And..* verum indifferenter pro una provincia regnum haberi, & accipi: *Luc.de Penna in l. per singulas. C. de discus. lib. 10. Gl. Caroli in Longob. de malef. & publ.crim. l.1. Affl.in alleg. const. 2. not. & 2. ponder. & in const.occupatis nobis*, 6. *not. Frecc. de offic.Mag. just. numer.* 16. pro hoc est *tex. cum gl. in cap. Andrianus*, 63. *dist. ver.per singulas provincias. Glosa* exponit in Francia, & in Hispania. Itaque regnum Neapolis sicuti una est provincia, tenet hic *Afflict.* quem citat *M.Ant.Surgens de Neap.illustr.cap.*24.*n.*15. & latè declarat *Ant. Caput.in eadem Glos.*

2 Hinc animadverti potest: verum esse, quod diximus hanc constitutionem universaliter fuisse promulgatam; quia cum idem Imperator Feder. voluisset legem concedere in regno Siciliæ, & ligare omnes subditos in constitut. per universas, non dixit simpliciter, in omni provincia, & in omni civitate, sed universale restrinxit, addito signo particulari, hoc modo per universas provincias regni nostre.

4 Regnorum denominatio antiqua est, & à jure gentium, *d.l. ex hoc jure* sed exiguis valde, & infrequentibus primorum mortalium cœtibus speluncis, cavisq; cavernis, & arboribus relictis, unum in locum coeuntibus, exigui quoque præerant Reges, *Cic.*pro *Sext.*& alii.

4 Qua de re primum Imperii nomen à Rege fuisse colligit ex historiis *Sabellic. Ennead.* 1. *lib.*1. adde *Petr. de Anchar.cons.*339. pro majore intelligentia. Contra verò provinciarum appellatio recens quibusdam visa est *Card. in clem dudum.vers.extra civitates,col.*1.*de sepult. And.Alciat.in l.notionem.§.continenter, de verb. & rer. sign.* Sed his non assentior; nam probo antiquissimum usum, & nomen provinciarum, *Deuteron.cap.*19. dicit Moyses, (Cum disperdiderit Dominus Deus tuus gentes; quarum tibi traditurus est terram, & possederis etiam, in tres æqualiter partes totam terræ tuæ provinciam divides.) Vides ergo, quòd regio illa trans Jordanem, terra scilicet promissionis, victis,ac expulsis Regibus, cœpta fuit dici pro-

5 vincia, quasi procul armis victa, ut est hujus nominis significatio de qua re *Giulielm. Bude. in pandect. tit.de offic.pro cons. Alciat. lib. 3. parerg. jur. cap.*3. *de Magist. civil. Carol. Sigon. de antiq.jur.provinciarum, cap.*1. *Franc. Marc. decis.*366.ubi latè de provinciæ appellatione.

SUMMARIUM.

1 *Jus protomiseos habet locum in villis, & casalibus sub civitate.*
2 *Casalia, & villæ civitatis legibus regulantur.*
3 *Civitas est nomen universitatis personarum, & domorum.*

Civitate,

CIvitate) puta Metropoli, quæ non subest provinciæ, vel dic etiam civitate: sub unaquaque provincia constituta: ut nullus occasionem sumat ignorationis, in *Authen. ut fac. nov.constit. §. ne igitur, & §. provinciarum, & Authen.de hæred.& falcid.§.fin.*

1 Sed an villæ, & casalia comprehendentur sub hoc jure, cum non sit horum mentio, differre enim videntur à civitate, ut in *Auth. de instr.caute. §. fin.* quod concedimus in stricta significatione. Verùm, & ipsa continentur, cùm sit satis legem dirigi metropoli, & civitatibus, & ita nullus erit non audiens ipsius legis promulgationem, *d.§ fin.de hæred.& falcid.*

2 Siquidem casalia, & villæ sub civitatibus continentur, iisdemq; legibus regulantur, ad *Glos.in Authen.quib. modis nat. effic. sui § si verò civit*, & hic prosequitur *Anto. Cap.* & post eum *Affl.* inhærentes *Napodano in proœm. consuet. Neap. §. audivimus equidem, ver. civitas*, atque idem affirmant post *Affl. Jacob. Novell. in hoc princ. num.* 118.& *Benedel. num.*26.& *seq.* idest jus congrui, & protomis. habere locum in villis,& aliis,quæ civitati subsunt.

3 Est autem civitas quæ universitati nomen habet, personarum, & domorum congregationem in se continens, nec non jurisdictionem honorem, districtum, & territorum sub se complectens. *Franc. Marc. dec.* 368. *num.* 2. & 3. *vol.* 1. quod & multis exornat *Nicol. Lose. de jure univers.par.*1.*num.*13. & inde.

SUMMARIUM.

1 *Hoc jure obligantur personæ utriusque sexus.*
2 *Ex parentela,idest consanguinitate, & ex parentum successione.*
3 *Parentum appellatio qualis in proposito retractus.*
4 *Res extra parentelam quæsita, subjacens retractui.*
5 *Ratio vicinitatis est precipua in hoc jure.*
6 *Hac constitutio differt à congruo Neap.*
7 *Differt etiam à consuet. Bari.*
8 *Gradus in jure protomisis computantur secundùm jus civile.*

Si quis ex parentela.

1 HOc jure protomiseos ita obligari fœminas, sicut & masculos propter dictionem, si quis, concludit *Ant. Cap.* latè disputans, & distinguens quibus casibus masculinum concipiat fœmininum, ex his, quæ habentur in *l.* 1. *ff. verb. & rer. sig.* & alibi per Civilistas, & Canonistas, quos vide apud *Ant. Thesaur. decis.* 269. ad quod videtur extra rem laborasse. *Benedel. à num.* 28. Majus dubium est num comprehendatur universitas, & nisi esset consue-

suetudo relata in fine constit. posset dici comprehendi, ut defendit *Jacob. Menoch. consil.* 799. *volum.*8.

2 Ex parentela autem exponi potest, idest ex consanguinitate, ut in *cap. parentela*, 35. *qu.*5. *in princip. cap. de consanguinitate ea, cap.q.*3. & licet parentes à quibus derivatur parentela usque ad tritavum appellentur, deindè majores ex legis interpretatione, *Jurisconsultus*, §. *parentes*, *ff. gradib.* vulgo tamen in consaguineis ex latere verificatur, *Abb. in cap. fraternitatem, de sepelt.* Et hodiè vulgò intelligimus, qui sunt ejusdem gentis, & invicem quoquo modo conjuncti, *And. Alci. in l. appellatione parentis, ff. de verb. & rer. sig.* sive conjunctio sit ex parte matris, sive patris, juxta doctrinam *Ang. cons.* 268. *Socc. jun. cons.*20. *lib.* 1. *& cons.* 1. *lib.* 2. *Deci. consi.* 222. *&* 275. *Rota Lucens. per Camil. Lepid. decis.* 106. qui loquuntur in terminis retractus, secundum eorum statuta.

3 Hic autem exponimus ex parentela, idest, ex parentum successione, majorum scilicèt, vel collateralium; quoniam in successionibus parentes intelligimus sanguine conjunctos, *cap.* 2. *extra de success. ab intest. & in Longob. eo, cit. l.* 1.

Vide infrà §. *in primis vers. Parentes.*

4 Unde infertur ex hac constitutione protomisi locum esse, non tantum ubi res fuit patris, vel avi, vel alterius ascendentis: ad quam naturalis haberi solet affectio, ut est *tex. in l. lex qua tutores. vers. neq; verò, C. de admi. tuto. tex. in l. si in emptionem, de minor.* 25. *ann. & id Glosa* ibi notat uti interesse mirabile, legesq; citata concordantes.

Sed etiam cum res fuerit alicujus ex collateralibus illius: qui vendit, imò plus, etiam si qui vendit sit prius acquirens, nec alicui ex parentibus successerit, quod ostendunt sequentia verba in *tex. Aut.* ex communi emptione, vel ex aliquo hujusmodi titulo, vel aliquo alio modo conjunctus (Quoniam in his quoque rebus consideratur affectio, & interesse vicinitatis *tex. in l. si cui ff. de leg.* 2. cujus verba notatu digna sunt (sæpe confines fundos etiam supra justam æstimationem interest nostra acquirere.)

5 Quæ vicinitatis ratio est præcipua: quæ in hoc jure spectatur, & quoties cum jure parentelæ concurrit in eadem persona, adeò prævalet, ut omnes vincat, & superat, habetur infra §. in primis vocentur parentes: qui sunt conjuncti) ubi notavimus post *Affl. & alios hic, & Marant. de multipl. alie. probib. n.* 118.

Est que rationabile, ut in his quoque rebus quæ non pervenerunt ex successione, detur prælatio, attento saltem ordine succedendi: quo consaguineus non tantum ascendens, vel descendens, sed & collateralis præfertur extraneo ab intestato absque distinctione rerum; quæ ad defunctum pervenerunt. *tex. in l.* 1. & per totum *ff. de success. ædic. ff. unde legi, ff. unde cognat.* quod prosequere per *Anton. Gomez. l.* 70. *Tauri*, *num.* 1. & per *Maranta* in propiis terminis protomiseo, de *multipli. alie., probib. num.* 110.

6 Hæc quoque advertendum, puto, differre hanc constitutionem à consuetudine Neapolis si quis habet, *tit. de jur. cong.* qua consortes rerum communium, & pro indiviso possessarum, non attenta ratione parentelæ, omnibus præferuntur in venditione communis rei.

7 Differre etiam in paribus terminis parentelæ à Consuetudine Bari, de jure protomis. per quam parentelæ ratio attenditur non simpliciter, ut hic notavimus, sed solum cum res ex parentela pervenerint. Cujus verba sunt „ Cumq; in hac parte hominum parentelæ defertur, si quis ex parentibus, res: quæ parentelæ fuerit, voluerit comparere, tamen de aliquatenus tangitur, in emendo poterit obtinere) concordat §. sed si res eo.

8 Ubi vero in hoc retractus jure, de parentela agitur, gradum proximitas ex jure civili deducitur, ita enim *Jacob. Cujaci. consulat.*9. Alii, inquit, spectantius canonicum: qui jus retractus deducunnt ex lege Mosis eadem ratione in successionibus: quæ & Mosaica lege comprehenduntur gradus numerandi sunt secundum jus Canonicum, hoc aut est falsum, ergo & illud Numerentur ergo secundum jus civile: quia & ejus originem non longius repetimus, quam à constitutione Federici in Occidente, & Romani Lacapeni in Oriente: & retractus jus nihil aliud est quàm emptio, venditio, contractus autem jure civili reguntur. Nec verum est jus retractus esse ex Mosaica lege, malè enim acceptam à nostris hoc jure esse Mosaicam legem, verba legis ipsæ demonstrant, hactenus Cujac.

SUMMARIUM.

1 *Notatur lapsus Antonii Caputi.*
2 *Verbum habeat ad vendentem hic refertur, & quid significet.*
3 *Dictio aliquid est particularis affirmativa.*
4 *Re vendita à non Domino an currat terminus.*
5 *Vicinus, ut jus protomis. petat, quomodo habere rem debeat.*
6 *Opinio ipsius Authoris resolutiva questionis.*
7 *Servitutem habens in fundo debet esse vicinus, ut aliis præferatur in retractu.*
8 *Per dotalem fundum conj unctus, quod jus habeat in congruo.*
9 *Uxor retrahit rem à marito venditam, etiam ipso reluctante.*
10 *Statuto impediente uxorem agere absq; consensu viri, quomodo ei succurrendum. Et an currat tempus?*
11 *Quæ possessio, & quod dominum sufficiat retrahenti?*
12 *Maritus agit pro re dotali æstimata ad retractum.*
13 *Marito, & uxori simul quo casu pro retractu est denunciandum.*
14 *Viro denunciato, utrum videatur, & uxor denunciata?*
15 *Maritus cum ipse denunciatus retrahit. soluto matrimonio an rem retractam restituere teneatur uxori, vel hæredibus.*
16 *Lapsus Peregrini.*
17 *Resolutio, & distinctio nova Auctoris.*

18 *Actio*

18 *Actio Juris congrui personalis est in rem scripta.*

19 *Reprehenditur opinio Marantæ.*

20 *Fundus emptus ex pecunia dotalis non fit dotalis.*

Habeat,

1 HAbeat) ad hoc verbum est longa *Glosa Ant. de Caput.* quam ipse mutuatus videtur à *Napoda. in 1. consuet. de jur. congr. vers. alicujus.* Sed malè applicat, dum intelligit id verbum referri ad eum: cui jus protomiseos competit, inferes, ut debeat accipi, & intelligi hæc constitutio de habente, & possidente jure totalis dominii, vel saltem utiliter. Nam, inquit, utiliter dominus vendicat per utilem in rem, & sequitur ut ibi per *Napod.* Et de eodem verbo habere *Afflict. hic* §.8. *Not.* 5.

2 Tu verò cave, quoniam sermo est de eo: qui vult alienare per venditionem: vel per emphyt. vel per locationem rem immobilem aliis conjunctam, ut patet in litera, non autem de volente retrahere per protomisim, ut *Caputus* contra verum sensum exponit. Itaque cum habere Verbum duobus modis accidi possit juxta *l. habere, & l. id apud ff. de verb. & rer. signif.* uterque modus in vendente, non dico in retrahente, locum habebit propter ea: quæ sequuntur in contextu ibi. Vel ex alio hujusmodi titulo, vel aliquo alio modo,) & sic concordat *Glos. d. l habere vers. emerit.* Et pondera
3 dictione (aliquo) quæ talis est, ut in qualibet parte minima, verificetur *not. in clemen. quā vis de foro comp. ver. parte aliqua Petr. Ancar. consi.* 160. *Aym. Crav. consi.* 204. *num.* 4.

Et ratio est in promptu; quoniam respectu venditoris non est inquirendum, quantum scilicet attinet ad jus protomiseos, quomodo rem habeat: & possideat, quandoquidem venditio rei alienæ etiam fieri potest, & vera venditio dicitur. *l. rem alienam ff. de contrah. empt.* & si qui vendit non est dominus, transfertur tamen in emptorem usucapiendi conditio, *l. ex empto in princ. de actio. emp. quo argumento Jo: Ang. Pisanel. ad Napod. in d. 1. consuet. in princ.*
4 tenent, quod quando aliquis vendidit tanquā dominus, licet vicini sciant illum non esse dominum, debent tamen petere rem jure congrui, ne tempore retractus discurrant, & excluantur, quod est notabile.

5 Sed an idem observabimus quò ad retrahentes? hic non dicitur; & in sequenti textu vicini vocantur sub appellativo conjunctionis rerum, non expresso quo jure conjuncti esse debeant ad obtinendum jus protomiseos. Verum ut dixi *Napod. in d. 1. consuet. vers. Alicujus dici.* Illum habere jus congrui: qui est dominus rei collateralis saltem utiliter, non enim quilibet detentor, seu possessor puta inquilinus seu precarius, neque fructuarius; quia res fructuaria non est fructuarii, sed aliena, quamvis in corpore scilicet, alieno jus habeat. Et ita nostro jure protomis. concludit *Anto. Caput.* ut supra retuli post *Napod.*

Jacob. Novel. hic num. 141. tenent oportere agentem jure congrui, ut possideat rem confinantem naturaliter, & civiliter, & sit dominus rei in totum, & non in patrem. Attamen sibi contrarius §.2. *num.* 137. affirmant non excludi à jure congrui eum: qui habet servitutem in aliquo fundo, ex quo habet jus annexum rei, & conjunctum cum ipsa re in totum, & in parte, sicut etiam locator ad longum tempus per *Afflict. num.* 37. *Bald. cons.* 325. *ad finem vol.* 1. *Tiraq. de retrac. lignag. Glos.* 14. §.1. *num.* 29. *& nu.* 85. & in ista opinione, quod habens servitutem prefertur aliis vicinis. *Novellum* sequitur *Borgni Caval. de contract. dec.* 20. *n.* 30. *& n.* 47.

Maxilla in consuet. Bari eod. tit. §. *colonus transit cum Napod. & Caput.* quem allegat in hac eadem *Glosa.*

Afflict. hic num. 36. *vers. item quero,* an ad hoc simpliciter tenet, ut quis habeat jus congrui, oportere, vicinum rei collateralis esse dominum, ità quod ejus dominium habeat, *& vers. Item quæro* dixi. jus congrui, inquit, competit dominio rei vicinæ, ubi meminit solius *Napodani.*

Item *Afflict. decis.* 338. *num.* 8. pro indubitabili ponit, quod agenti jure congrui sufficit probare adversarium emisse, & possedisse, vel dolo desiisse possidere, & agentem esse collateralem.

Dominus *Præses de Franchis decis.* 242. sequutus *Napod.* concludit jus congrui competere Domino vero, vel putativo, idest bonæ fidei possessori, per *l. suos, ubi Glo. ff. de leg.* 3.

Sed *Benedellus in hac rubr. num.* 43. accedit *Marco Antonio Bardo eod. tract.* §.4. *num.* 7. asserenti satis esse agenti probare possessionem de præsenti, per quam deinde præsumitur dominium, cum hic non principaliter quæratur de domino inter eos, sed incidenter ex quo principalis quæstio est retractus, per *Paris. consi.* 57. *num.* 44. *vol.* 4. *Ripa in l. rem qua nobis. nu.* 52. *de acq. poss.* Sed tu cave; quia Benedellus non percipit terminum, cum idem sonet dominium putativum, & præsumptum, idest, cum dominium allegetur, & incidenter deducitur, probare possessionem presentem, nam non satis est probare, quod possedit, sed quod ut dominus possedit, & ita sufficit possesionis probatio. *Barto in l.* 27. *de condit. instit.*

Bald. in princ. sui retractatus, si tamen est *Bald.* ante omnes exorditur. Patet per hanc constitutionem, quia domino tantum rei vicinæ competit jus protomis. & actio ex isto jure protomis. intelligitque hanc constitutionem dicere, quod si quis habuerit domum communem, aut agrum, & cæt. vel aliis titulis, domino competit jus protomiseos, quem tamen sensus ad hunc textum nos impugnavimus reprehendentes *Caputum.*

Teneo cum *Bald. Napod. Caputo. Affl. & Domino Præside,* competere hoc jus domino vero vel putativo possidenti rem vicinam: per quem petitur jus retractus, & cum possessio probatur, præcedente allegatione dominii, talis esse debet ex qua resultet præsumptivè dominium saltem, si non habetur ejus vera probatio, quæ opinio est communis, & recepta.

7 Id

7 Id autem: quod posui de habente servitutem in aliquo fundo, ut aliis vicinis præferatur, declaro, & intelligo, quoties præter vicinitatem, & conjunctionem rei habet etiam jus servitutis annexum. Secus si tantum, innitatur ipsi servituti: quæ cum sit jus, neque lateribus circumscribatur, meritò non habet hoc jus protomis. ubi principaliter consideratur ipsa rerum immobilium conjunctio, non simplex jus in re, ut in terminis servitutis personalis, sive mistæ, dixit *Mayol.* non esse locum protomisi. *in d. §. colonus* vide infra *vers. rem immobilem*. notanter *Anton. Gomez. in l. 70. Taur. num.* 521. ubi quia usufructuarius ideo non retrahit, quia jus servitutis habet in re; non rem ipsam. de quo ultimo; vide infra *vers.* per emphyteosim.

8 Quædam sunt personæ: quæ non simpliciter rei vicinæ dominium habent: de quibus contingit dubitari, an & quomodo jus protomiseos habeant? exemplum, cum rei dotali fundus conjunctus venditur. Primum enim quæritur, cuinam, denunciari oporteat viro ne, an uxori, vel potius utrique? cujus resolutio dependet, ut intelligamus, cui ex iis jus retractus, & protomisis competit, Nam quandoq; soli uxori, quandoq; soli viro, quandoq; utriq;

9 Si variæ causarum figuræ attendantur. Prioris facti species. fingatur, maritum vendidisse situm prædium vicinum prædio uxori; quod ipse vir possidet dotis causa, cuidam extraneo, nullus inficiabitur, uxorem ad retractum admitti etiam marito repugnante. Probaturq; ex his: quæ in filio familias retrahente rem à patre venditam adnotat *Tiraquell. §. 1. Glos. 9. à num. 47. Boer. eod. tit. §. 1. in fine, Hieronym. Magon. Rotæ Florentinæ decis. 26. Jacob. Novel. hic §. 2. num. 24. & inde pagina* 105. & 106. *per text. in cap. constitutus extra de in integr. resti.* ubi omnes not. igitur hoc casu uxori denunciandum est; cui jus vicinitatis competit, ita in terminis respondet *Camil. Borell. consil.* 61.

10 Sed quid si ex consuetudine, vel juxta formam statuti impediatur mulier agere sine consensu viri? respondet *Nicol. Boer. d. §. 1. in fin.* quod currunt tempora retractus in ejus præjudicium propter dictum *Jo. Fabr. in l. 1. C. de bon. mater. argum. d. c. constitutus*. Et quia necessitatur maritus ad utilitatem uxoris consentire, vel potest ipse judex aliis mediis mulieri agenti providere, ut in filio familias habetur, & *not. in l. cum non solum. §. necessitate. C. de bon. mater. ponit Simoncel. in tract. de decret.*

Plus dicunt DD. quod cum contractus est mulieri utilis, eodem statuto præsupposito, non est opus viri licentia, eamque communem traditionem firmat. *Anto. Gomez. ad l. Taur.* 54. *num.* 2.

11 Per quæ confunditur, quod idem *Jacob. Novel. asserit in princip. d. constitut. num.* 140. & *seq.* necesse agente possidere civiliter, & naturaliter. Nam & contra civiliter etiam possidentem agi potest. *Joan. Fabr. in Breviar. C. ubi in rem actio. l.* 2. & *in l. 1. de bon. mater.* & alii alibi, benefacit in proposito *Jo: Ang. Pisanel. ad Napodan. in 1. consuetud. vers. alicujus. litera. A.* ubi cum dixerit *Napodan. num.* 29. illum habere jus congrui: qui est dominus rei collateralis saltem utiliter, addit *Pisanel.* quod sufficit habere actionem ad dominium absque possessione: maximè, inquit, quia consuetudo non exigit possessionem. Eaque confirmatur, quoniam spes quidem certa est, consolidationis dominii in filium finito usufructu in adventitiis, & pariter dotis: cujus restitutio, & consolidatio in uxorem & ejus hæredes non à casu, sed à necessitate dependet, perbellè *Alber. Rosat. in l. sciendum, in princip. post numer.* 18. *D. qui satisd. cogan.* Simile est in novi operis denunciatione, quamvis enim rem non possideat: in qua fit nunciatio, cum quis jus habeat, & edeficium domino possit esse damnosum eo tempore: quo dominium in ipsum consolidabitur, seu quo ei placebit rem vendicare: cujus jura per edificationem minuantur, posset hodie nunciare, ne durior efficiatur ejus conditio. eleganter *Andr. Alciat. in l. 1. in princip. numer.* 60. *D. de novi oper. denunciat. subditque post Jasonem*, quòd qui spem probabilem ex præsenti habet causa, ut quamprimum possideat ad nunciandum admittitur. Spem habet uxor indubitabilem, interim naturalit. domina, est, & verè domina, quamvis juris subtilitate ejus dominii fiat in maritum transitus dotis tamen *causa l. in rebus. C. de jur. dot. l. Pomponius; Philadelphus. D. famil. herci.* possidere quoque rem cum marito legis interpretatione dicitur. *dict. l. sciendum. §. si fundus, qui satisd. cogan.* sua prætereà interest vicinum fundum rei suæ dotali retrahere. *ad tex. in l. si cui ff. de leg.* 2. cum concordant. sequitur licere ipsi mulieri, licet in bonis mariti dos sit, actione experiri ratione ejus juris: quod adhuc penes eam remansit. *text. in l. quamvis. D. de jur. doti. Innoc. in c. quamvis extr. de re judic. contra Glos. in l. sæpe. §. sed scientibus. C. eod. de re judic.* Neque enim est marito sicut nec patri præjudicium, cum filius, vel uxor hoc casu agit ad rem à patre, vel à marito venditam, cum extraneis emptoribus nulla competat adversus patrem, vel maritum actio evictionis, juxta notata in *d. c. constitutus Tiraq.* & alii in id relati per *Gaspar. Caball. tract. de evictio. §. 3. num.* 167. *qu.* 24. & magis in terminis *Magoni. d. dec.* 2. facti species evenire potest. Si ponamus maritum æsti-

12 matum habuisse dotale prædium: cujus cohærentem fundum Titius cuidam extraneo, vendidit, certè, iste extraneus sive etiam qui venditurus est marito denunciabit; quoniam ipse vir dominus est, & possessor, ejusq; sunt æstimatæ dotis commoda, & incommoda. *text. in l. plerumq; D. de jur. dot. text. in l. quoties. C. eod. Francisc. Vivi. dec.* 261. *Hieronym. Magoni. dec. Lucens.* 76. v. g. cum oblicatio dotis dandæ est de pecunia: pro qua datur res, precium enim esse in restitutione, speciem verò censeri emptam marito. dicit *Corneus conf. 15. vol. 2. comprobat Anna allegat.* 149. qui allegant *Bald. in l. si inter*, & *in d. l. quoties. C. de jur. dot. Bolongn. consil. 25. vers. plus Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Glos. 14. num.* 7. quos citat *Joseph. Ludovic. decisio Avinion.* 60. *num.* 10. quamvis non propterea contra maritum intentari posse per vicinos jus protomiseos ad prædium sic æstimatum concludendum

B

di m fit, ut tenuimus infra §. causa verò dotis. in 1. Glo.

13 Tandem utrique, ideft marito, & uxori denunciari oportet, cum fundus venditur rei dotali contiguus, ipsa verò dotalis res à marito, vel inæstimata possidetur, vel si æstimatio facta est tantum fuit, ut sciretur valor rei, ideft fundi dotalis. Vterque enim dominium habet, & possessionem diversimodè tamen, ut supra diximus; & utriusque interest, scilicet mariti, propter præsens commodum, & incommodum vicinitatis, & uxoris, propter certam spem consolidationis, eveniente casu restitutionis, quoniam & cum est matur dos, ut sciatur valor, non etiam ut emptionem faciat, omnis utilitas ex tempore proveniens, pariter & damnum fine culpa viri ad ipsam uxorem pertinet *Affl.* sequutus *Baldum decis.* 270. *domina Clarella. nu.* 4. *in fine. Paris. consil.* 81. *nu.*42, *lib.*2.

Et ut clariùs hoc pateat, quantum attinet ad virum, non habet difficultatem, ipsi enim competit jus protomiseos; ut agat. *Bald. hic in princip. Affl. num.*40. *vers. item quaero usufructuarius, Maranta in repet. §. divi.* infra quoque allegandus. *Jacob. Novel. num.* 134. *Marc. Mantu. in repetit. l. dudum, C.de contrahen. empt. vers.item* 6, dubitare contingit, neq; est contradictor aliquis.

Quò verò ad uxorem licet aliqua videantur obstare; in effectu non impeditur agere, & experiri hoc vicinitatis jure, ut in propriis terminis nostræ constitutionis concludit *Joannes de Amicis consil.* 20. *statuto Civitatis Venafri. vers. nec obstat si diceretur*, & novissimè noster *Ascia determina.*31.

14 Sed adhuc videtur difficultas. Si viro denunciando videtur etiam uxori denunciatum, ut ex tali denunciatione uxori prejudicium fiat. Satis enim esse si viro denuncietur, benefacit *tex. notab. in l. aut si aliter. §. sed & Servius ff. quod vi*, aut clam. Ipse vir suæ uxoris est, sive procurator, sive administrator *ut ll.* & authoritatibus probat *Andr. Tiraq. eod. tract. §.* 10. *Glos. unica in prin. Joseph. Ludovi. tracta. commu. opin. titu. de procurat. vers. Maritus*, & ita sentit contrà uxorem. *Corne. consil.* 187. *in fin. libr. prim.* cum nullum jus quæsitum adhuc esset uxori ante acceptationem, idque quoties maritus permittit tempora labi, ità tacitè renunciando, non etiam quoties agendo ad retractum sua culpa succubuit, quo casu non prejudicari uxori ignoranti affirmat. *argum. l. Titio, §. fin. D. de condit. & demonstra. pulchrè Anto. Gomez in l. tauri.*50. *num.*32.

Cui opinioni, & ego assentior quibusdam in casibus; primus est, quotiescumque per statutum, vel consuetudinem, quævis scientia nocet; quoniam scientia viri videtur quoq; uxoris, cum sit verisimile venisse in alterius notitiam, quod alteri nunciatum fuit, & ita loquitur *text. d. §. sed & Servius, juncta Glos. qua* utitur argumento *tex. l. si legibus. C. de Episc. audien.* Secundus est, quoties Cajo marito Sejæ denunciatur tanquam Sejæ marito, non autem simpliciter ut Cajo; cum enim utriusq; versetur prejudicium, denunciatio facta uni non operatur extensivè ad præjudicandum alteri ratum non habenti, cum in dubio quis censeatur nomine proprio actum facere, non etiam uxoris *tex. in l.* 3. *§. sed & si forte. D. Judic. solvi*, notanter *Tiraq. d. §.* 10. *Glo.unica à num.*2. & inde. Tertius, si mulier esset absens, quoniam satis est absentis procuratori denunciasse, ut infrà. *§. in primis, vers. Nisi forte quisquam eorum. juncta l. maritus. C. de procurator.* atque his, quæ supra diximus. Quandoquidem è diverso cum viro denunciandum est, satis esse denunciationem in personam uxoris factam, praxim docet *Guid. Pap. decisio.*445. habetur in *constit. Reg.* citationis literæ, ubi *Affl.* & alii notant.

Cæterum in terminis nostræ constitutionis: quę denunciationem requirit omnibus vicinis fieri, tenendum est; denunciationem viro factam uxori non prejudicare, cujus scientia non sufficit præsumptivè sed verè, & clarè ipsa debet scire, ex communi *DD, opinione. Afflict. Novell. Bald. Tiraquell. & concord.* quos refert, & sequitur *Hieronym. Magoni, d. decis.* 26. *num,* 44. *Rota Florent.* & in propriis terminis noster *Ascia d. determi.* 31. qui & alio modo respondet dicto *§. sed & Servius*, sequens ibi distinctionem *Barto. & Petri de Bellapertica.*

15 Sed & hic quæro, utrum cum maritus ipse denunciatus retrahit, soluto matrimonio feudum retractum uxori, aut uxoris hæredibus restituere debeat, accepto precio: quod solvit, an verò sibi maritus, & suis hæredibus retinebit? in qua disputatione dominus *Maranta in d. §. divinum.* 127. partem affirmativam pro uxore tuetur, præsertim per *text. l. cum in fundo. §. si fundus. D. de jure doti. Bald. verò hic quaerens. idem statim post principium. vers. sed utrum soluto matrimonio, nihil omninò firmavit.* Et ad verbum remissiones *Baldi* transcripsit *Afflict. sed & Andr. Tiraquell. d. glo. unica. §.* 10. *num.* 18. *& seq.* relatis pro, & contra doctoribus in pari quæstione; circumscripta propria consuetudine, non videtur tutè aliquod asserere.

Marc. Anto. Peregr. de fideicom. art. 10. *num.* 4. *intelligit Andr. Tiraquell.* voluisse concludere pro marito, sic enim ait. *Decisum alias fuit hæredem gravatum recuperantem ex vi statuti fundum vicinalem venditum per lateranum, restituto precio emptori, eveniente fideicommissi casu, non teneri restituere fundum illum oblato sibi per fideicommissarium precio, & sic quoque in re retracta per usufructuarium durante usufructu, vel per maritum possessorem rei dotalis, matrimonio constante, censuit. Andr. Tiraquel. de retrac. lignag. d. glos. num.*18. *quinimò in re retracta per bonæ fidei possessorem fundi cohærentis rei vendita, ut per verum dominum fundo evicto res illa restitutio precio evincenti restituenda non sit, uti jure quæsita ex vi possessionis, quæ erat apud illum legitimum possessorem, alias obtinui, Idem est si hæres gravatus uti dominus directus precio emptori restituto avocasset jura utilia. Bertran. consil.* 379. *num.* 10. *&* 11. *in princ. Decia. consil.*52. *num.* 67. *in*

67. in prin. Hac Peregr. huc fideliter. translata.

16 Tu tamen cave, quia non est par ratio hæredis sub conditione gravati, vel bonæ fidei possessoris, qui antequam casus eveniat fideicommissi, vel res à vero domino vendicetur, indubie dominum habent, & possessionem cum usufructuario, & marito, qui benè sciunt rem esse alterius causa de præsenti, & spe non dubia, magisque miror sola vi possessionis fuisse motum, cum ex parte agentis jure congrui dominium saltem utile requiratur, ut ante dictum fuit, *Marc. Mant. in d. l. dudum. vers. 7.* dubitare contingit pro muliere, & ejus hæredibus concludit contra virum, dicitque esse casum in *l. non solum, D. de jure doti* Movetur, & arguentis, ut ibi per eum videbis.

Tu autem considera diversas factorum species. Primum, cum maritus petiit ad retractum admitti jure, & nomine uxoris, quia forte res vicina dotali prædio ab uxoris consanguineis vendita est: ita enim retracta sine dubio uxori, & ejus hæredibus restitueda est, refuso precio, quo empta fuit, si propriam ipse vir pecuniam expendit, non etiam si dotalem uxoris. Ratio potest esse multiplex: precipua, qui hujusmodi acquisitio particularem habet causam contemplatione certæ personæ, idest uxoris, per *text. l. verò, §. si servo ff. pro soc.* Præterea quamvis retractus fiat constante matrimonio originalis causa, & primordialis procedit à parentelæ vinculo, pro qua retractus competit, ut in *tex.* constit. ibi, Imperatoris vocentur parentes) ego hæc causa attendenda est, quicquid inde sequatur *tex. in l. damni infecti §. Sabini, de damn. infect. l. quod ait. §. quod ait de minor. Joann. Fabr. instit. de acquis. per arrog. §. 1.* ad hæc vere. *text. in l. multum, C. si quis al. vel si.*

Secundam ex opposito, cum maritus estimatum habuit dotale prædium, cujus cohærentem fundum venditum jure vicinitatis retraxit modò eligat matrimonio soluto dotalis prædii æstimationem solvere, nam irrevocabiliter sibi quæsivit, quod ita comparavit; ejus enim sunt æstimatæ dotis commoda, & cætera *text. in d. l. plerumque, cum aliis sup. cita. in vers. 2. facti species.*

Tertiam pono, prædio dotali inæstimato, cum maritus jure vicinitatis retraxit simpliciter, qua in re videtur dicendum non teneri ad restitutionem, quia plus juris maritus habet in dote, cum sit dominus, quàm usufructuarius, cujus non est dominum, *l. hinc quæritur. §. potest, & §. seq. D. de pecul.* Sed cum usufructuarius mittitur in possessionem rei vicinæ ex causa damni infecti, dehinc propter perseverantiam non caventis jure dominii possidere incipit, non amittit dictam rem, in cujus possessionem missus est, sed per se retinet, *l. si fructu finito. D. de usufructu.* quo argumento utuntur *Bal. Afflict.* & alii, dum *Bart.* opinionem referunt cum *l fin. D sol matrim.*

His tamen respondit *Maran. in d. §. divi. num. 128.* illas obventiones ideò non restitui finito usufructu, vel matrimonio soluto, quia inquit, sunt in fructu, habere autem rem per jus congrui non est fructus, cum non perveniat immediatè ab ipsa re dotali, sed potius rei contemplatione: quia tamen *d. l. usufructu* adhuc urget, cum dominum de quo ibi agitur, quæsitum ex causa damni infecti non videatur esse de fructu, & similitudinem habeat cum hoc jure congrui ratione vicinitatis, ideo *Maran.* considerat pro responsione, quòd missio in possessionem ex causa danti infecti non procedit principaliter propter rerum vicinitatem, sicut est jus congrui, sed propter non caventis contumaciam, ita ex delicto adversarii usufructuarius consequitur dominium irrevocabile.

18 Quæ ratio facilè retorqueri posset æquatis terminis hoc medio. Actio juris congrui licèt fit ad rem, vel in rem in personam est, & ex frequentiori dd. sententia personalis in rem scripta dicitur, ut notatur infra *§. transcursu. probatque Anto. Gomes. in l. Tauri 70. in fine*, unde quemadmodùm datur illa actio ex delicto, & sic in personam, juxta *text. in l. actionum genera, D. de acti. & oblig. & instit. de oblig. §. 1.* ita & hæc ex contractu, qui ministerio *l. dum* cum extraneo emptore celebratur videtur, cum vicinis initus, veluti juris translativus non extinctivus, ut sæpe in hac *Constit.* notavimus, & *Gomes. in d. l. 70. nu. 35.* utroque agitur casu personæ sunt principaliter consideratæ secundum naturam personalium actionum. *tex. in §. 1.* ubi omnes *not. Inst. de actio. & in d. l. actionum genera*, res verò ipse propter personam, veluti est in actionibus in rem scriptis, quæ ipsa vi personales sunt, ut in interdictis dicit *tex. l. 1. §. fin. de interdic. & in* exemplo, quod metus causa, *§. præterea eod. titu. de actio. juncta l. metum. §. ult. D. quod met. cau.*

19 Nec videtur verum jus congrui, sive protomiseos principaliter esse propter res vicinas, imò magis propter personas rerum tamen vicinitate conjunctas, quod patet in *tex. Constit.* ibi in primis vocentur parentes, qui sunt conjuncti, & quæ sequuntur.

20 Rursus pro marito facit, quoniam precium principalius est in emptione, & venditione, quam res, sine precio enim nulla emptio esse potest, *§. pretium. Instit. de emp. & vendit. l. 2. D. eod. & l. ult. C. eod.* cum verò ex pecunia dotali, quod videtur fortius maritus suo nomine fundum emit sibi, non autem uxori exempto acquirit, *text. in l. ex pecunia Cod. de jur. dot. text. in l. final. Cod. de ser. pigno. da manu.* igitur multo minus uxori quærit, cum neque ex re dotali, neque ex pecunia, quamvis occasione rei dotalis, locus est topicus ex comparatione à majore, à minore, & à pari.

Et quia rei etiam inæstimatæ dominium transit ad maritum. *Barto. in l. qui balneum. §. Titia. vers. item oppono D. qui potio in pig. hab.*

Nec longè distat ratio ex *tex. l. debitor. §. ult. D. ad Trebel.* in illis verbis (quia non quasi hæres, sed quasi mater accepit) & hic in proposito casu non ut maritus, sed ut vicinus, &

rei dotalis Dominus, & possessor retraxit. Quemadmodum in re præscripta per vassallum ultra fines feudi, quia postea feudo ad Dominum reverso, rem præscriptam ad Dominum minimè pertinere firmat *Bald. in c. rursus. num. 6. de controvers. investit. Cart. jun. de feud. par. 4. num. 90. Balb. de præscrip. 4. par. 4. partis qu. 12. argum. d. l. debitor.* Baldi tamen opinionem quidam impugnant; quibus novissimè adhæret *Andr. Facchin. controvers. jur. lib. 7. c. 88.*

Fortior quoque ratio esset ex easdem materia feudali in *c. 1. §. è contrario de investit. de re alie. fact.* quia cum res; quæ retrahitur, per se subsistere possit, veluti prædium non accrescit alteri rei; cujus occasione acquiritur, & ibi *not. Bald. & Alvarot.* quos sequitur *Jul. Clar. in §. feudum. q. 88.* Sed tamen ex locis feudalibus utpotè ex consuetudine magis, quam ex juris ratione non est firma ratio, qua de re nec facilè recedendum à communi DD. resolutione rem à marito retractam soluto matrimonio uxori, vel ejus hæredibus restitu, secundum distinctionem supra positam.

S U M M A R I U M.

1 *INter rustica, & urbana non esse differentiam in terminis constitutionis secundum intellectum Ioan. de Amicis, ejusque doctrina examinatur.*

2 *Constitutio hæc an differat à consuetudine Neapolis, quoad prædia, vel personas.*

3 *Urbanum ad se an rusticum trahat in retractu secundum Napod. discutitur.*

4 *Intellectus Antonii de Alexandro refertur, & declaratur.*

5 *Ratione rustici urbanum retrahitur jure accrescendi.*

6 *Nova ratio adducitur,*

7 *Rustici, & urbani vera est vicinitas.*

8 *Parva immobilia in hoc jure, quæ intelligantur?*

9 *Parva immobilia prædiis adjacentia non impediunt prædiorum vicinitatem.*

10 *Domus amovibilis potest peti, non dat tamen jus congrui.*

11 *Domus ad aream redacta venit in retractum.*

12 *Subjectum, & origo juris congrui est in vicinitate.*

Agrum, vel domum, vel vineam

AGrum, vel Domum, vel vineam,) *In Consuet. Neap. eo. tit.* si quis emit, habetur. Si quis emit domum, fundum, vel terram) ubi *Napod.* considerat tres species bonorum stabilium, & quamlibet interpretatur quoad vocum significationem, sicut & hic facit *Ant. Caput.* Sed quia non videntur necessaria prætermitto, & de domo multa apud *Cassane. in catal. Glor. mundi par. 12. consf. 72. & in consuet. Burgund. rub. 3. §. 1. ver. alien. & mailon.*

Ponderantur hæc verba constitutionis valde notanter per *Joan. de Amic. cons. 1. ad tertium dubium vers. sed si esset solus*, quod cum indistinctè fiat hic mentio prædiorum tam ur-

1 banorum, quam rusticorum, sive vendatur prædium urbanum, sive rusticum, sive quæcunque res immobilis quovis nomine censeatur, habebit locum jus congrui, nulla habita differentia inter rusticum, & urbanum prædium secundum hanc constitutionem, quæ considera vicinitatem, non dignitatem prædiorum, & generaliter loquitur,

Sed huic ponderationi obstat interpretatio *Napod. in d. consuet. 1. de jur. congrui vers. domum, & in Glo. vers. terram, in fin.* qui expressè dicit, quod urbanum trahit ad se rusticum. Unde vicinus domus habet, inquit *Napod*, jus congrui in balneo, & hortis sibi annexis, & contra, rusticum non trahit ad se urbanum vel rusticum, nisi quod est intra se, & sic vicinus horti, vel terræ non habet jus congrui ad domum: cui adjacet ortus, vel terra, quantùcumq; per domum habeat aditum ad hortum vel terram, & sit unicus usus, & unica pensio.

Augeturque difficultas, quoniam bis ita judicatum refert *Affl. decis. 223.* sequutus *Napodanum in locis supra citatis.*

Verum replicatur per *Io. de Amicis*, quod conclusio posset esse vera Napodani in terminis consuetudinis Neapolitanæ, & quando essent plures vicini volentes agere ad domum jure congrui verum, inquit, si essent plures in agendo jure congrui, is, qui vicinus est per hortum, dum habentes prædia urbana nolunt eo jure uti, bene admittitur ad totum habens vicinitatem ratione horti, seu prædii rustici, & cum *Ioanne de Amicis* tenent sequentes eandem restrictionem *Cæsar Ursil. Prof. Caravit. & Hjerony. de Marti. contra Affl. d. decis. 223.*

Pro sua distinctione *Io. de Amicis* citat eundem *Napodanum*, qui ut ipse Joannes ait, loquitur quando juxta domum venditam sunt
„ duo vicinis Volentes agere ad domum jure
„ congrui, & vicinitatis, unus ratione domus,
„ alter ratione horti, & quæritur qui præfertur
„ jure congrui, & concluditur pro vicino ra-
„ tione domus, & sic prædii urbani quod est dignius.

Tu verò adverte, ne erres, duo perpendamus pro veritate indaganda; primum, an possit colligi differentia inter consuetudinem *Neap.* & hanc constitutionem quoad rustica, & urbana.

Secundum posito, nullam esse differentiam, sed terminus adæquatis an probetur à *Napodano*, quod dicit *Afflic.* uel contra, quod dicunt *Ioan. de Amicis* & alii superius relati.

2 Ad primum; commentarii, excepto *Io. de Amicis*, idem sentiunt hic quod in dicta consuetudine notat *Napodan.* quasi eadem ipsa uerba, sint hic, & ibi, *ut in princ. hujus Glossa retulimus. Ideo Anto. de Caput. vers. domum*, mutuatur à *Napodan.* omnia fundamenta, & rationes, mutato tantum nomine congrui in protomisim: concludens pariter, quod cum
„ rusticum non trahat ad se urbanum, nisi quod
„ est intra se. Vicinus horti non habet proto-
„ misim ad domum: cui adjacet hortus, uel terra

Et *Af-*

Et *Afflict. 3. not. verf.* fed in terminis incidenter quæro indiſtinctè cum Napodan. tranſit „ po-
„ nens ſpecificè caſum, cum nullus alius vult eme-
„ re ex viciniis , & tamen is : qui hortum domui quæ venditur , vicinum habet, ad jus congrui , inquit , non admittitur.

Tu dic ſine dubio in hac conſtitutione Sancimus , veriſſimum eſſe, quod Jo: de Amicis affirmat, miſtim poni ruſtica & urbana prædia , cum hæc lex conſideret vicinitatem , non autem dignitatem prædiorum , & ut generaliter loquitur nullam conſtituendo differentiam , generaliter debet intelligi.

Quo vero ad conſuetud. Neap. id non ſimpliciter admittimus : nam & ſi verum ſit in *d. 1. conſuetud.* ſi quis emit indiſtinctè poni , & miſtim ruſtica & urbana : ut & ipſe de Amicis ponderat . Tamen in ſeq; conſuetud. Vbi domus , apertis verbis Vrbici præferuntur ruſticis , & ruſtici jus congrui contra civem exercere non poſſunt : è contrario verò ſic . Cives ſcilicet contra ruſticos , & alios non liberæ conditionis homines jus ipſum congrui exercent, prout & in aliis quibuſdam caſibus cives melioris conditionis , quam ruſtici habentur . *not. in conſuet. 1. tit. de teſtimon. ruſtic.*

Itaq; latera ruſtici habentur pro non lateribus quoad jus congrui , dicit ibi *Napod. & in conſuet.* ſi ex uno , ferè per omnes *Gloſas*.

Sed an quod habetur de dignitate perſonarum juxta eas conſuetudines. ut cives , & habitatores Neap. vincant ruſticos , extendatur ad dignitatem prædiorum, ut ruſticum cedat urbano , non è converſo ; Napod. non videtur inde argumentum comparationis ſumere.

Verum *Jo. de Amicis verſ. primo,* quia *Dominus Sebaſtianus* , exponens doctrinam ipſius *Napod.* ſentit iſtud argumentum ; quod & tribuit *Napod.* dum allegat *d. conſuet. ſi ex uno.* ibi
„ (Non eſt mirum ſecundum eum ideſt Napod.
„ quod vigore conſuetu. Neapolitanæ habens
„ prædium urbanum , excludit habentem ruſti-
„ cum , ex quo videtur habere majorem vicini-
„ tatem ratione dignitatis prædii , prout vult &
„ interpetratur conſuetudo Neapolis,) tamen , ut dixi , conſuetudo id non dicit , nec *Napod,* deducit ex conſuetudine, ſed ex communi jure,

Adæquatis igitur terminis conſtitutionis , & conſuetudinis , . ideſt , reſpectu prædiorum non eſſe differentiam conſtitutam in ratione dignitatis , inter conſtitutionem , & conſuetudinem ; quia confusè , & generaliter hic & ibi ponuntur ruſtica . & urbana . Expediamus ſecundum quæſitum,

3 Prima concluſio *Napodan. verſ.* 4. quæro quid comprehendat domus ? Vrbanum trahit ad ſe ruſticum , & urbanum ratione acceſſus,& uſus , & rationis: quia unica penſio à patre familias ſcribitur de utriſque, Itaque domus continet balneum, hortum , & terram ſibi adjacentem modo prædicto , iſtud dictum tranſeat.

Sequens concluſio *verſ.* Similiter vicinus. illativè ſubiicitur quod vicinus domus , & ſic
„ prædii urbani , habet jus congrui in balneis, &
„ hortis , ut prædicitur , ſibi annexis , niſi alii
„ conjuncti prætendant jus congruiſnam , inquit
„ & ſi eſſet verè una poſſeſſio, poſſent tamen plu-
„ res collaterales prætendere jus congrui.)

Sed qui ſunt illi alii conjuncti prætendentes jus congrui ? dic neceſſariò intelligi vicinos balnei , horti , vel terræ , ut exceptio ſit de regula. Et eſt ſenſus, quòd vicinus domus venditæ retrahit jure congrui non ſolum domum , ſed etiam hortum adjacentem domui venditæ ; quia intelligitur ſimul venditus cum ipſa domo , quamvis non ſit immediatè conjunctus horto balneo , vel terræ . Limitatur , & declaratur prædicta concluſio , quoties non concurrunt alii habentes domos conjunctas ipſi prædio ruſtico, quia non excluderentur à jure congrui petentes admitti ad retraendum prædium ruſticum adjacens urbano: ut idem ſit judicium de his : quæ verè dicuntur una poſſeſſio reſpectu plurium petentium , ſicut de his: quæ fictè , & per ſub intellectum, quod patet ibi (nam & ſi eſſet verè una poſſeſſio , & cæt. vicinus ergo domui retrahet domum , vicinus horto hortum.

Secunda principalis concluſio eſt ibi (*ruſticum autem non trahit ad ſe urbanum, vel ruſticum , niſi quod eſt intra ſe.*

Illativè ſubdit *Napodan.* (*& ſic vicinus horti , vel terræ , non habet jus congrui ad domum; cui adjacet hortus, vel terra* , *rationem adducit*) quia urbanum tanquam magis dignum, & cæt. atque idem repetit *Napod. in fine Gloſæ* , *verſ. terram* , *memorandum* , *ait ipſe*, *quod terra non continet* , *niſi quod intra ſe tenet. ff. de actio. emp. l. fundi in princip. & de leg. 3. l. Lutius §. collegio & ſic conjunctus terræ tantum non habet jus congrui ad domum eidem terræ conjunctam, etiã ſi per ipſam domum habeatur aditus ad terram.*)

Quæ concluſio uno modo intellecta eſt ab Afflicto , & ante eum ab Ant. Caput. ſimpliciter tenentibus , ut ſupra relatum eſt , *verſ. ad primum commentarii.*

4 Aliter ab Antonio de Alexandro viro magni nominis in Regno , qui reprehendit præfatos dd. malè intelligentes , quod domus vendita vicina horto domus meæ non poteſt per me peti jure congrui ; itaque ſic ipſe interpretatur *Gloſam Napod.* ſcilicet , *An vicinus horto poſſit petere non ſolum hortum* , *ſed domum adjacentem horto* , *& certè non, quia non poteſt petere niſi hortum vicinum* , *& quicquid venit horti appellatione, ergo nõ domum, quia non venit appellatione horti* , *cum ruſticus ad ſe urbanum non trahat,* ſed continet ſolum quod intra ſe eſt , & bene dicit ipſe hunc eſſe verum intellectum *Gloſæ* . Verum non totum explicat. Pro *Afflicto* namque , & *Caputo* videtur , quod ſi verum eſt per *Napodan,* habentem vicinitatem per ſuam domum ad hortum venditum cũ domo , agere tantummodo ad hortum , non etiam ad domum contiguam , quia ruſticum quod venditur ſimul cum urbano , non trahit urbanum , multò minus qui vicinitatem habet per ſuum ruſticum ad rem urbanam venditam illam non petit , nec trahit difficilius enim datur actio congrui pro parvis immobilibus , quam

quam pro magnis: quoniam parva immobilia petuntur jure congrui, non autem per ea petitur jus congrui, cum non sit congruum, quod habens parva immobilia petat jure congrui domum, & cæt. dicit idem *Napod. in Gl. verf. vel aliam rem.*

Ideo ut plenè percipeas intellectum *Glosa Napod.* ne te firmes in proposita conclusione relata supra *verf.* illative subdit) sed pondera, quod duobus modis se declarat, & conclusionem modificat. Primò ibi, & hoc puto verum, nisi sub nuncupatione rustici contineatur urbanum de contrahentium voluntate, istud non facit ad casum.

5 Secundo ibi. Sed si collaterales, optimè facit, ut sub ratione rustici jus congrui competat ad urbanum prædium aliis collateralibus emere, & retraere recusantibus, non jure astractionis, cum rusticum non trahat ad se urbanum, sed jure accrescendi: quod in ipso jure congrui locum sibi vendicat, ita notanter *Napodanus.*

Habens igitur hortum vicinum domui venditæ, vel domum vicinam horto vendito simul cum domo; cui domui sunt alii collaterales tamdiu à petitione domus jure congrui excluditur quandiu collaterales alii volunt jus suum exercere. Quibus petentibus habens domum vicinam rustico prædium in illud concurrit non ad domum. cui adjacet hortus, ut supra declaravimus. verf. sed qui sunt illi alii. Collateralibus verò aliis nolentibus agere, talis vicinus retrahet hortum, & domum jure scilicet accrescendi, & pro ratione ultra considero, quod cum hortus cum domo venditus compre-

6 hendatur sub unica venditione, nec sit corpus disiunctum, & separatum propter aditum: qui per eum, vel ad eum habetur, non potest peti solus, uti rei pars, sed tota res petenda est. *tex. est in l. & si uno. ff. de actio. emp. tex. in l. in commodato. §. duabus rebus. D. commod.*

Et retento themate, quòd nemo ex vicinis qui per prædium urbanum junguntur vult agere, nihil prohibet, quin competat jus congrui habenti hortum vicinum domui venditæ non jure astractionis, sed accrescendi. cùm verè sit vicinitas rustici, & urbani, tàm in ter-

7 minis constitutionis nostræ, quam consuetudinis, secundum intellectum *Antonii de Alexandro, Joann. de Amicis, Cæsaris Ursilli & cæterorum addent. ad d. decis. Affl.*

Quibus non obstat argumentum; quod for-

8 mavi ex *Napod.* de parvis immobilibus: quæ petuntur jure congrui, sed petitionem non dant, quoniam responsio patet eodem in loco, Ubi pro parvis immobilibus non intelligitur, prædium rusticum hortus vel terra; quæ per se censeri possunt, & separatim possideri ex destinatione patrisfamilias, vel aliis modis, ut in discursu *Glos. Napod.* citatis locis.

Sed ea: quæ non possunt esse nisi instrumenta, & accessiones Urbani prædii ideo exemplificat in cisterna, puteo cloaca, columna, statua, & simil. quæ habes in *d. Glos. vel aliam rem,*

Aliud est igitur habere domum conjunctam horto, vel balneo, vendito: & qui domum habet ista petet.

Contrà verò, qui hortum habet, vel balneum conjunctum domui venditæ non indistinctè admittitur, nisi præter jus vicinitatis nullus ex collateralibus jus congrui exerceat.

Pro qua interpretatione adduco probatissimum simile: quod est in terminis. Ecce inter domum meam & tuam rivus, vel privatum flumen, vel privata via sunt media: quæ meæ domui adjacent, & deserviunt. te vendente domum tuam competit mihi jus congrui, & protomiseos, non quia dico me esse vicinum ratione rivi, viæ vel fluminis privati. Ista enim uti modica, & deservientia prædiis non

9 censentur per se, ut decet actionem juris congrui, sed quia cum privato jure possideantur, non impediunt prædiorum: quibus adjacent vicinitatem, ut infra *§. fin. Glos. verf.* Via publica, & hæc potest esse ratio in *d. consi. 1. Jo. de Amicis.*

Sed si alii collaterales velint eodem jure ad protomisim admitti: qui immediate conjunguntur ipsi me excludunt. dictum est in *§. à tribus partibus. verf. castrum.*

Et ita procedit decisio Sacri Consilii, & Regiæ Cameræ relata per *Afflict. ead. decis.* 223.

Uterque verò casus intelligendus est, cum tu vendis, contra verò cum ego vendidi ista modica immobilia, & domum: quæ per ista dividitur à tua tu nequaquam excluderis à cæteris vicinis; quia ista petis; quæ tibi vicina sunt, & quæ rectè peti possunt, imo per istamet, aliis vicinis non petentibus jure accrescendi petes domum vicinam, nec enim ista impediunt jus vicinitatis. Et hoc modo declaratur, & exponitur *Glos. Napoda.* & concordat *decis. Sacr. Consil.* relata *ab Anto. de Alex.* post *d. Glos. litera A.* incipit *Per. hanc. Glosam in fine.*

10 Sub eadem determinatione modicorum immobilium cadit *quæstio Tiraquelli de domo exemptili, de retrac. §. 1, Glos. 7. nu. 118.* licet ipse non resolvat.

11 Non valdè distat sequens dubitatio, cum facta est venditio pulchræ & speciosæ domus: postea incensa ad aream reducitur. nunquid cesset in ea area retractus? & cessare tenet *Nicola. Boer. in consuet. Biturig. des retraicts. §. 4. in fine.*

Contrariam tamen opinionem amplectitur quidam *Damn. author.*

Et hoc puto verissimum in terminis nostri juris protomis. propter id, quod in *tex.* habetur (vel aliam rem immobilem) & pariter *consu. Neap.* bi (vel aliam rem.)

12 Subjectum enim protomis. & congrui sive causa materialis est rerum vicinitas. Vel ut dicit *Affl. infra §. 3. in fin.* jus congrui à vicinitate sumit exordium,

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Immobile verè, & fictè dicitur.*
2 *In re mobili cessat jus protomis.nisi per accessionem rei stabilis.*
3 *Quasi immobilia distinguuntur corporaria, & incorporalia.*
4 *In annuis censibus cessat congruum, & protomisis.*
5 *Jura censuum sunt incorporalia, & ab immobilibus differunt.*
6 *Constitutio sancimus non differt à consuet. Neap. quòad inducendum jus congrui, secus quòad genera contractus, in quibus competit.*
7 *Emphyteusis cum emptionis contractu specie differt, & ideo ex consuet. Neap. in illa non competit congruum, & quomodo intelligendum.*
8 *Componuntur decisiones S. C. super venditione canonis, quis præferri debeat.*
9 *Habens Jurisdictionem civilem præfertur in venditione criminalis ratione unionis.*
10 *Dominus potest vendere jus directum sine consensu emphyteutæ.*
11 *Emphyteuta præfertur in emptione dominii directi, & quo jure.*
12 *Servitutes neque mobiles neque immobiles sunt, nec in retractum veniunt.*
13 *In fructibus fundi an sit locus congruo, Disputatur, & resolvitur. num. 22. & quid si sint à solo separati.*
14 *Fructus feudi jam collecti mobiles sunt.*
15 *Fructus pendentes an sint mobiles.*
16 *Emptio, & locatio aliquando idem important.*
17 *In locatione dominii translatione inducente obtinet retractus.*
18 *Pactum de habendo fundo in pignus pendente fructuum collectione quid prodest.*
19 *Quid si unum precium constituitur pro venditione fructuum plurium annorum.*
20 *Emptor fructuum pendentium, quomodo comparatur conductori.*
21 *Verbum (videntur) impropriè sumitur, & fictè.*
22 *In venditione fructuum pendentium semper obtinet protomis.*
23 *Fructus, quæ pars fundi sunt.*
24 *Fructus pendentes si sint maturi, & extraneus emptor paratus colligere, cessat in eis retractus.*
25 *Fructibus futuris venditis, si vicinus distulerit jure retractus illos petere, donec maturuerint, amittit jus retrahendi, imò etiam si sola ipsius vicini scientia fuerit probata.*
26 *Emptio fructuum ad vitam an subjaceat retractui.*
27 *Tacita revenditio non datur in fructibus.*

Rem Immobilem.

Rem immobilem idest, quæ soli sit, vel solo cohæreat, ut in ædificiis. *Bald. in cap. sciendum. in princ. de feud. cognit.*

1 Dicitur autem immobile, quod non movetur, sed loco circumscribitur, vel si movetur fictitit tamen semper pars rei immobilis videtur, probat *Oldrad. consil. 219. numer. 1. Idque Napod. in 1. consuetu. de jure congr. ver. vel aliam rem.* vocat immobile, vel quasi, dicitur n. quasi immobile, quod propter aliud est tale, quamvis per se aptum natum moveri. *tex. in §. fi. l. Julianus, & in ll. seq. ff. de acti. empt.*

Horum quasi immobilium exempla plurima sunt in ll. & dd. novissimè per *Jo. Cephal. consil. 92. lib. 1.* & latius *Borgni. Cavalca. decis. 9. numer. 10.* & inde *2. par. de contractib.* qui alios refert.

Est id utile scitu. quoniam qui ad ædes protomisim habet ea omnia petet, quæ quasi pars ædium, vel propter ædes habentur, & sunt docet *Napod. d. Glos. vel aliam rem, & vide Pytrum in consuet. Aurel. de retractu c. 24.*

2 Res omninò mobilis ad hoc jus Protomis. non pertinet cujus quidem vilis & abjecta est possessio. *D. le acq. poss. l. rem mobilem,* & quæ ita potest alienari, ut ubi sit ignoretur. *Gl. in l. fi. de his, quæ in fraud. credi.*

Consumitur usu ita ut æmolumentum perpetuum non habeat *Jo. Bessian. in consuet. Alver. tit. des rechaptez. art. 9. Mauzuer. in sua practi. de retract. & contract. resolut. in princip. Joan. Sayson. in consuet. Turon. de retrac. art. 1. ver. Quant. aucun. chose. Afflic. hic nu. 14.* limita, nisi cum re immobili accessoriè mobile aliquid venderetur, tunc enim veniret in retractum consequenter ipsum mobile, ex ratione, quam habes in terminis apud *Pyrrum in consuet. Aurol. eod. tit. q. 24. Cassane. in consuet. Burgun. rub. 10. §. 1. ver. le plus prochain. num. 3.*

Resumo quasi immobilia: quæ duobus modis considerari possunt, nam vel corporalis sunt, vel incorporalia, redditus annui super fundo debiti recepta, & communis est conclusio, quod reputantur immobiles, dummodo perpetui sint, censentur autem perpetui, vel quia nunquam redimibiles, vel quia redemptionis tempus interminatum est, verbigratia sub consueto pacto, & gratia redimenti ad libitum debitoris. *Jo. Fic. relatus in Volum. commun. opinio. 1. vers. redditus. Benedic. Boni. lib. 1. de censib. artic. 14. & art. 15. numer. 38. Foller. in prax. censual. tit. hujusmodi census. numer. 23. & 24. late Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. Glo. 14. n. 119.*

4 An igitur in iis locum habeat congruum? *Napod. in d. Glos. ver.* vel aliam rem, videtur tenere, quòd quasi immobilia jure congrui petuntur, ut in præcedenti *Glos. examinavimus. contra verò Vincent. de Franc. in consuet. 1. vers. emit. litera A.* refert discussionem longam in Sacro Consilio habitam, cum ex facto quæreretur super venditione à directo domino facta, annui census super quodam rurequod ab alio possidebatur: qui se opposuit, volens eundem censum jure congrui, & tandem, inquit, decretum jus congrui non competere.

petere. *Camil. Saler.* ibidem simpliciter notat in incorporalibus jus congrui non habere locũ. Et ita decisum alias, idemq; repetit dominus de *Franch.decis.*17.*n.*8.

Verum *Jo. Angel. Pisanel. in d.* 1. *consuet. lit.* B. ibi sumpta occasione, testatur Sacrum Consilium decrevisse attentis consuetudinibus Civitatis Neapolis, attamen dicit ipse, non fuit discussum quid esset in terminis constitutionis. Sancimus, quod ideo adnotavit Pisanellus; quoniam per hanc constitutionem expressè cavetur in alienatione per emphyteusim esse locum protomisi non sic in illis consuetud.

Tenendum est,& hic,& ibi in istis censibus, ac generaliter in incorporalibus cessare congruum,& protomisim.

Primo, & si super corporalibus rebus jura censuum competant,non eo minus ipsa jura incorporalia sunt. *D.de rer.divis.l.*1.*§.quadam.Instit.de reb.corpor.& incorpor.*

Secundo quamvis rei appellatione jura contineantur. *l. rei appellatione. D. de verb. & rer. signif.* cum tamen ponatur in textu (immobilem) ea non includuntur; hæc enim uti diversa ponit *l.C. in l. quam Trbetonis*, *§. in peculio. D. de pecul. Doctores per illum tex. l. à Divò Pio. §. in venditione. de re judic. Alexan. consil.* 52. *vers.*3. *moveor. vol.*1. *Corn. consi.*147. *vers. bis. tamen non obstantibus lib.* 4. *ad Soccin. consi.* 101. *Francisc. Rip. consi.* 171. *numer.* 12.

Quo argumento ab immobilibus jura censuum differre specie. *Panor.* firmat *in c. nulli, de reb. eccl. alie Tiraq. de retrac. lignag. §.* 1. *Glos.*6.*numer.*3. *Ant. Gabr. Roma. lib.*6. *comm. opin. concl.* 8. *tit. de Verbor. signif. subtilis Pinel.rub.de bon.mater.* 1.*part.numer.*24.*vers.conclusio.*

Illa ratio videtur efficax, & demonstrativa, quòd jus protomis.sivæ congrui non in qualibet re stabili, seu quasi habet locum, verum in ea:quæ taliter est immobilis, ut finibus, & lateribus conjungantur,vel capitibus,ut in ipso textu constitu.non uno in loco:& in lege Græcorum relata infra. *§. scriptum est.*

Ita est, quod quæcunque jura sunt neque fines habent realiter, neque latera, neque capita, merito quamvis aliis respectibus annui redditus sub genere immobilium veniant, hic tamen propter adjunctam qualitatem propinquitatis, & corporum conjunctionis necessariò excluduntur à jure protomis. Et est ratio adducta in simili re per *Nicol. Bellon. consil.* 5. *nu.* 17.*vide Ary.Pinel.in* 1.*par.rubr.C.de bon. mater. num.*16.

6 Concludamus sic, quoad inducendum jus congrui inter vicinos ratione propinquitatis rerum immobilium, nullum esse discrimen inter *constitut. Federici*, *& Consuet. Neap. eo. tit. de jure congrui*,ut & in præcedenti *Glo.*notatum est.

Sed quòad inducendum jus congrui inter vicinos ratione contractus., clarum est ista jura protomiseos, & congrui differre, quoniam ibi de emptione, & venditione tantummodo est sermo, & notat *Napod. in* 1. *consuet. vers. emit.* hic verò non solum de emptione, sicut ibi, sed etiam de emphyteusi, & locatione, ut patet in textu.

Carendum est igitur, ne æquivoces, quòd aliud est quærere utrum in alienatione rei stabilis per concessionem in emphyteusim vicinis competat prælationis jus, & quia res ita concessa immobilis est, confinis, & vicinus omnino excludit extraneos: volen. præferri ex hac lege Federici: quæ expressè loquitur de alie-

7 natione rei immobilis per emphyteosim. Verum non eodem modo ex jure illo consuetudinario cum differant contractus emptionis, & emphyteosis specie distincti. *Instit. de locc. & cond. §. adeo. C. de jur. emphyt. & de contrah. empt.* latè *Specul.* in suis titulis utriusque contractus separatas origines actiones, & formas docet, ac in mille locis civil. & canon. juris, ut *not.extra de loc.& cond.c.posuit.*

Intellige sanè, de concessione in emphyteusim, vera, & regulari; Nam quoties ita contrahitur, ut resultet venditio, & emptio. Verbi gratia, si data esset potestas redimendi canonem emphyteoticum in pecunia, esset pariter locus congruo consuetudinario uti ex vera emptione,in terminis *Afflict.decis.*72.*ubi Ursill.* & alii addentes,quorum conclusionem hodie indubitatam esse asserit *Vinc.de Franch.decis.*392. ibique in id quoque meminit *Tiraquell. de retract.lignag.§.*1. *Glo.*14.*num.*119.

Aliud est querere secundo; Utrum in venditione juris, sive canonis emphyteotici constituti super re in emphyteosim concessa locus sit protomisi, vel congruo? & respondendum est negativè, deficiente causa subjectiva utriusque juris retractus, idest, re immobili collaterali, sivè vicina: quæ requiritur in hac constitutione protomiseos, & in dict. consuet. congrui juxta ea: quæ ante dicebamus, vide infra per emphyteosim.

8 Cave etiam ab additione *Camilli Saler. post Napod. lit. G. vers. ultra præfata*, asserentis contrariam decisionem Sac. Consil. in causa Magnifici Alexandri de Miele, quòd, ut ipse inquit, per durum videbatur in ea facti specie dum directus dominus censum vendit, non licere utili domino rem ejus soluto precio liberã facere: Nam decisiones invicem non adversantur, sed concordes sunt, dico enim sic themate retento, quòd in ista causa Alexand. de Miele non competebat retractus jure hoc protomiseos, vel consuetudinario congrui, cum fuerit juris non corporis alicujus stabilis alienatio, fuit nihilominus locus prælationi rationi connexitatis atque conjunctionis dominiorum utilis, & directi: quæ possunt fieri unum ex communi jure, per *tex.in l.fin.C.de jure emphyt.* docet oculatiss.*Napod.in d.*1.*consuetud. num.*34. facit *Angel.in l.congruit, C.de locat. præd. civil. num.*11.

Et casus singularis in *l.cotem.§.*1.*ff. de public.* secundum *Boer.decis.*107.*n.*1.

9 Sic in simili ratione unionis jurisdictionis ci-

civilis, & criminalis diversorum dominorum, ut cum una jurisdictio venditur is præferatur, qui alteram habet in Sacro Consilio decisum referunt iidem Moderni addentes ad *Napodan. in probem. consuetu. lit. F. fol.45.* ex dictis per *Mari. Frecc. de subfeud. numer.20. & 26.* de qua re infra in *Glos. vers. sub eodem servitio.*

10 Huic tamen concordiæ obstat *Andr. Isern. in cap. imperialem vers. nec dominus vers. Nam emphyteota. de prohib. feud. alienat. per Federic.* qui tenet *d. l. fin. C. de jur. emphyt.* loquentem in emphyteota ne vendat emponemata sine domini consensu, non extendi ad dominum, ut non vendat jus, quod habet, & contrarium dici regulariter per *l. dudum Cod. de contrah. empt.* & quod statuitur in uno, in simili non trahitur si sit contra jus. Secundum quam opinionem Andreæ non semel fuisse decisum commemorat *Jo: Vinc. Anna singul.* 150. Dominus directus vult vendere. ubi Andream ipse quoque sequitur uti Evangelistam in reg. Annæ accedit *Maur. Burg. de laudem. part.3. inspect.2. num.4. & 5.* Certè deferendum est Andreæ, sed salva sit sacrosancta Evangeliorum authoritas: quæ probavit Ecclesiastica. Andreas non dicit id: ad quod allegatur. Dominus Anna dicit Andream tenere, quod cum Dominus directus vult vendere suum dominium, emphyteota non præfertur aliis. istud non reperies apud Andream: cujus verba proximè fideliter retuli. differentia est quærere an dominus possit vendere jus directum: quod habet sine consensu emphyteotæ, ut format facti speciem Andreas, & bene dicit, standum esse regulæ. *l. dudum nimirum*, quia major est domini directi, quam utilis authoritas ratione præeminentis dominii.

11 Vel quærere, an venditione facta directi juris possit emphyteota admitti, ut præferatur ipse eodem precio soluto, ut formant facti speciem *Napodan. & Boer. d. decis.* 107. *post Specul. tit. de emphyteo. §. nunc. aliqua. num. 94. & seq.*

Nihil interest directi domini, emphyteotam præferri extraneo post à se perfectam venditionem, sicut interesset, si prohiberetur vendere utili domino prius non requisito. ut est opus distinguere ad intellectum, *dict. l. dudum* & nos adnotavimus infra *Glos. vers. per emphyteusim.* Et secundum prædicta intelligo, quæ allegat *Fras. de Franch. decis.17. numer.7. & 8.* ubi commemorat, & sequitur *Andream Isern.* loco aute citato. adde *Ant. Gomes. in l.70. Tauri. num.32.* ubi eam legem probat: quæ ita se habet. *Item si directus dominus rei, vel fundi vendat suam proprietatem, & dominium directum superficiarius præfertur proximiori consanguineo, & socio ejusdem rei.)*

Post quæ scripta æditi sunt commentari Benedelli: qui in *princip. constit. num.267.* simpliciter asserit emphyteotam præferri aliis ex *decisio. Nicol. Boer.* 107. cujus opinionem dicit esse communem fundatam in *l. cotem §. 1. ubi Bart. de public.* quod intellige, ut proximè declaravi; qui enim voluerunt emphyteotam præferri, ut se à canone redimat, id probant communi jure, & consuetudine, non autem ex hac constitutione protomiseos.

12 Ad hunc quoque locum pertinet quod de servitute diximus supra *Glo.* habeat) quod si servitus venditur, cum neque mobilis, neque immobilis sit, non est locus huic juri protomis. nec alii retractui, ut per *Tiraqu. de retrac. lign. §.1. Glos.5. num.1.* quem solum citat *Anto. de Padil. in l. si aquam. num.87. C. de servit. & aqua.*

13 Quo ad corporalia quasi immobilia quæstio est in fructibus, puta vendo tibi fructus olivæ pendentis. juxta *l. si debitor. §. verisimile. D. de contrah. empt.* vel frumentum in herbis, quæ magis futurorum appellatione veniunt. *l. fistulas §. frumento. eod. tit.* Quamvis talium fructuum per legem Longobardorum prohiberetur emptio. *in tit. de prohib. aliena. futur. fructu. l. 1. qui tex.* ascribitur Karolo Magno Imperatori, de qua re disservi in *Volumin. juris patr.*

An ergo in hujusmodi fructuum venditione sit locus retractui ex hac *l. protomiseos*, & videtur ita, quoniam pars fundi. *l. fructus pendentes. D. de rei vendit.* concordantes authoritates allegat hic *Afflict.* & latius *Bartolo. Cassan. in consuetud. Burgund. rubr.10. des retraict. §.1. in tex. sou heritage. num.9.*

Intellige quamdiu fructus hi pendent cum venduntur, quoniam si essent separati à solo in eis cessaret jus retrahendi, ut quidam Auctor damnatus post *Afflict. hic.3. not. nu 4.*

14 Quæ distinctio jure probatur cum differentia sit etiam in fructibus feudi, qui donec sunt pendentes in commertio, non sunt, licèt in eis caveri possit creditoribus ex primo decreto, ut per *Andr. & Afflict. in constit. regn. si quis post litem. num.9.* sequestrantur tamen adhoc, ut cum fuerint à solo separati, & sic mobiles effecti, fiat deinde exequutio, aliud esse enim fructus coherere solo, & separatos fuisse. *Camerar. in repetit. l. Imperialem. fol.19. lit. D. & inde lit. T. & V. Franc. Bursat. consil.44. num. 34. vol.1.*

Ideo DD. dicunt fructus bonorum feudalium a solo separatos dici, & censeri allodiales *Roland. à Vall. consil. 54. vol.3.* & fructus pariter bonorum quasi castrensium effici adventitios post recollectionem *Borgni. Cavalc. de usufr. muli. relic. num.* 182. *& seq.* Ibiq; agit quomodo in eis habeat pater usumfructum, vel commoditatem jure patriæ potestatis, de qua re *Joan. Vincen. de Franch. decisio.10. num. 8. & seq.*

15 Verum quia negari non potest fructus pendentes adhuc à solo non separatos quoad quid posse reputari mobiles, cum, ut est dictum; in illis concedatur sequester ex *doctr. Pauli de Castr. consil.132.* videtur dicendum, quod dictum frumentum. *vers. breviter ego puto. vol.1.* cujus concordantes citat *Tiraqu. glos.2. num.11. connub al. l.16.*

Propterea cessare retractum in quæstione proposita de fructibus pendentibus, tenuit *Tiraquell. de retract. consangui. §.1. glos.7. nu.42. & 44.*

& 44. dissentiens ab Afflicto supra citato.

Pro qua opinione facit, quod venditio quorumcunque fructuum pendentium, sivè futurorum, sive unius anni, sivè plurium non subjacet alicui retractui feudali, nec pro ea debentur aliqua jura patrono nam solum remanet integrum, & in laudemio probat multis adductis *Maur.Burg par.2. in spec.*

Quam eandem conclusionem firmat magis elegans eloquutos, quam diligens *Jureconsult. Anne.Robert.rer. judic. lib.3. c.9.* tenens indifferenter, quoties sine fundo fructus venduntur cessare omnino retractum.

16 Validæ rationes pro hac conclusione considerantur. Prima, quod si nominetur à contrahentibus emptio, & venditio, in effectu judicanda est locatio. quantum ad actum alienationis, ex adductis per *Socci. consil.156. nu. 1. lib.2.Bart.in l.si quis ita. D.de usufr.Carroci, in tract. de locat. & conduct. tit. de vendit. in herba.* locationis enim, & venditionis non est differentia, quando venditur, vel locatur, quod futurum speratur. *Alvar.valasc.consult.Lusit.75. num.10.*

Altera est, quod etiam si venderentur fructus centum annorum, ex isto contractu sola nascitur personalis actio ad patientiam præstandam citra alienationem species *Bartol.* notanter, *Bald. in l. codicillis. §. instituto. D. de legat.2. Follar. de censib. vers.hujusmodi. nu.12.*

17 Quia verò per hanc constitutionem in ea locatione tenemus habere locum protomisim; per quam inducitur rei alienatio, ut in *glos.infra vers.per locationem,* videtur concludendum contra vicinos, juxta opinionem Tiraquelli, & Annei Roberti.

Aliquando speculabar, quid si fructibus venditis etiam ad tempus modum acquireretur jus in ea re, ex qua fructus colligendi sunt Verbi gratia, quod interim conventum fuit, ut prædium maneat loco pignoris, & hypothecæ, penes fructuum emptorem, sivè majus locatorem. hæc est enim species alienationis, per *text.l.fin.C.de reb.alien.*

Respondebam adhuc subsistere primam rationem contra vicinos, quia cum locatio censeatur in effectu, prout locatio est ad modicum tempus cessabit jus protomis.

In quantum vero est jus constitutum in re propter pignus, & hypothecam cessabit quoque protomisis, quoniam neque in pignore, neque, in hypotheca locus est congruo. *Napod. in 1. consuet.Neap. eod.tit. vers. emit, & posui infra §.scriptum est vers.in venditione.*

19 Rursus quid dicendum, si fructibus venditis ad longum tempus, unum tantum precium constitueretur solvendum pro omnibus annis? & venditionem esse, retractuique obnoxium extraneum emptorem auctoritate *Tiraq. de retrac.lignag.§.1. glos.14. nu.86.* tenet simpliciter *Ursillus ad Afflic.decis.401.num.3.*

Sed decipitur Ursillus, quia Tiraquell.non se firmat in ea sententia, ex quo statuta de venditione loquentia debent intelligi de perpetua, non autem de temporali, & demum cogitandum reliquit.

20 Attendamus diligentius, cogitantes, quia sibi volunt doctores, dum asserunt, emptorem fructuum pendentium æquiparari debere conductori? & verum dicunt habito respectu ad fundum, à quo fructus colligendi sunt; in eo enim non magis, ac per simplicem locationem acquiritur emptori huic. Ideo est quare loco traditionis est, ut venditor patiatur ab emptore fructus colligi. *l. qui pendentem D. de actio. em.pt.*

Si idem intelligeres respectivè ad ipsos fructus, utique errares, quoniam fructus etiam futuri propriè emuntur, & venduntur, *text.in l. nec emptio. de contrab. empt. & d. l. qui pendentem.* cum ibi not.

Neque in hoc proposito curo scire an diversa sit appellatio eorum fructuum: qui ramis arborum suspensi hærent, & eorum; qui recti sunt, ut primos pendentes, secundos stantes nominemus per *Glos. in l. si pendentes. D. de usufru.* contra quem tenet *Joan. Cap. in tract. de fructib.futur.pendent.c.6.in fine.*

21 Supposito igitur, quod hi fructus rectè, & verè emuntur. Aliud supponendum est, ut ab initio diximus, & Tiraquellus minimè negat, quinimo in argumentum pro se trahit, quod cum pars fundi censeantur, verè tamen, & propriè pars non sunt, sed fictè immobiles, juxta sensum verbum (videntur) in *d.l.fructus.de rei vend.Glos.in c. 1. §.sciendum. vers. cohærentibus. de feud. cognit.* cum concordantibus per *Tiraq.in d.gl.7.num.37.*

22 Sed sic est: quod fictè immobilia, quæ venduntur extraneo, peti possunt à vicinis jure congrui, & vicinitatis quamvis qui ipsa quasi immobilia possidet, è contrario actionem non habeat ad vendicandum verè immobilia vendita eodem jure vicinitatis, & congrui. Secundum notabilem sententiam *Napod. in d. 1. consuet.vers.5.vel aliam rem.*igitur in venditione fructum pendentium, & futurorum, sive unius, sive plurium annorum habebit locum protomis;

Ita particulariter concludit hic Ant. Caput, ad verbum sequutus Napodanum tacito authore, in Glosa (*vel aliam rem immobilem*, ibi) *Et adverte, quod ista parva immobilia petuntur ex isto jure protomiseos, an habenti domum, fundum, vel terram conjunctam, ut hic, & hoc satis videtur congruum. Sed an habens, ista parva immobilia petat ex hoc jure protomiseos domum, agrum, vel terram sibi conjunctam non videtur conveniens, quod per prædicta parva petat magnam domum, Sed in contrarium videtur. tex. hic in principio, dum dicit. Si quis habeat, & non repetit postea cum vocat conjunctos (aliam rem immobilem per) conjunctionem domus, agri, vel vineæ. argum. ff.mandati.l.creditor.§.Lucius.ff.de acceptil. l. pluribus, & de servit.urb. præd. l.si.servitus. Sed quod prius dixi verius videtur Ant.de Caput.*

23 Videtur autem pars soli fructus, non sunt simpliciter; quoniam ex multis rationibus, cum una res dici possit pars alterius, ipsi fructus non sunt talis pars fundi: qua detracta fun-

fundus desinat esse, nam non pars integralis sunt absolutè, sed quotitativam dicunt esse *Dida.Covar.lib.1. varia. resolut. c. 15. in princ. Thesaur. decis.55. Prases de Franch. decis.390.* qui duo mutuò se citant in dictis locis, ad declarationem *d.l.fructus*, de quorum dictis opportunis differendum est *infr.§.in primi., ver.legitimis usuris*. Eaque fortius procederent si ad tempus non modicum fructuum venditio fieret, quia quodammodo alienatio esset *tex. est in clem.1. in fi.de reb.eccl.non alie.*

24 Itaque retenta opinione Afflicti, & Caffenei: quos nuncupatim supra citavimus, eam limitabis jure, & æquo, nisi adeò proximum esset fructuum venditorum propter maturitatem recollectioni tempus, ut omnia sint emptori extraneo parata ad colligendum, aut qui fortasse cepti sunt colligi, quo casu sunt loco mobilium, & pro collectis habendi, ut non sit locus retractui ex hac lege protomis. vel similibus statutis, & consuetudinibus, secundum opinionem *And.Tiraquell.d.§.1. glo.7. num.44.* qui præceteris movetur ex *Bart.in l.divortio.§. interdum. vers. quaero quidam soluto. D. solut. matrim. per glos. ibi vers. reddit*, *Tiraquello* adhæret licet in alio proposito *Thesaur. d.decis. 55.in fin.* qui corruptè allegat *Tiraquell. Glosam,& numerum, & §.*

25 Ac pari ratione secundò limitabis, nisi fructibus futuris venditis, vicini distulerint retractum petere, donec periculo extranei emptoris fructus venditi maturuerint. Pone Titium emisse pendentem olivam mensem Julii, vicinus petit retractum mense Octobris, confirmata jam collectionis spe ob præcedentes autumnales pluvias, nonne iniquum esset, si admitteretur, ut retraheret fraude sua adjutus: quæ nemini patrocinari debet, pro qua re noster *Jo: Sayson. de retract.ar.12.* bene faciunt quæ adducit *Covarru. dict. cap. 15. variar. numer.7.*

Plus dicerem, quod probat à scientia vicini illius petentis per retractum fructuum venditionem antea factum, posset ab extraneo emptore de dolo excipi propter manifestum iniquitatem petitionis, ut in simili casu dicit *Thesaur. ea.decis.55.vers.ex quibus puto.*

Esset enim pejoris conditionis emptor extraneus: qui ut fructus colligeret: quos emit fundum coluit, ut dominus, quam conductor: cui non auferuntur fructus pendentes fundo vendito, juxta *text.l.Julianus §. si fructibus. 2. responso. D. de action. empti.* de quo textu, & aliis concord. *Covarru. Thesaur. & dominus de Franchis* locis citatis.

26 Limita 3. in eo, qui emit fructus alicujus fundi ad vitam suam pro certa summa; quoniã cum talis emptio reguletur, quoad justitiam precii ab ætate, & tempore, quo secundum juris præsumptionem emptor verisimiliter vivere potest. juxta *l. hareditatem. D. ad l. Falcid. Paul.de Castr.in l. si pater puella*, & ibi *Jason. num.8. C. de inoff. testam.* non potest repræsentari extraneus in vicinis volentibus præferri propter principalem personæ contemplationem, ita & de emptione alimentorum ad vitam, de qua *Pinel.in l.2.C. de rescind. vendi. 3. par. cap. 4. num. 31.* Sed dic oppositum per ea quæ de usufructus venditione differui infra Gloss.per emphyteusim.

27 Demum notabis, quod emens fructus unius anni, licet finito anno remanserit in tenuta ejusdem fundi, non propterea intelligitur facta tacita reconductio sequenti anni, ut est in tacita reconductione juxta *l.item quaeritur.§.qui impleto.D.de loc.& cond.Aym.Crav.consi.87.nu. 3. vol.1.post Alex.consi.76.lib.5.*

SUMMARIUM.

1 *Titulus quotuplex?*
2 *Titulus unde dicatur.*
3 *Tituli acquisitiones enumerantur per Cicer.*
4 *Titulus ad vendentem hic refertur contra Caputum.*

Titulo.

1 Titulo) hic multiplex esse potest, ut enumerat *Glos. in l.hareditatem. C. in quib. caus. cess. long.temp. prascrip.* & quam diversimodè hæc dictio habeatur, *Alber. docet in l.cogi.C.de peti.hared.*paucis additis per *Luc.de Pen. in l.absit.C.de privil. dom.August.lib.11.*

2 An autem inde titulus dici debeat, quod factum, nomen, & memoriam tueatur authoris qui ad librorum inscriptionem disputat contra *Alciatum Hjer. Magius lib. 1. Miscellane. cap.14.* nihil tamen ad rem præsentem attinet scire, præter id; quod ex hoc contextu notatur, nequaquam referre quo titulo, vel quomodo res habita fuerit in proposito juris protomiseos, ex eo: quod sequitur ibi. Vel aliquo alio modo) Consideretur namque possessionis modificatio, sive qualitas possidendi: pro qua etiam titulus impropriè ponitur, est Bulgari expositio relata per *Glosam in d.l.cogi, & in l. pignoris, vers. Titulo. Cod. de pignor. actio.*

3 Titulos autem, sive rerum acquirendarum causas perstrinxit *Cicero. lib.rechoric.4.* loco ab expeditione. *Necesse est, inquit, ostendas te aut vacuum possedisse, aut usu tuum fecisse, aut emisse, aut hæreditate tibi venisse*) emptionis verbum latè sumpsit Cicero, ut & notavimus *infra,vers.per venditionem.*

4 Sed vide tu sequentem *Glos. Anton. Caputi*, à qua nos dissentimus quatenus hæc intelligit respectu ejus, qui ad retractum se admitti petit,ut supra *vers.habeat.*

Per illud: *quod sequitur* (vel aliquo alio modo) *videtur, quod si convictus habeat dominium: de quo possit dubitari, puta quia praescripsit cum mala fide, ut notatur extr.de praescrip. c.fin. & in regula Malafidei. lib. 6. & Cod. de long.temp.praescr. auth.malafidei, nihilominus habet istud jus protomis. cum superius expressit, cum quis possidet ex empto, vel simili titulo.puta pro harede, pro legato, pro donato, pro dote, vel pro suo, & sic quod sequitur (vel alio modo) intelligitur saltem titulo putativo,licet non vero.*

ro, facit quod not. Dyn. in d. reg. malafidei. Sed in eo; quod hic dicitur (ex communi emptione. derogatur juri communi, C. de commu. rer. alien l. falso. cum simil. Ant. Caput.

SUMMARIUM.

1 *VErbum velle denotat liberam facultatem.*

2 *Vicinus potest non uti jure prothomis. etiam postquam contra extraneum in judicio obtinuit.*

3 *Libera vendendi facultas non impeditur per hanc Constitut. impeditur autem rei vendita in extraneum translatio.*

4 *Differentia inter rem venditam, & rem alienatam.*

5 *Ponderantur verba constit. ex quibus probatur authoris sententia.*

6 *Jure communi ex l. dudum, non prohibetur retractus, sed ne vicinus possit extraneo emptionem impedire.*

7 *Tenor literarum Gregorii XIII. de jure congrui.*

8 *Protomisis locum habet in contractibus in quibus pecunia res æstimantur.*

9 *Venditio non fit absque pretio, & quod in pecunia consistat, & an sufficiat in pecunia constituti, licet non in ea impleatur, & quid in locatione, & emphiteusi?*

10 *Quæ in suo genere functionem recipiunt, pecunia comparantur,*

11 *Cautio pro extraneo emptore: qui pro precio est obligatus ne teneatur venditori.*

12 *Lege prohibente alienationem, actio in rem competit ei, cujus gratia prohibitio fit.*

Voluerit alienare.

1 VOluerit alienare) ecce de alienatione voluntaria loquitur, juxta significatum verbi (voluerit) *per reg. juris ejus est velle. D. de reg. jur. Lodov. Rom. cons.* 107.

Hinc primum adverte, ex hac lege neminem compelli ad vendendum, aut aliter contrahendum, nisi voluerit ipse alienare. Sic concordat in hac parte juri communi, *l. nec emere, Cod. de jur. delib.*

Est tamen verum, quòd cum decreverit quis effectivè rem quam habet immobilem in alium transferre aliquo ex tribus titulis hic expressis, debet honorem præ cæteris habere vicinis suis, ac inter eos propinquioribus: qui nec etiam ipsi inviti ad id teneutur; namque si volens distrahere vicinum cogeret comparare, quemadmodum non posset extraneum, nihil justi postularet, *l. invitum C. de contrahen. emp. & vendit.*

Simili modo *Petra de Bellapert.* intelligit *text. l. qui Roma. §. cohæredes, D. de verb. oblig.* Nam, inquit, intelligitur si ipsi emere velint, sicut in *l. 2. C. de jur. emphyt.* ibi (si dominus voluerit) ad quæ vidi concordantes, quos ciat *Jo: Cephal. consi. 423. num. 56. & seq. vol. 3.*

2 Et eo usque ex voluntate dependet, ut interdum post absolutum contractum liceat pœnitere in præjudicium vicinorum, quod declaravimus infra *§. scriptum est autem, Vers. in venditione.*

2 Et e contrario vicinis: qui contra extraneos emptores in judicio obtinuerunt ex hoc jure, licet nolle uti sententia, *Nicol. Boer. decis.* 48. & præsuppono, quod emptio *num. 2. Fras. de Franch. decis.* 346.

3 Cave secundò, quoniam constitutio hæc non vetat rem vendi cujus emptori: quem poterit venditor invenire suo arbitratu, probareque: quod gravem esse rerum dominis volentibus vendere injuriam, dixerunt Imperatores in *l. dudum, C. de contrahen. empt.* licet male intelligens *Vinc Maxil. in consuet. Bari. eo. titul. §. colonus*, putet, quod hæc lex continet illud jus antiquum modo renovatum, ut ibi differit *num.* 45.

Dicimus enim prohibitionem esse, ne rem venditam extraneo emptiori, vel in emphyteosim concessam, aut locatam in extraneum alienando transferat, nisi prius contractus habitus cum extraneo denuncietur vicinis, quod ita probatur.

4 Alienare, & vendere ità differunt, ut res dici possit vendita, sed non alienata, donec in domino est venditoris, *l. alienatum, ff. de verb. & rer. signif.*

Tunc res vendita dicitur alienata propriè cum emptori est plena tradita. *Dyn. in d. l. alienatum, tex. est in c. Imperialem, § Callidis.* & ibi *Bald. de probib. feud. al en. Specul. de locat o, §. nunc aliqua vers.* 95. *Bal. in cap. 1. §. an si libellario, quibus mod. feud. amitta.*

Namque traditio est modus acquirendi dominii, *C. de Pact. l. traditionibus,*

Et actus: per quem dominium transfertur est alienatione, *C. de fund. dota. l. 3.*

5 Pondera igitur textum constitutionis nostræ: per quam si Federicus prohibuisset vendere, dicere poterat (non aliter permittimus vendere) sed verba ejus sunt) si quis voluerit alienare per venditionem) & rursus ibi (non aliter ei concedimus alienare.) ergo vendere non impeditur dominus.

Præsupponitur enim, quòd præcessit contractus, & fuit absolutus concessu de re, & precio, ut patet ex modo denunciationis, quæ vicinis facienda est, scilicet est, ut solvant justum precium, quantum verus emptor dederit, sic in *sequ. text u, juncto vers. & licet.*

Impeditur ergo contractus implementum, idest rei traditio, quæ ex habili titulo operatur alienationem, non autem contractus perfectio, idest, consensus, & conventio, inter vendentem, & ementem extraneum, aliud est implere, aliud perficere contractum. *D. de peti, & comm. rei vend. l. necessario Instit. de empt. & vend. §. 1.* junctis his quæ notavimus infra *vers. nisi.*

Alii sunt contractus, quia ab exequutionis actu denominantur, reique traditione perficiuntur, neque antea merentur proprii contractus nomen;

men; ut mutum, depositum, & similes. *Institut. quib.mod.re contrab.oblig.per totum. Bar.in l.juris. gentium.D.de pact.*

6 Quare Petrus relatus à Cyno in ultimis verbis *d. l. dudum* lex, ait non proibet, quin proximior rettahere possit, sed prohibet, ut non possit is prohibere extraneo rem vendere, idq; sentit *Odofred.* figurando casus ad eadem *l. & videatur Tiraq.in praefat.de utroq.retrac.*

Infertur necessario nostram constitutionem non omninò adversari *d. l. dudum*, ideo pares huic legi consuetudines à Sacris Canonibus non solum non improbantur, sed & servari constituitur. *juxt. tex.ad hoc notab.in c.constitutus. de in integ.rest.* & concordant nonnullae Pontificales Bullae editae pro vicinis adversus extraneos emptores: quas commemorat *Mar.Ant.Bard.sub.eod.tit.de jure protomis.*

Nec ab re est ex eis huc referre Gregorii XIII. Papae magni Juris latoris literas de aedificiis, & jure congrui. Magnum dixi Juris latorem; nam & jus Bononiae publicè docuit priusquam à Pio IV. Cardinalis S. Sixti crearetur, atque quampluribus muneribus, & Magistratibus functus Maximi Jurisconsulti nomen est assequutus, ut in Vitis Summorum PP. habetur. 8. *cap.*

Sed cum aliqua domus, sive fundus, aut solum volente sua sponte domino vendendum erit teneatur venditor à vicinis perquirere quòt quòt erunt: qui rem aliquam immobilem illi, contiguam habuerint, etiam si se empturos nullo modo antea professi sint, an aliquis eorum velit rem vendendam emere, eisq; precium, atq; omnia pacta, & conditiones: quib. cum alio verè omnique procul fictione contraxit, intimare, & cat.

Cave tamen, quia Bullas omnes praedecessorum Pontificum de hoc ipso jure congrui Sanctus Pius V. revocaverat per suam Bullam 134. reduxitq; ad terminos juris communis, ut benè advertit *Benedel. hic numer.* 28. *vers. & licet ad terras Ecclesiae.* ubi meminit supradictam Gregorii XIII. Constitutionem.

8 Verum ne qui rem suam vendere volens, sive alienare, dum preferre debet propinquos extraneis, in damno esset, advertitur per hanc legem, ut in his solis contractibus jus protomiseos locum vendicet: in quibus prore: quae alienatur, valor est in pecunia, & cum pecuniae certa sit aestimatio, nihil interest venditoris, à quo precium recipiat. *arg. l.numis.D.de in lit.jur.m Jo.Andr. in c.potuit, extra.de locat.quem refert.Abb. Panor.* ibi in *Glos. vers.alis vendere.*

9 Venditionem fieri precio, & precium in pecunia consistere patet, in *tex. l. 1. & tot. titu. de empt. & vend. D. & C. & §. item pretium. Instit. eo.*

Pariter locationem in mercede, & mercedem in pecunia, probat *tex l. 1. §. si quis servum.D.depos.* secundum communem, & receptam sententiam, licet eam impugnet, *Cotras. lib. 2. Miscel. c. 11.* & latius *Ary. Pinel. 2. par.rubr. C.de rescin. vend. à num.*29. quem communem novissimè uti veram defendit *Andr.Facchin.controver. lib.1.cap.*82.

Similiter emphyteusim esse in pensione, & pensionem in pecunia videtur clarè in *l. 2. C. de jur. emph.*

Nec quidem refert quid postea pro rei venditae valore solvatur, implementum ipsius contractus, modo de pecunia fuerit antea actū.per *l.precii C.de rescin.vendit.* secundum verum receptumq; intellectum pro communi opinione, ut *Pinel. in dict. rubr.c.1.nu.*16.*& c.3.in prin.*

Sic & in mercede videtur constitutum: quae in pecunia esse debuit, tamen dummodo locandi fuerit propositum, sive res locationi exposita, nihil refert, si certa ponderatione olei fructus anni locentur. *l. si olei, ubi Barto.*, & communiter alii. *C. de loc. & cond.* quod si absque proposito locandi ita convenerit, ut certa quantitas tritici, vini, & similium praestetur domino fundi, contractum hujusmodi innominatum dicit: *Gl.in l. excepto. C. de loca. & cond.* Sed non ideò absimilem esse locationi, cum par aequitas in eo servetur, quae in propria locatione, ut in *d. Glo.* quae recepta est, noviss.addentes in *§. 1. Instit. de loc. & cond.* post *Glos.vers. si merces* quibus adhaeret *Facchine d. c.* 82. *lib. 1. controvers. Napod.notanter in consuet.1. in quib.cas.sic.propr.aui.pig.vers.terra.*

In emphyteusi ab initio non solum sub pensione: quae est in pecunia, sed etiam sub redditu in specie concedi res solet. *Glos.est in §.adeo.instit.de loca. & conduc.* annuas praestationes appellat *Cassan.in consuet.Burgun. des censes rub.* 11. *§.2.* qua in provincia, ut Cassaneus testatur, frequentatur multum blandorum, vini, & praecipuè granorum.

10 Horum autem omnium communis ratio est, quòd cum res certa ponderatione, vel mensura consistunt, pecuniae comparantur, ex quo in proprio suo genere functionem recipiunt. *tex.& quae hab.& not.in l.2.§.mutui datio.D.si cert. pet.*

Quae eò tendunt, ut intelligas ex ista constitutione nullum considerabile damnum inferri venditoribus propter vicinorum praelationem, ergo prodesse debent in eo: quod sibi ipsis non nocet. *D.de evictio. l. in creditore*, de qua regula *Vincen. de Franch.decis.*183. *nu.*8.

Sed & neque extraneus emptor quicquam perdit, quoties à se res per vicinos retrahitur; servatur enim indemnis post rei emptae restitutionem, recepto praecio; quod fortè solverat, etiam cum usuris, & expensis, in casibus positis, & notatis infra *tex.Causa verò dotis.*

Si verò adhuc precium non solverat, jam liberatus intelligitur à sua obligatione, ut per *Andr. Tiraq.de retrac.lignag.§.1. Glos.*18.*nu.*39.*& §.* 29. *Glo.*2.*n.*2.

11 Dummodo illud caveat extraneus emptor: cujus fidem sequutus est venditor de precio satisfaciendo, puta: quia pro precio se & rem emptam obligavit ad certum quid annum donec solverit, ut cum à vicinis convenitur jure hoc protomiseos, protestetur venditori: cui liceat retractui consentire, & à retrahentibus cautiones accipere etiam cum fidejussoribus, juxta communem doctrinam ex *Guid. Pap.consi.*161. de qua re infra *vers.solverit.*

12 Propter id: quod de alienatione dictum est, infertur ad aliud valde notabile; quia cum lex prohibeat alienari antequàm vicinis denuncietur, reipsa censetur affecta legis ministerio, & successivè actio in rem nascitur vicinis ex ista lege, ve-

similï

simili statuto, aut consuetudine volentibus retrahere; quoniam ob legis prohibitionem statuti, vel consuetudinis dominium non fuit in extraneum adhuc translatum. *Tiraq. in terminis §. 1. Glos. 7. num.* 10. *&* 11. cum aliis allegatis per *And. Gail. lib. 2. practic. observat. cap.* 16. *in fi.* vide quæ diximus infra. *§. transcurso,* hoc enim intelligo postquam vicini volentes præferri impleverint soluto precio, & re penes extraneum emptorem existente.

SUMMARIUM.

1 *Alienationis verbum hic strictè capitur propter tres contractuum species.*
2 *In datione in solutum an sit locus huic juri.*
3 *Venditore reemente an sit locus congruo.*

Alienare,

Antonius Caputus.

1 Alienare) licet verbum hoc comprœhendat omne id:per quod transfertur dominium. ut *C. de fund. dot. l. 1. & D. de verb. signif. l. alienationis. & de alienat. judic. l. ex hoc. §. 1. & C. de jur. emphy. l. 1.* Aliter largissimè accipitur. *C. de rebus. alien. l. sancimus, & authen. de non alien. reb. eccl. §. nos igitur. & extra eo. c. nulli.* hic tamen istud verbum specialiter refertur ad venditionem, locationem, & emphyteusim tantum, sicut & alias. *D. de pignor. l. in quorum.* Nam licet emphyteota non possit vendere meliorationes suas sine consensu domini, potest tamen donare. *not. extra de loca. c. potuit, in Glos. aliis, & C. de jur. emphyt. l. fin. in Glos. Specul. de locato. §. nunc aliqua. vers.* 7. & ibi *Jo. Andr. licet Barto. in d. l. fi.* teneat, quod idem in donatione, sicut in venditione, & male facit secundum *Bal.* quia quod in uno permittitur, in cæteris prohibetur, & è contra. *not. in l. maritus. C. de Procur.*

2 Et ex hoc quæro, pone quod quis recipit agrum, vel domum in solutum, an habeat locum istud jus protomis. videtur quod sic, quia quodammodo est emere, ut *C. de evictio. l. si prædium,* sicut qui recipit litis æstimationem videtur vendere, ut *D. de usucap. pro empto. l. litis.* Sed contrarium est verum: quia diversi sunt tituli pro emptore, & pro soluto in *D.* & facit quod notat *Specul. de empt. & vendit. §. nunc dicendum. vers. sed pone statutum.*

3 Pone, quod facta alienatione antequam conjunctus veniat ad petendum jus protomiseos, pœniteat ipsum venditorem, & infra paucos dies ipsam rem redimat, an excludet conjunctum? videtur quod sic. *per l. ex hoc adicto. §. fi. de alie. judic. & D. de usucap. l. sequitur. §. idem labeo.* Sed contrarium puto per *l. quidam in testamento. in prin. D. de fideicom. libere. non obstat. §. fin.* quia illud ædictum est purgabile. Nec obstat *§. idem Labeo:* quia ibi per redemptionem non desinit qualitas culpæ ipsius delinquentis alienantis, & pro hoc facit *tex. collat.* 10. *quid. jur. si post. alienat. feud. Vassal. id recup.* & jura: quæ allegantur in *Glos. ibi quod not. Ant. Caput.*

SUMMARIUM.

1 *Constitutio loquens de venditione, de aliis contractibus non intelligitur.*
2 *Venditionis verbo, quid olim comprahendebatur.*
3 *Ex dotali pecunia prædium emptum, permutatio magis quàm emptio dicitur.*
4 *Quid si dotalis fundus in pecuniam convertatur.*
5 *An his casibus sit locus juri protomiseos.*
6 *Resolvitur præcedens quæstio.*
7 *Fundus emptus à Sacerdote ex pecunia legata pro Missis, an sit subjectus huic juri.*
8 *Pretium perventum ex feudo vice feudi est.*
9 *Ita & prædium emptum ex illa pecunia.*
10 *Non tamen in præjudicium vicinorum ratione congrui.*
11 *Triplex est perfectio venditionis, nec probatur pretium relatum in incertum.*
12 *In re donata, & instrumento venditionis celebrato cessat congruum, data pretii modicitate.*

Per venditione.

1 Per venditionem) quoniam hæc constitutio in pluribus suis partibus de precio loquitur, clarissimè datur intelligi solum venditionis contractum à donatione, & permutatione specie distinctum significari. per *tex. in l. curiales. C. de præd. decur. lib.* 10. ubi *Andr. de Barulo* notat particulariter, quòd constitutio loquens de venditione, non trahitur ad permutationem, vel do-
„ nationem, qua ratione, inquit, collige argumen-
„ tum, quod dicitur de congruo, sive iure proto-
„ miseos, quod vult. Si aliquis emit fundum mihi
„ vicinum; ego sum emptori præferendus; quia hoc
„ cum sit contra rationem juris, non trahitur ad
„ consequentiam, scilicet ad permutationem.)

Et ita in specie notat, quoq; *Napod. in 1. consuet. jur. congr.* verbo emit: quem ad verbum sequitur noster Caputus in *Glo. præced. vers. Alienare.* licet non posuerim integram ejus Glosam, cum præter dicta *Napoda.* nihil sit, quod ex ea notari possit.

Ac pro eadem conclusione plurima quoque superflua expendit *Andr. Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. Glos. 2. Afflic. & Moderni hic.*

2 Dubium autem faciebat lata significatio verbi (alienatio) & verbi (per venditionem) sub venditione enim omnem alienationis actum censeri volebat antiquitas. *l. sicut §. venditionis. ff. quib. mod. pig. vel hypo. solvi.* Quo prisco sermone res mancipi dicebatur, idest alienabilis, vel vendibilis. Nam mancipare, vendere est ex *Cicerone in Topicis not. Boer. & Guliel. Bude prior. annotat. in pandec. ver. in mancipatum dare, & venire.*

3 Sed qui fit, cum dotalis pecunia transfertur in comparationem alicuius prædii, permutatio dicatur magis, quam emptio, & venditio, ut si è contrario res in pecuniam, *juxt. tex. l. ita constante. D. de jur. dot.* cujus clara sunt verba (*Permutare posse dotem dicimus, si hoc mulieri utile sit, ut ex pecunia in rem aut ex re in pecuniam*) & sequitur *l.* 28.

28. Quod si fuerit factum fundus, vel res dotalis efficitur) *Item text. in l.si mulier.de pact.dotal. ita se habet (Posse convenire, ut dos, quæ in pecuniam numerata esset, mutaretur. & transferatur in corpora, cum mulieri prodest.*) Et cum fundus do-
4 talis venditur pro uxoris utilitate, fortè, ut ex precio creditoribus satisfiat. Magis dici permutationem, notat *Glo. per illum tex.in l.fin.D.de jur. dot.*

Videtur enim exinde inferri, quod sive uxor ex pecunia dotali emat prædia, sive ipsa vendat
5 cum ei expediat pecuniam potius habere, utroque casu intelliguntur vicini exclusi, quæ in permutatione nequaquam locum habet hoc jus protomis. ut infra §.causa dotis. Ita juvenis advocatus partes mulieris tuebar: cum ejus maritus ex pecunia dotali; quæ ex pacto debuit implicari in emptionem stabilium, & cum esset emptus fundus, petebatur à vicinis jure hoc protomiseos, & apud Judicem malè peritum obtinui. Colorabam distinguendo sic. Aliquando ex pecunia ista emitur res, non ut simpliciter dotis sit, sed ut uxori cautum esset de dote, vel iis, quibus dos restituenda est, quo casu videntur admittendi vicini. Soluto eodē precio, potest enim mulieri esse consultum per ea, quæ docet *Soccin.cons.224.lib.2.* ad primam difficultatem.

Vicini vero, ut caveant restituentes precium, ne temere marito illud dent: qui si non esset solvendo, res taliter empta, adhuc efficeretur dotalis, ex *dict.Bar.post Glos.in l.uxor marito.de donat.int.vir. & uxor.dd.in l.ex pecunia.C.de jur.dot. Soccin.eod. consi.in princ.*

Aliquando quantitas in dotem promissa ex pacto transferenda est in corpora stabilia æquivalentia: quæ ita comparata remaneant uti dos, sivè fundus dotalis ipsius mulieris, quod si verum appareat actum, cum non sufficiat hoc casu mariti assertio. Et clarum est rem emptam dotalem esse, probat *Salyc.in l.si mater.C.de contrah.empt.* quam simpliciter refert *Ant.Capi.dec.203. num.18.*

Et multæ sunt conjecturæ: quibus probatur, pecuniam dotalem fuisse ad quas *Tiraq. est videndus de retrac.lignag.§.32.Gl.unic.Vinc.de Franch.decis.97.* qui alios refert *num.4.& 5.*

Aliquando sumus in dubio an res sit assignata marito pro pecunia dotali ratione pignoris, & hypothecæ, donec eidem satisfiat de dote, vel potius ut res efficiatur dotalis fundus, cū translatione dominii & placuit (dūmodo uxori expediat) in dubio indicari trāslatum esse dominium, & prædium effectum esse dotale, quod in notabili casu multis probat *Jacob. Menoch. consil. 229.* permultæ sunt rationes. *vol.3.*

Verum hic casus magis pertinet ad ea; quæ notavimus infra. *§.causa dotis. in 1.Glos.*

Quod autem excludi debeant vicini, quoties res ita comparata est ex dotali pecunia in id promissa, facit ratio; quia pecunia distincta, & necessariò impendenda in rei stabilis acquisitionem dicitur fortiori jus, & naturam immobilium *l.quid ergo. §.usuras. D. de contra. & uti acti. tute.* & ibi *Ladov. Rom. moderni dd. in l. à Divo Pio. §. fin.D. de re judic. Cassan. in consuet. Burgun. des droicts. §. 2. text. sunt mobles. vers.quid autem de pecunia. Boer. decis.219.* latè *Tiraq. de retr. lignag. §.1.Gl. 7.num.116.*

Quamvis oppositum defendat disputando *Pynel in l.1.C.de bonis mater.2.par. num.44.*

Hæc tamen est communis conclusio, & tenenda, præsertim, cum pecunia includitur, & signatur, ut non liceat uti, sic enim deposita loco speciei est. probat post alios, & communiter receptum testatur *Navarr. in comment. de spoliis Ecclesi. §.16. vers.8.dico.*

Quo præsupposito videtur rectè dici, quòd judicandus est permutationis contractus, juxta *d.l. ita constante*, cum concordan. supr. citat. in qua contractus specie protomsis cessat.

6 Sed licet hæc transeant, non propterea sequitur vicinos excludi à petitione juris congrui, seu protomiseos: cui pacto privatorum derogari non potest.

Quandoquidem contractus: qui celebratur inter maritum ementem, & illum, qui vendit, vel è contrario, verè est emptionis, & venditionis: in qua vicini præferuntur per hanc constitutionem, & similes consuetudines, & statuta.

Quo vero ad dotem non negamus haberi, ut permutationem, eo quia una res subrogatur loco alterius, & ita soluto matrimonio restitui debet. per *tex.l.si ex lapidicius. D. de jur.dot.juncta Glo. d.l.ex pecunia.*

Simile in hereditatis petitione *l.item veniunt.§. 1. de pet. hered.* & in fideicommissi restitutione, *l. Imperator.§.fin.& l.seq. D. de legat.2.* cujus verba sunt (*rogatus quicquid ex hæreditate supererit post mortem suam restituere, de precio rerum venditarum alias comparat, diminuisse, quæ vendit, non videtur. Sed quod inde comparatum est jure permutati dominii restituitur*) ubi vides ratione subrogationis propter effectus restitutionis haberi quodammodo jure permutationis, sed cum res emitur, vel venditur: proprius contractus est empti, vel venditi, vide ibi *Bar.* & alios *Anto.Capi. decis. 194.à num.16.*

Nam ut precium succedat loco rei, cum taliter res emuntur, hæc omnia comparantur invicem. *Gl. in l.Labeo & Sabinus D. de verb.& rer.signific. Afflict.decis.369.* ubi etiam addentes.

Non est absimilis quæstio: quam format *Napod. in consuet. si Ecclesia, in 1. Glos. vers. Sed quid si esset legata, num. 26.* Dico non absimilem, quia quæ dixi de subrogatione, & de vice permutati dominii, ut unum succedat loco alterius legatum præcedētibus exemplis de dote, de hæreditate, & de fideicommisso annumeratur per *text.l.plane §.quod si rem. de leg.1.juncta Glos.in d.l. Labeo, & Sabinus.*

7 Quærit ergo *Napod.* si esset legata pecunia Sacerdoti, ut emat possessionem pro Missis dicendis, sicque ipse Clericus, & Sacerdos emit possessionem nomine, seu causa dicendarum Missarum, an teneatur jure congrui, & contra vicinos concludit non eà ratione, quia in legato cessat congruum, nec quia res ēpta succedit loco pecuniæ legatæ, sed quia versatur favor Ecclesiæ: cujus nomine videtur facta emptio, & in Ecclesia protomisis cessat per illam consuet. si Ecclesia, & per hanc *l.§.fin.* ubi notavimus,

Igi-

Igitur cum mulier non reperiatur privilegiata in emptionibus ficut Ecclesia est, quamvis res empta fit ex pecunia dotali subjacebit huic juri retractus pro vicinis, iis verò, nolentibus emere, concedendum est, quod res ipsa empta per maritum succedens loco pecuniæ efficeretur dotalis.

Sed si nihil diceretur à marito, cum rem emit, mulier tamen ipsa in eo precio mariti habet bona hypothecata. *Jo. Baptista à Sancto Blas. de privil. dot. speci.* 348. sequens *Bart. cons.* 124. relator quorum est *Capy. decis.* 78. *in fine.*

8 Eadem quæstio subrogationis potest formari in feudo. Si ponamus, evicto feudo, dominum qui tenebatur defendere, dedisse precium feudi in pecunia: de qua res ematur in feudum, jure evicti feudi habenda, ut in casu *cap.* 1. *si de feud. vassal. ab aliquo interpel.*

9 Vel si ultrò pecunia in feudum daretur pacto apposito, ut illa convertatur in emptionem prædiorum, quem contractum approbat *Bal. ibi. num.* 7. *vers. sed nunc addo.*

Licet enim doctores feudistæ per illum text. dicant eo modo peti, & dari cambium, non propterea

10 dices quòd cum vassallus prædium emit ex illa pecunia, excludet vicinos. Nam nondum res ita empta debet censeri feudalis quoad prejudicium vicinorum: qui ex hac constitutione specialique legis provisione præferuntur.

11 De triplici perfectione istius contractus empti, & venditi, consensus, periculi, & implementi, præter *Glos. & dd. in l.* 1. *C. de peric. & comm. rei vend. Mysing & moderniores Instit. de empt. & vend. in princ. Afflict. decis.* 280. *num.* 3. *&* 4. vide alios in *Thesaur. recep. sentent. Eman. Suarez. versic. venditio.*

Sed quoad priorem perfectionem ratione irrevocabilis consensus in advertendum est in proposito, quod testibus deponentibus, quod precium ex partium conventione definiendum erat à tertio communiter eligendo, vel ab æstimatore publicè deputato, persona tamen non expressa nec nominata, venditio, & emptio non dicitur probata, ex *Franqb. Bursat. cons.* 100. *num.* 29. *lib.* 1. habetur opinio magis communis relata in syntag. universi Juris, de contractibus. *loco* 4. *cap.* 8. *pag.* 35. *colum.* 2. *vers. venditio probatur.*

12 Hoc etiam in loco notari oportet, interdum cessare protomisim in contractu venditionis, ut si ponamus fundum fuisse venditum Titio à Cajo vili precio, cum clausula, quod pluris est, donat in remunerationem servitiorum antea receptorum, ex quo talis emptor dicitur potius donatarius per *Dec. in regula Imaginaria. Tiraq. in l. si unquam. vers. largitus. num.* 3. *C. de revoc. donat.* & ita in terminis pro emptore contra vicinum determinavit in facto contingenti noster *Astia in sua determinat.* 114. In re scilicet donata, licet concipiatur instrumentum venditionis jus congruum non habere locum, motus præsertim ex doctrina: quam firmat communem *Franc. Curt. in l. conditionis à num.* 10. *Cod. de pactis.* Tu vero vide, quæ diximus infra *§. causa dotis. vers. donationis ad intellectum, l. Aristo. D. de donat.*

SUMMARIUM.

1 *Exemplificatur text. in emphyteosi, & diversificatur à consuet. Neap.*

2 *Jus congrui aliud ratione dominii, aliud vicinitatis rerum.*

3 *Prælatio ratione dominii favorabilior est, & ideò etiam in alienatione necessaria locum obtinet.*

4 *Directus Dominus præfertur in alienatione rei emphyteoticæ, etiam si per consuetudinem ejus licentia non exigatur.*

5 *Dominus declarans nolle emere, an postea retrahere possit, & vide num.* 15.

6 *Examinatur l. fin. C. de jure emphyt. & an emphyteota alienante suas meliorationes, competat vicinis ex hac constitut. jus protomis. & vide numer.* 14.

7 *Differt consuetudo congrui à lege protomiseos.*

8 *Aucto, vel diminuto precio, an resultet nova emptio.*

9 *Concessa potestate affrancandi Canonem, cessat beneficium prælationis. d. l. fin. & consequenter ex hac l. generali vicini admittuntur, & vide num.* 16.

10 *Licentia alienandi data emphyteutæ tempore concessionis utrum sufficiat?*

11 *Consensus Domini directi cui usui habeatur.*

12 *Licentia data alienandi utile dominium, non operatur hodie, ut illud cuicunque liberè vendi, & tradi possit.*

13 *Licentia non obstante potest Dominus directus volens præferri vicinis in emptione utilis dominii.*

14 *Licentia data alienandi eo tempore, quo emphyteota vendit, competit vicinis jus protomiseos.*

15 *Filius, qui dixit se nolle hæredem institui, quonam casu à successione excluditur?*

17 *Ecclesia concedens in emphyteusim, non ligatur hac constitutione.*

18 *Emphyteota Ecclesiæ alienans meliorationes non debeat à quolibet emphyteota privati.*

19 *Emphyteota fisci, Principis, vel Reip. Ab quoniam alienando non indiget eorum consensu (& quæ sit ratio) illis denunciare non tenetur, consequenter constitutione Protomis. tantum ligatur, licet fiscus ea non astringatur.*

20 *Canon, utrum dividatur inter plures empyteotas sicut ipsa res.*

21 *Divisioni solidæ rei, quam consequi quis debet nemo sua sponte consentire censetur: quando lege cogente fit.*

12 *Dominus recipiens ab uno partem Canonis absque protectione sibi præjudicavit quoad divisionem.*

23 *Plures emphyteotæ inter se dividentes, non indigent novo Domini consensu.*

24 *Plures vicini si non concordant, præfertur magis idoneus offerens Domino directo satisdare.*

25 *Plura corpora emphyteotica cum dividuntur, an dividatur pensio. Et quid si sint fiscalia?*

26 *Prælatio ratione utilis dominii utrum detur.*

27 *Emphyteota vicinus utrum præferatur directo Domino etiam vicino?*

28 *Directus Dominus possidere censetur civiliter, ob quam possessionem à satisdando excusatur, ideò alienans directum Dominium, quoniam proprie-*

prietatem vendere dicitur, in eo praefertur ratione congrui utilis Dominus.

29 *Diversa sunt, & separata jus census, & directum dominium, & quoniam uno alienato non intelligitur alterum quoque venditur in unicujusque, venditione respectu utilis Domini diversimodè concluditur quoad jus praelationis.*

30 *Directus Dominus non potest cedere retractum, secus si proprietatem rei alienaret.*

31 *Laudemium debetur non solum pro pretio meliorationum, sed etiam pro pretio soli.*

32 *Laudemium est decima pars precii secundum mores patriae alibi diversimodè.*

33 *Laudemium an solvatur tantum de sola venditione, non de aliis contractibus.*

34 *Laudemium emptori remissum, si res à vicinis retrahatur, potest dominus à retrahentibus exigere Idem si ex vi statuti posset consanguineus à Domino directo retrahere, quod tamen impossibile est*

35 *Directus dominus emens in pretii solutione deducet laudemium.*

36 *Res solita concedi in emphyteosim, non vicini, sed successoribus primi emphyteotae dari debet.*

37 *Dominus non tenetur renovare emphyteosim, si mavult pro se retinere.*

38 *Vicino non idoneo solvere canonem, non tenetur denunciare Dominus vendens in emphyteusim.*

39 *Vicinius non idoneus admittitur paratus dare fidejussores.*

40 *In concessione in emphyteusim etiam ubi pro re empta tantum habet locum retractus, datur quoties ex contractu vere venditio resultaret.*

41 *Quid. in locatione relativè.*

42 *In permutatione sine fraude contracta cessat retractus.*

43 *Usumfructum constituens in re sua, & illum vendens, an vicinos invitare teneatur.*

44 *Alienationis verbo continetur usufruct. ejusque constitutio est in rem,*

45 *Diversificantur haec duo dominum usufr. vendere in suo fundo constitutum, vel eundem usufructuarium, cui fuit usufr. constitutus.*

46 *Ratio personae potest esse praejudicialis; in constituendo usufruct. magis vicino, quam extraneo.*

47 *Aetas hominis in usufru. aestimationem recipit, & an eodem modo in contractibus, sicut in ultimis voluntatibus.*

48 *Aetatis aestimatio in ambigua disceptatione ratione vendendi usumfr. magis vicino, quam extraneo, Judicis arbitrio relinquenda.*

49 *Pretium Judici taxandum relinquitur, quoties ex pluribus rebus emptis una retrahitur.*

50 *In usufructu dari retractui locum concluditur.*

51 *Ususfructus an sit alienabilis?*

52 *Ususfr. an sit pars dominii?*

53 *Intell. tex. in l. arboribus, D. de usufr.*

54 *Vendi jus utendi, & fruendi, quomodo intelligitur per quid pro jure sumatur.*

55 *Cedere verbum plenam rei translationem importat, quo nomine differt à verbo concedere.*

56 *Cedens alteri usumfr. illum perdit, non quidem ad favorem extranei, sed proprietarii, secus est in concedente.*

57 *Cedere jus ususfruct. differt à cedere simpliciter usumfruct.*

58 *Usufructuarius concedens usumfr. an invitare teneatur vicinos.*

59 *Dominus an praeferatur vicinis in emptione ususfruct.*

60 *Proprietarius non est requirendus in venditione ususfruct.*

61 *Usufructu duobus vicinis vendito, altero ex his partem suam vendente consors est semper proprietario praeferendus.*

62 *Jus accrescendi locum habet etiam in re divisa, si concursu separatio evenit, ut in vicinis ex const. conjunctis,*

63 *Jus accrescendi non obtinet in conjunctis conjunctione legali in proprietate; secus in usufructu, tam ante, quam post acquisitionem.*

64 *Jus accrescendi fortius est, quàm jus consolidationis.*

65 *Vicini praeferuntur fructuario in emptione proprietatis.*

66 *Ususfructus non confunditur etiam per acquisitionem proprietatis.*

67 *Usufructuarius de jure communi utrum praeferendus non existente statuto de retractu.*

68 *Proprietarius, an usufructuarius praeferendus in emptione fundi vicini?*

69 *Usufructuario non competit jus retractus ad rem conjunctam ex consuetudine Bari.*

70 *Usufructuarius nomine proprietatis Domini, cujus est velut generalis Procurator potest petere retractum, non tamen satis est ei denunciare.*

71 *In feudis an sit locus retractui.*

72 *Validum est argumentum à feudo ad emphyteusim.*

73 *Feudum non debet vendi alii, quam agnato successuro, id autem non ex vi Protomis.*

74 *Res potest per infeudationem, etiam invitis Agnatis extraneo dari, non autem feudum in quo essent agnati successuri.*

75 *In rebus particularibus feudi habet ita cum jus congrui.*

Per emphyteusim.

1 PEr empyteosim) idest, cum directus Dominus alteri rem suam concedit utiliter: qui propriè contractus emphyteoticus est, dd. communiter teste. *Jaso. in l. 1. post num. 29. Cod. de jur. emphyt.*

Itaque differre hanc constitutionem Federici à consuetudinibus Neapolis, secundum quas non nisi in venditione locum habet congruum pro vicinis supra notavimus *vers. rem immobilem*; ubi *Napod.* sequuti sumus, & *Afflic. decis. 72.*

Sed quid cum utiliter dominus alienare voluerit: habet enim, & ipse dominium alienabile: quo respectu à feudo emphyteosim differre, docet magistraliter *Napodan. in consuet. 1. vers. Sed in bonis. tit. in quib. caus. loc. hab. quarta.*

An igitur vicinis jus praelationis competat per hanc constitutionem, vel potius directo domino, per *l. fin. C. de jur. emphyt.*

2 Napodanus considerat jus congrui ratione dominii aliud esse, & differens ab illo: quod inducitur ex vicinitate rerum, idque sentit *Bald. in hoc tit. num. 6. in fin.* Atque praeferri dominum: qui

jus habet emphyteoticum simpliciter concludit *Bald.* post *Guliel. Cun.* quem citat in *l. Imperator. D. de pact.* & eandem Gulielmi sententiam idem *Bald. in d. l. Imperator*, *vers. extra quærit Gulielm.* latius refert, & dicit esse not. & cum nihil ipse *Bald.* dicat ibi de hac constitutione, neque de suis hisce commentariis semper vetitus sum; An ista sint Baldi: cui attribuuntur, ut & alibi dixi.

Conclusio hæc tamen pro directo domino, ut ipse præferatur vicinis ex magis speciali provisione *d. l. fin.* verissima est & communis, ex relatis per *Tiraq. de retrac. lignag. §. 21. Glos. unica num. 3. Nicol. Boer. in consuet. Bituri. eod. tit. §. 5. in princ. Bestian. in consuet. Alver. t. 21. art. fin. Mantua eod. tit. 11. dubit.*

Ex nostratibus *Napodan. in consuet. si quis emit. vers. alicujus Patris. de Put. de feud. reintegr. c. quis præferatur*, in congruo vicinus emphyteota, vel directus dominus, *Anto. Capic. decis. 99. Jo. Vinc. Anna allegat. 43. num. 14.*

3 Atque adeò privilegiata est directi domini prælatio ex *d. l. fi.* ut etiam locum habeat, quoties res emphyteotica venderetur sub hasta quamvis necessaria dicatur alienatio, modo causa necessitatis orta sit ex obligatione contracta per ipsum alienantem: juxta sensum *Alber. in l. alienationes. D. famil. hercis.* quem meminit *Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. Glos. 14. à num. 9.*

Et ita judicari per Sacrum Cons. testatur *Præs. de Franch. decis. 277.* quod & comprobat *decisio. 482. in principio.*

Quid si habito consensu directi Domini emphyteota alteri vendat nunquid vicini extraneis præferendi sint emptoribus? & præferri dicit *Capic.* nisi idem directus dominus cum vicinis concurrat, quoniam dominus esset omnibus præferendus ea. *decis. 99.*

Nisi tamen consuetudo, vel statutum ultrà procederet præferendo proximos ipsi domino, ut probat *Mansueri. in sua pract. tit. de locat. & emphyt. nu. 3. & tit. de retract. ver. item sciendum*, quem atq; alios commemorat tam in feudo quam in emphyteosi loquentes *Andr. Tiraq. d. Glos. unica in princ. §. 21.*

4 Atque ubi ex consuetudine licet alienare emphyteosim, sine licentia directi dominii, & sine clausula salvo beneplacito, & cæt. quo casu communi jure res in commissum caderet, quasi spreta ipsius domini dignitate juxta *d. l. fin. ubi Jas. nu. 10. Jul. Clar. §. emphyteosis. quæst. 13.*

Nihilominus posset directus dominus offerre precium, & rem emphyteoticam sibi habere ex prælatione: quæ datur in *d. l. fi. decisum in Senatu Pedemont. refert Anto. Tessaur decis. 169.*

Sed & si nulla consuetudo adsit, & secundum terminos juris sit necessaria licentia in alienatione, ea tamen non petita, res alienetur: quoniam est in arbitrio domini caducitatem intendere, si eam non petat, tacitè alienationi consentiens, cum alienatio valeat, poterit adhuc ipse dominus prælatione uti, si voluerit, probat *Alex. consil. 27.* viso themate. *ver. quantum autem ad secundum dubium. vol. 6* prælatione, in quam, uti etiam contra vicinos: qui ex statuto vocantur ad retractum; quoniam tale statutum vel consuetudo, decit Alex, intelligi debet absque domini præjudicio sequens Guliel. Cune. & alios in *d. l. Imperator*, *quæ est antep. de pact. Alex.* sequitur *Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 2. casu 180. nu. 11.* dum vult vicinos, & consanguineos admitti ad retractum rei emphyt. Ecclesiæ.

5 Fortius sentiit *Andr. Tiraq. de retrac. consang. §. 1. Glo 9. num. 145.* quòd si requisitus dominus ab emphyteota, consentiendo alienationi dixerit, nolle emere, non propterea sibi præjudicabit, cum videatur magis expectare voluisse venditionem fieri, & interim pecunias in id necessarias sibi colligere, & rem postea intra statutum tempus redimere, si fortè tunc non habebat, cum fuit requisitus: movetur Tiraq. ex eo: quod in filio dicitur, qui dicit se nolle hæredem institui, quia malebat habere ab intestato, ex sententia *Cyni in l. si quando. q. ult: C. de inoff. testam.*

6 An quæ dicta sunt, procedant verè? duas difficultates moveo: ex quarum resolutione dependet, ni fallor, veritas prima est. Si admittimus quæ specialis provisio *d. l. fin. adhuc viget*, nec statuta, vel consuetudines de retractu quicquam obstant, consequens esset, habita licentia domini directi, cæterisq; observatis juxta *d. l. fin. idest*, sive ipse dominus ab initio contractus facultatem emphyteotæ fecerit alienandi, sive in actu alienationis, sive tacitè consenserit, sive sine ejus consensu tacito, vel expresso consuetudo id permiserit, aut quia necessaria fuerit alienatio, cum semper debeat Dominus volens præferri, videtur consequens, ut ipso nolente, is qui emit sit tutus, nec vicinis jus protomiseos competat. Probo quoniam per hanc constitutionem certus est ordo eorum: quibus denunciandum est in textu ibi (in primis vocentur, &c.) inter quos non est dominus, ergo necesse est fateamur: legem nostram loqui extra casum *d. l. fin.* quod si secus diceremus, resultaret absurdum, quam præter onus denunciandi vicinis teneretur volens rem vendere, idest suas meliorationes ante omnes requirere dominum directum, igitur non in primis parentes.

Rursus non essent quatuor personarum genera, sed quinque, & ita magis gravare venditores contra rationem *text. l. si cum dotem. §. si pater*, & ibi *Glos. solu. matrim. l. jure. D. de jur. dot. l. cogi. §. inde quæritur. ad Sen. Cons. Trebell.*

Augetur difficultas, quoniam cum hic tex. constitutionis loquatur de eo: qui voluerit per emphyteosim alienare. non intellexit Legislator Federicus emphyteotam alienantem suas meliorationes, sed dominum rem suam alienantem, ut in principio hujus Glosæ notavimus post *Jas. in l. 1. num. 29. C. de jur. emphyt.*

Hic ergo casus remanet in dispositione juris communis. *in d. l. fin.* ubi specialis est provisio de hac ipsa re, & consequenter non est opus denunciare vicinis. Strictè enim hanc constitutionem interpretamur uti dominis onerosam quod in præludiis examinavimus.

7 Nec videtur obstare decisio Sacri Consilii per *Capic. 99.* quæ admittenda est in terminis congrui consuetudinarii Neap. ut est propriè casus illius quæstionis. Differunt enim in multis articulis consuetudo illa congrui, & hæc protomiseos lex. Illa em-

emptorem extraneum onerat necessitate vendēdi vicinis infra annum à die scientiæ eorum, & in nihilo gravatus est venditor: qui absq; necessitate denunciandi liberè vendit, & alienat dominium rei venditæ, si dominus est tradens, in emptorem transferens, licet revocabile, quod patet. dum fieri videmus novum contractum respective inter extraneum, qui emit, & vicinos. qui retrahunt, nam tenetur dare pro retractu, prout fuerit res appreciata, non distincto modico, vel nimio precio: quo ipse extraneus emerat. notat *Napod. in 1.consu.eo.tit.in Glosa (fuerit)*

E diverso hæc lex dominum: qui rem vendere voluit, gravat, ne in extraneum transferat, antequàm vicinis iisdemque gradatim denunciet in textu ibi (non aliter ei concedimus alienare, nisi, &c. Rursus vicinos vocat hæc eadem constitutio ad eandem emptionem cum extraneo emptore contractam. Solvi enim dicitur idem precium: quod verus emptor extraneus dederit: in text.ibi (solvendo justum precium quantum verus emptor sine fraude dederit) quæ differentiæ, ratio probatur optimè in *l. pacta conventa.in fi. D.*

8 *de contrahen.empt.*quoties enim contractu emptione valor rei augetur, vel minuitur, ut in eo congruo consuetudinario evenit, à priore contractu receditur, & nova emptio intercedit, etiam cum est res integra inter primos contrahentes. *C.quando lice. ab empt.disced.l.1.D.de rescin.vend.l.si quã rem,& ex regula l.1.§.si quis simpliciter in fi.& ibi Jas.& alii.D.de verbo.oblig.cum concord.*

Sed hæc procedunt, attentis terminis stricti juris, ne quis tamen putet, esse propterea duas emptiones,& venditiones ex retractatu consuetudinis Neap.quoniam licet sint subtiliter, & verè considerata propter formalem differentiam inter constitutionem, & consuetudinem, una tamen est effectualis mutatio, & translatio ex causa primæ emptionis. & necessariæ resolutionis contractus authoritate consuetudinis.

Altera difficultas est, quomodo id admitti debeat; directum dominum consentire emphyteotæ alienanti, licentiam alienandi dare, sive etiam dicere, quod non vult emere. & deinde ipsi præferri emptori, qui si adversetur consensus, licentia, & declaratio voluntatis nolentis emere, propter ea, quæ latè diximus post alios infra *§.scriptum est vers.renunciaverint emere)* Rursus cum dictum sit præferri directum dominum etiam re emphyteotica vendita sub hasta,adversantur maximè:quæ infra dicentur in jure hoc protomiseos vers. non aliter; ubi defendimus in necessaria alienatione retractui locum non esse, & tetigimus an directus Dominus retentionem petere possit.

Pro resolutione. Primo advertendum puto,non simpliciter procedere,quod directo domino semper jus prelationis competit,nec quod semper is requirendus est, quibus etiam casibus substinenda quoque est constitutio hæc prælationis vicinorum ad rem emphyteoticam per emphyteotam venditam, cessante ratione *d.l.fi.cum his*: quæ adduximus pro

9 priori difficultate.pone factam concessionem in emphyteosim cum pactis solitis devolutionis,& prælationis, verum datam esse potestatem affrancandi canonem in pecunia infra certum tempus, qui emphyteota vendidit,& tradidit extraneo cum eodem jure affrancandi, & redimendi, salvo directi domini assensu. Nam vigore pacti, quoties extraneus emptor offerret,& deponeret pro affrancatione pecuniam, neque devolutioni, neque prælationi locum relinqueret directò domino, ut ex facto discussum, & diffinitum in Sacr.Consi.refert *Præs.de Franc.decisio.267* facta concessione.

Ergo cessante particulari decisione *d. l. fi.* nemo necabit admitti vicinos ratione juris congrui, & protomis.ex hac lege generali.

An verò licentia alienandi excludat directum dominum, ut locus detur vicinis distinguendum puto, quoniam aut tempore concessionis in emphyteosim convenit inter emphyteotam, & dominum, aut quo tempore ipse emphyteota alienare intendit.

10 Primo casu controversia est utrum primævus ille consensus satis sit an intelligi debeat prævio novo domini consensu in actu alienationis; multi dicunt primam licentiam, & consensum sufficere, ac irrequisito postea domino licere emphyteotæ vendere quasi non sit propriè emphyteosis: quæ modò secundum usitatam formulam celebratur. *Alber.in l.fi.ver.sed nunquid hæc lex C.de jur.emph. concordantes per Deci. consi.164.nu.3.vers.secundò respondetur.vol.2.*ubi testatur istam videri communem opinionem per textum loquentem in pari materia, idest, in feudo ea lege dato, ut ipse, & sui heredes, & cui ipse dederit, habeant in *c.1.de feu. non hab.propr.feu.natu.sequitur Pari.consi.71.vol.3. Jo.Ceph.consi.257.n.31. & cons 699.n.24. vers.verũ est secundum crebriorem*, ubi meminit *Tiraq. de retr. lignag.§.1.Glo.14.num.83.Jo.Vinc.Anna alleg. 73.num.15. comprobat Ruin. consi.81. & 213. lib. primo.*

Eaque ratio est præcipua preter *tex.d.c.1.de feu. non hab.propr.natur.*qua verba debent aliquid operari, ac si non isto modo acciperentur, nihil operarentur, ex quo absq; dicto pacto, & licentia potuisset emphyteota alienare cum cõsensu domini.

Plerique tamen interpretari sunt, ut quantumcunque latissima data fuerit licentia, restringi, nihilominus debeat ad naturam contractus,& consequenter in actu alienationis requirendus sit domini consensus. *Specul.de loca.& cond. §.nunc aliqua ver.94. concordantes per Hippoly.Rim.con.176. à nu.32.vol.2.* qui hanc sententiam uti magis communem amplectitur, & tuetur, meminitq;decisionem *Neap.307. n.21.Afflic.* notanter *Paris. de reintegr.feud.ca.an si dominus.fo.62.*& ut absolutam conclusionem tetigit *Præs. de Franch. decis.4.in fi.* „Videmus inquit,in emphyteota:cui data sit potestas „ alienandi rem emphyteoticam, tamen intelligitur „ data previo assensu domini, citans tantum *Paridem d.c.an si dominus, & decis.6.nu.7.*ubi meminit *Cacher. dec.164.* & alios de feudo loquentes.

Sed non perfectè videntur resolvere, quomodo reddatur inutilis licentia ab initio data, cum velint esse opus novo consensu, ut videre est apud *Alex.consil.128.* viso instrumento.*nu.5.vo l.5.* cum quo transit *Rimi.d.consi.176.num.36.*

11 Ideo pro clara interpretatione considera cui usui domini consensus habeatur, cum emphyteota alienat, ita ut domino irrequisito privetur jure

re suo, qua in re dd. afferunt duplicem rationem. Prima est, ut dominus valeat idem precium offerre volens preferri, altera, ut propter consensum, & recognitionem novi emphyteotæ, cum immittendo in possessionem emphiteosis consequatur laudemium, & pro domino cognoscatur *Corb. tract. de emphyt. tit. de causa privati ab alienat. in prin.* quem refert, & sequitur *Maur. Burg. de laudem. par. 2. inspecti. 52. in fi.*

Tu verò dic quòd major ratio consensus vel dissensus est in delectu, & admissione personæ; cui & in quem emphyteota alienat; sunt enim quædam personæ: quæ solent in contractibus emfiteoticis vetari. *tex est in d. l. fi.* & ponderat *Alex. & Rimin.* in citatis consiliis.

Licentia igitur, & consensus semel prestitus sufficit veteri emphyteotæ alienanti, nec requiritur, ut iterum dum alienat ex præcedenti consensu dominum ipse requirat, cum satis sibi ab initio caverit, ad evitandam scilicet caducitatem; quæ præcipuè timetur in pœnam alienationis ex propria natura contractus emphyteotici, & isto respectu tenenda est prior opinio quoties fit alienatio, salvo jure directi domini, remanetque onus emptori pro confirmatione contractus dominum directum recognoscere solvendo eidem laudemium, ejusque consensum procuret, quasi non sit ipse de personis vetitis in emphyteosi: quæ omnia cum novum emphyteotam respiciant; ad quem detinet affectivè negotium, nimirum si quòad ipsum novus domini consensus visus fuerit necessarius, neq; sufficere priorem licentiam quantumvis latissimam opinati sunt dd. quos ex adverso citavimus sequutos Speculatorem.

Quo præsupposito quantum attinet ad veterem emphyteotam vendentem, adverti oportet, quod licentia alienandi: quæ communi jure interpretationem recipiebat, ut permitteretur liberè vendi, & liberè tradi cujucunque attenta natura simplicis contractus emptionis, & venditionis *juxt. tex. l. dudum. C. de contrah. emp.* quem in simili notanter allegat *Bal. consi.* 85. præmissis verbis testamenti. *vol. 5.*

12 Ad limitationem tamen communis juris, *& d. l. dudum*, in terminis nostræ constitutionis alienationis licentia est restricta, ut nò aliter liceat, nisi prius denuncietur vicinis ex ordine posito in principio, & §. 1. dictæ constitutionis. Et quia non est simplex venditio rei, sed cum qualitate emphyteoseos, respectu dictæ qualitatis ita accipienda est licentia, ut salvum sit jus directi domini in quemcunque è vicinis res alienetur, & ita contractus natura servatur, quod voluit Bald. & hujus legis tenor: quæ præcipit in alienatione per emphyteosim esse quoque vicinos imitandos iis scilicet casibus: qui sunt compatibiles in contractu emphyteotico, data à Domino alienandi licentia, ne contradicamus antedictis per *l. fi. C. de jur. emphyt.*

13 Infertur etiam, quod cum in hujusmodi alienatione ex præcedẽti licentia domini, ipsius domini jus salvum sit in quẽcunq; fiat venditio, poterit dominus volens præferri etiam vicinis vẽditoris, ex speciali provisione *d. l. fi.* Idque doctores non negant hoc etiam casu licentia non obstante, ut supra tetigimus. vers. ideo pro clara interpretatione. Neque enim id officit vendenti, cum illud eveniat ex natura contractus emphyteotici, & legis prescripto, & satis ei sit pretium cõsequi æquè à domino directo, atque accepturus erat à vicino.

Secundus est casus, quãdo licentia: de qua agimus non est data ab initio cõtractus, sed eo ipso tempore; quo emphyteota vendidit. Et licet videatur magis dubius propter ea: quæ adducta sũt in motivis, adhuc tamen puto esse locum protomisi per hanc constitutionẽ: quæ indistinctè loquitur. Considero nullum generari directo domino prejudicium, contrahatur ne cũ vicino, vel cum extraneo ipsa ven-

14 ditio futura, cum jus suum salvum semper sit, seu ut laudet seu ut præferatur, denunciatio autem: que domino, non præcedit tractatum venditionis, sed sit ipsi subsequitur, ita est *te. in d. l. fi. C. de jur. emph.* his verbis (Sed ne hac occasione accepta domini

„ minime cõcedãt emphyteotas suos accipere precia,
„ meliorationum: quæ invenerunt, sed eos deludant, & ex hoc commodum emphyteotæ depereat
„ disponimus attestationẽ domino transmitti, & prædicere quantum precium ab alio re vera accipi potest, & siquidem dominus hoc dare maluerit, &
„ tantum præstare quantitatem: quantam ipse re
„ vera emphyteota ab alio accipere potest, ipsum
„ dominum omninò hoc cõparare) ex quibus manifestè patet, contractum cum alio precessisse, & certum precium inventum, & emptorem quoque certum futurum domino denunciari, ut sit de personis: quæ non solent in emphyteoticis contractibus vetari, ut subsequitur in eodem tex. vers. sin autem duorum mensium. Et nota, quod inter personas, quæ evitantur in emphyteosi est Civitas.

Tunc dico sic. In inveniendo emptore is: qui vult alienare, præscriptam habet regulam, & ordinem ex hac speciali constitutione, ut vicinis potius, quã extraneis vendat, idque fit sine domini præjudicio, cui nihil refert, à quo precium fuerit inventum, ut dixi merito constitutio servanda est, & vicini extraneis præferendi. Se enim benè compatiuntur hæc lex, & illa. hæc dum venditio contrahitur ante rei alienationem, illa postquam contracta est. Et ex his colligitur facilè resolutio difficultatis: quæ sanè procederet quoties directus dominus esset in ordine eorum: quibus denunciari oporteret futuram venditionem, quod non esset compatibile, quod puto verissimum.

Sed non adhæreo *Andr. Tiraq.* in eo, quod supra retuli. vers. fortius sentit, tenendum est nam, quod cum dominus in actu alienationis requisitus dixerit, nolle emere, non licere postmodum rem ab emptore avocare (modo non sit ex personis vetitis) ut late probavimus infra. *§. scriptum est. vers. renunciaverint.*

15 Nec ratio; qua movetur *Tiraqu. ex Cyno in l. si quando. C. de inoff. testam.* quicquam urget. Ponit enim duos casus in filio: qui dixit, quòd non vult hæres institui. Unum, cum dixit nolle institui, quo casu cum possit accipi uno modo ex testamento, altero ab intestato, videtur dicere, quod non vult ex testamento, sed quòd mavult hæreditatem ab intestato per legem habere. Hoc igitur casu duæ parebant via succedendi, nimirum si cũ unam refutaverit non intelligitur ab altera exclusus, ideo allegat *Cyn. in arg. D. de inoff. testamen. l. mater, & de leg. præst. l. 1. §. generaliter.*

Hic

Hic autem casus non est adaptabilis ad nostram quæstionem; quia cum emphyteota vendit, requisito domino, una via patet per *dict. l.fin.* declarata enim voluntate, quod ipse non vult, aut expræssè, dum est requisitus, aut tacitè per lapsum duorum mensium, statim est licentia emphyteotæ, ubi voluerit meliorationes suas, & sine alio consensu domini vendere personæ non prohibitæ. *tex. est in d.l.fin.eodem.vers.fin.autem duorum.*

Alter, & secundus casus non tantum non facit pro *Tiraq.* sed etiam ejus opinionem destruit. Cum enim dicit filius, nolo hæreditatem habere aliquo modo, vel est dubium utrum intellexerit ex testamento, vel ab intestato, & utroq; casu dicit *Cyn.* interpretationem fieri contra proferentem; ut voluerit se excludere ab hæreditate hic est propriè punctus noster; præjudicat enim sibi, qui simpliciter nolle emere respondit.

Vt tamen valeat testamentum patris, advertunt dd. debere in fieri, quæ ideo filius ille non instituitur, quia noluit, ut declarat *Paul. de Castr. post alios. in d. l. si quando. §. & generaliter, vers. ult, Glos.* sed nihil ad nos.

16 Post hæc scripta ædita est 4. pars decis. Sac. Consil. D. Præsidis de Franchis, quem vide *decis.* 610. Vbi tenet in summa directum dominum præferri vicino in venditione rei emphyteoticæ, etiam data facultate affrançandi in pecunia, quando res fuit concessa.

17 Cum Ecclesia in emphyteosim dat, quia non tenetur ipsa denunciare vicinis, cessat hæc constitutio, & tutus est emphyteota à moiestiis vicinorum. latè probavimus in *fi. constitutionis. ver, Ecclesia,*

18 Sed cum postea emphyteota Ecclesiæ vult alienare suas meliorationes, nihil distat ab emphyteota privati: de quo superius actum est; quoniam hodie Ecclesia jure prælationis uti potest, non secus ac privatus rei dominus *text. est in cap. potuit. extr. de loca. & cond,*

19 Aliud dicimus in emphyteota fisci, vel Principis, vel Reipub. quoniam alienanti, Reipublicæ, vel fisci consensus non est necessarius. *Arnon. Ferron. in consuetu. Burdig. de feud. & emphyt. §.10. in princ.* debet ergo volens vendere denunciare vicinis, & illis potius vendere salvo Canone fisci, Principis, vel Reipublicæ, cum nulla ratione eximantur ab onere hujus constitutionis. Pro hoc benè facit *text. & Glos. in l.1. Cod. de fund. patrim. lib.* 10. cum his: quæ dixi in fine constit. vers. Fiscus, & vers. Via publica, ratio, quare fisci consensus non est necessarius, affertur per *Franc. Marc, decis.* 325 *num.5 par.1.* quia sine nova obligatione habet obligationem personalem contra tertium, sequitur *Scappus de jure non scripto lib.4. cap.2. num.* 17.

Nec valet argumentum quòd fiscus nō tenetur jure hoc protomiseos, ergo nec is, qui à fisco causam habuit, quia alio modo incipit ipse habere, quam fiscus habuit, ut in emphyteota Ecclesiæ habetur per *Tiraquel. de retrac. lignag. §. 1. Glos.* 13.

Et decisum refert *Episc. Ranell. sing. 16. versic. emphyt. ota, ad tex. in l. Paulus respondit*, alias per procuratorem *D. de acq. hæred.* cum aliis per Caputum, in *Glo.* habeat, qui sequutus est *Napodan. in 1. consuet. de jur. congr. vers. Alicujus.*

Quæro nunc de modo respondendi de canone ipsi directo domino cum plures vicini ejusdem gradus concurrunt ad eandem rem jure hoc protomiseos? Et videtur unusquisq; obligatus pro rata, & ita canonis solutionem dividi, dicit enim tex. constit. Vnusquisque secundum suam portionem recipiat, & iterum in fine *cap. ll. Gragorum.*) collatione facta recipiant eam omnes sicut propinquitatem habent. Sic in hæredibus emphyteotæ dicit *Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. D. de verbo. oblig. & in l. si domus. §. de loga.* 1. posse rem inter se dividere, & solvere canonem pro parte. comprobat *Deci. consil.* 411. *vol.3. ad Afflict. decis.* 242.

Sed pro domino facit, quod sua interest, ne eo modo præstatio confundatur *text. est notab. in l. communi dividundo*, ubi *Glos.* disputat *D. commu. divid.* quam communiter sequuntur per Ripam *in l.4. §. Cato; num.* 44. *de verb. oblig.*

21 Item re divisa vigore hujus constitutionis, canonis tamen præstatio quoad dominum dividi non debet: qui rem solidam alienare voluit; nam vicinos limitans, non sua spontè invitat sed lege hac prohibente rem aliter alienare. quare non est censendus consensisse divisioni, ex doctrina *Alber. de Rosa. in d. l. communi dividundo*, circa finem, quem commendat *Afflict. in d. decis.* 153. *Fabi. Ann. consil.* 16. qui alios in id citat.

Resolve sic, posse plures emphyteotas rem, quam acceperunt sub annuo censu, sive canone inter se dividere, & pariter canonem invito [illegible] dividere ad hoc, ut quilibet ipsorum agat conveniatur, & teneatur consorti, & contra consortem suum, si forte unus ex eis esset conventus in solidum pro toto canone domino directo. Dominum verò prosequi jus canonis, sive census uniformis, & indivisi in solidum contra singulos, & in qualibet parte cum jus suum directum in totalitate remaneat illesum, notanter, explicat *Jo. Bessia. in consuet. Alver. des emphyteoses. arti.* 19. declaratque *Mazuerium in sua practi. de locato.* ut cum ait, plures accipientes rem certam, locum, aut mansum in emphyteosim non posse inter se dividere, intelligi debeat quo ad domini directi prejudicium, vide Pyrrum in consuetu. *Aurel. de laudem. c.* 15. novissimè dominum *Fab. de Anna consil.* 83. emphyteotæ plures, qui diligenter quærit, & respondet de pluribus emphyteotis, vel de unius emphyteotæ pluribus hæredibus, & idem Anna sequens *Affl. d. decis.* 153. *in cit. consil.* 16. *lib.* 1.

22 Dominus autem recipiendo partem ab uno sine protestatione, sine dubio sibi præjudicaret, & censeretur exinde facta divisio, refert in Sacro Consil. decisum *Anna allegat.* 3. *par.* 1. quod pluribus probat,

23 Cum verò ipsi emphyteotæ, inter se dividunt authoritate hujus legis non dicuntur alienare, nec indigent novo domini consensu, cum respectu domini nihil agant: cui canonem solvere quilibet tenetur in solidum. ex latè, & doctè congestis per *Ruim. consil.* 10. *num.9. consil.* 159. *nu.7, & 8. & consil.* 160. *nu.15. lib.1.* quem sequitur *Jo. Cepha. cons.*

cons. 600. *num.* 42. *lib.* 5.

24 Quid si non concordant inter se? debent præferri magis idonei offerentes satisdare, ut in feudi servitio à pluribus debito dixit *Andr. si de feud. contr. fue. §. omnes. num.* 4. *per l. quod si plures. de testa.tute.*

25 Quid si plures res in emphyteosim concessæ fuerint, pensione ab initio in singulas distributa, simul tamen calculata, puta annuorum decem pro tribus prædiis operarum decem ad rationem duca. unius in singulas operas? respondetur retrahentes hoc corpus non insolidum teneri domino, sed pro virili habita ratione cujuslibet predii. ita notanter *M. Anton. Peregr. de jure fisci lib.* 6. *titu.* 6. allegat *text. in cap. constitutus, de relig. domi.* cum dictis ejusdem *Peregr. eod. lib. tit.* 5. *num.* 40. Et ita ipse limitat conclusionem *Afflict. decisio.* 153. venditur domus, & aliorum dd. quos refert *d. tit.* 6. *nu.* 53. & 54. Vide *Tiraq. de retrac.* §. 23. *Glos.* 1. *nu.* 20. & *seq.*

Quæ difficultas cessat in rebus fiscalibus in emphyteosim concessis: quoniam sive unum sit prædium, sive plura, possunt plures emphyteote inter se dividere, & pro rata conveniendi sunt, non pro tota pensione, cui privati domini emphyteotas in solidum teneri, dictum est ex speciali decisione. *l.* 1. *Cod. de fund. patrim. lib.* 11. ubi *Bar.* junctis his; quæ notè Canonistæ in *d. cap. constitutus. Abb. num.* 8. *Petr. Anch.* & alii, ut per *Guid. Pap. quæst.* 432. comprobatque *Peregr. dict. tit.* 5. *num.* 40.

26 Constituta emphyteosi, eaque consistente directus dominus vendit suam proprietatem extraneo cuidam, idest, non vicino, nunquid emphyteota ratione utilis dominii præferatur. *Napoda. in consuet.* 1. *vers. alicujus*, dicit emphyteoticarium habere jus congrui, cum sit utiliter dominus, & vendicet per utilem in rem, & quia dominium utile est alienabile, & cæt. Sequuntur *Afflict.* & ante cum *Caputus* moti iisdem rationibus, quorum authoritate *Maxilla in consuet. Colonus*, improbat in proposita quæstione eandem Bari consuetudinem: cujus verba sunt (*Colonus, creditor fructuarius emphyteota non habent jus vicinitatis; quia proprietati dominium inhæret.*)

27 Sed adverte, quia Napod. videtur loqui, quoties res vicina venditur: ad quam emphyteota admittitur jure congrui, & vicinitatis, imo quod, si cum emphyteota concurrat directus dominus, præfertur utilis dominus, idest emphyteota directo, cum utilis dominus possideat, non autem directus, & prosequere, ut per eum *num.* 33. *vers.* sed quid si rei venditæ est conjunctus emphyteota. Et eodem modo *Affl.* & *Caput.*

Unde diversa est quæstio, si res vicina venditur, utrum jus congrui competat emphyteotæ propter conjunctionem rei emphyteoticæ, & benè concludunt dd. competere ipsi, non domino proprietatis.

Vel si proprietarius vendit suam proprietatem, utrum emphyteota petere possit congruum, & hoc non colligitur ibi, sed alibi, ut supra disputavimus oportuniori loco, *vers. rem immobilem.*

28 His que dictis addi potest defendi posse, ut emphyteota præferatur extraneis emptoribus: qui à domino proprietatem emerint; quoniam non est simpliciter concedendum, venditionem esse solius juris emphyteotici, idest pensionis: quæ domino proprietario solvebatur, quinimò res ipsa est, quæ vendita intelligi potest quoad proprietatem. Si attendamus proprietarium rem in emphyteosim concessam possidere, (quamvis ejus possessio plurimum juris habeat) quandoquidem, cum ita concedens non desinat rem habere perpetuò ea cariturus, possidere, censetur civiliter, ob quam possessionem ipse proprietarius à satisdando excusatur. *text. in l. sciendum. D. qui satisd. cog.* notanter *Specul. in emphyt. vers.* 46. sequitur *Jas. in l.* 2. *Cod. de jur. emphyt. num.* 117. receptus, ut per *Clar.* §. *emphyteosis. qu.* 25.

Hæc autem constitutio ad omnem possessionem potest extendi, ut notavimus vers. habeat, & in text. ibi (vel aliquo alio modo.)

Meritò directo domino vendente rei proprietatem non videtur exclusus, ipse emphyteota socius in domino, & socius in possessione. in possessione: quia ipse habet naturalem, rei dominus civilem, in dominio, quia rei dominus directum, ipse, utile, ad *Ludov. Roman. consil.* 209. pro verificatione. *vers.* est igitur videndum.

29 Hinc signanter infero errasse dd. qui cum dubitant necne admittatur, & præferatur emphyteota domino directo vendente; non distinguunt quonam modo venditio concepta fuerit utrum census sive canon sit venditus, sive cessus (quod est propriè dictum) vel proprietas, & rei directum dominium; nam diversa hæc sunt census, sive canon, qui pro aliqua re debetur, & dominium directum talis rei; habent enim se ut principale, & accessorium. nempe dominium directum est principale, & canon, accessorium, cum ad causam dominii directi fiat, & præstetur, & cum non sit inconveniens unum habere dominium directum, alterū ex eadem re percipere censum, ideo de uno ad aliud nō fit illatio, & vendito, vel cesso jure census non sequitur venditam esse proprietatem. *Guid. Pap. q.* 264. *incip.* an dando, vel dando censum.

Principalis enim dubitatio proposita, si emphyteota præferatur, quatenus præsupponit venditam esse rei proprietatem, directumque dominium videtur esse facillimè resoluta pro emphyteota socio in dominio, & possessione ex antedictis. Quatenus vero jus ipsum canonis fuisse cessum: militant rationes allegatæ contra emphyteotam: cum jus non habeat fines, & latera, ergo nec adaptantur verba constitutionis ibi (rem immobilem.)

30 Infero ad aliud non minus necessarium, quòd cum directus dominus fundum ab emphyteota venditum, volens præferri, sed facultatem non habens, jus suum retractus alteri cedit, ut is retrahat, nihil agit, cum jus retractus non sit cessibile hoc casu; quem in terminis diffinit *Guid. Pap. quæst.* 411. dominus directus.

Valeret tamen juris cessio ad retractum dictæ rei emphyteoticæ, si proprietatem rei, directumq; dominium: quod habet alienaret, ex latè dictis infra. §. *scriptum est. vers. renunciaverint.*

Pro hoc quoque ratio facit. Nam æstimatio proprietatis non pertinet ad emphyteotam, sed ad directum fundi dominum, in qua proprietate, & ejus æsti-

æstimatione emphyteota nihil juris habet, ut probat *Barnab. Cornazzarius decis. Rota Lucens. 11. numer. 6.*

31 Atque ideo cum res ab emphyteota venditur domini consensu, laudemium ei debetur, non solum pro precio meliorationum, sed etiam pro precio soli. *Alberi. in l. fin. vers.* item quærit si quis dedit. *C. de jur. emphi.* cum aliis per *Franc. Becci. consil. 2. numer. 3.* vide tamen *Bursat. consil. 127. numer. 53.*

32 Ad directi dominii, & proprietatis inspectionem, cum res venditur, videtur referri solutio laudemii: quod in patria est decima pars totius precii, & æstimationis ex consuetudine: quæ servanda est in terminis *Maur. Burg. de laudem. par. 1. inspect. 6. nu. 5.* ubi ex diversitate regionum diversimodè quoque laudemia solvi recenset modo tertiā modò quartam, modò quintam, modò sextam, modò decimam precii partem, citat quoque *Folier. in prag. de censibus vers. hujusmodi. num. 52.* Ad jus exigendi canonem spectat practica: quæ in æstimo habetur rei venditæ ratione ipsius juris emphyteotici, ad diminutionem enim precii pro emptore computatur duplum ejus: quod pro pensione solvitur. *Amod. à Ponte de laudem. quæst. 5.* ubi ait, solvi duplum pro laudemio, ut refert idem *Maur. par. 3. inspec. 16. num. 3.* fit autem duplicatio unius in viginti.

Exemplo melius intelliges, fundus emphyteoticus precii est ducat. 100. pro quo solvitur aureus unus jure census, cum modò venditur, deducitur decima, idest decem aurei, remanent nonaginta, ex his 90. aureus ille annuus duplicatur ad rationem unius singulis viginti, quod onus perpetuum cum sit futurum emptoris, erit præcium venditori solvendum duc. 70.

33 Nisi aliter concordetur de decima, quæ ex avaritia integrè exigitur per directos dominos ultra quinquagesimam precii partem, sicut est de jure. *tex. in d. l. fin. §. & ne avaritia. not. Raphael Fulgos. consil. 6.* Et benè facit *Guid. Pap. consil. 147. num. 7.* qui testatur de consuetudine solvi media laudemia. idemque reperit *quæst. sive decis. 48.* licet tractet de laudemio; quod solvitur de re emphyteota donata, quod necne debeatur magna est quæstio; & Sacrum Consilium non definivit, teste *D. Preside de Franch. decis. 201.* Sed dicit servandam consuetudinem, quem meminit *Maurus d. inspec. 6. num. 6.*

Apud nos verò non nisi de venditione solvitur, eaque voluntaria secundum opinionem *Specul. de locat. vers. 107. Guid. Pap. d. dec. 48. cum concordan. ibi per d. de Franch.* quamvis dd. magis communiter affirment laudemium ex quavis alienatione pro nova investitura deberi directo domino. *Jul. Clar. §. emphyteusis. q. 23. in princ.* sive necessaria sive voluntaria, ut per *Francisc. Bursat. consil. 44. num. 31. vol. 1.* sive per contractus, sive per actum ultimæ voluntatis, ut per *Maur. Burg. de laudem. par. 2. inspec. 1.* quorum opinio procederet in quinquagesima precii, vel æstimationis rei parte.

34 Et est notabile in proposito, quòd si laudemium non fuisset solutum ab emptore: quia fortè esset ei remissum, vel donatum per dominum, res verò à vicinis retrahitur jure hoc protomiseos, jure optimo illud dominus à retrahentibus exigere potest. *Tiraq. de retrac. lignag. §. 29. Glos. 4. num. 5.* & inde *Hierony. à Laur. decis. Avini. 26. num. 3.*

Illud enim constat in hac re, quòd cum fundus emphyteoticus venditur extraneis, vicini retrahentes, jure protomiseos ad laudemium tenentur, non autem extraneus emptor; qui servandus est indemnis, ex *Tiraq. Cassaneo*, & aliis novissimè probat idem *Maur. par. 1. inspec. 3. num. 4. & 6.*

Quinimò si ex vi consuetudinis, vel statuti consanguineus emphyteotæ emptori præferretur, etiam si directus dominus esset, jus laudemii, quod à se ipso directus dominus nō potuit exigere, non tamen intelligi debet confusum, sed consanguineus ab eo retrahens, tenetur illud solvere. *Andr. Tiraq. de retrac. lignag. §. 29. Glos. 2. num. 9. & 10.*

Quæ facti species, attentis terminis communis juris evenire non posset, ut ponderat *Maur. Burg. de laud. par. 1. inspec. 3. num. 24. & 25.* ea ratione motus; quoniam ipse dominus præfertur omnibus cum res emphyteotica venditur, ut supra diximus & ipse infinitos propè ibi allegat ex regula *l. fin. C. de jur. emph. ubi Jas. Rui. consil. 161. num. 26. & 31. vol. 1.* declara tamen, ut supra *vers. pro resolutione.*

35 Quid cum directus dominus præferri vult extraneo emptori? quæ precii ratio habebitur an eadem: quæ cum extraneo? ex antedictis resolvitur, quoniam laudemii ratio, & census, sive canonis deducitur ex precio, & ita quod superest solvitur venditori, non autem integrum.

36 Quod diximus in emphyteosis concessione vicinos præferri extraneis, signanter limitatur ex propria natura ipsius contractus, nisi res eadem fuisset antea concessa, & ad dominum reversa; fortè quod finita est certa generatio: Nam cum directus dominus voluerit iterum per emphyteusim alienare successores primi emphyteotæ præferentur omnibus. *Bar. in l. 1. §. permittitur. D. de aqua quot. & æsti. & in l. 1. de privil. credi. & in l. si mihi, Titio. de verb. oblig. jux.* quam sententiam decisionem Curiæ suæ refert *Nicol. Boer. qu. 107. in fin.* plures congerit *Tiraq. de retrac. in præfat. num. 41.* eamque communem testatur Portius, & in actu practico receptam *consil. 28. vol. 1. de Franch. dec. 406.* ubi meminit fertilissimam Sylvam *Franc. Vivian. opin. 244. vers. emphyteosi finita.* idem *de Franch. decis. 123.*

37 Sed si dominus mallet pro se retinere, non tenetur renovare in personas proximiores, probat *Ripa in d. l. 1. de privil. credi.* sequitur *Hippol. Rimin. cons. 176. in fin. vol. 2.*

38 Modò quæro, quid ex vicinis unus non est idoneus solvere canonem, an excusetur dominus ab onere denunciandi quoad illum non idoneum? dic excusari per *l. fin. C. de jur. emphyt.* ubi personis non idoneis, & iis: qui solent in talibus contractibus vetari prohibetur emphyteota alienare, favore domini directi, ergo nec ipse dominus tenetur illi denunciare. ex regula *auth. multo magis. C. de sacr. san. eccl.* allego in terminis *Napod. in consuetud. si ex uno. vers. & volentibus de jur. congr.* qui tenet, quod non idoneus habetur pro non conjuncto, cum non possit sibi vendi tanquam non idoneo, per *d. l. fin.*

39 De-

39 Declara nisi qui non est idoneus facultatibus petere admitti ad retractum paratus dare fidejussores, eo enim modo cavetur domino, & obtinebit vicinus, ex dictis notanter per *Gui. Pap. consi.* 161. *in fin. tex. est in l. cuicumque*, ubi *Bart. C. de fund. patrim. lib.* 11. cui adhæret *Tiraqu. post longum examen de retra. §.* 1. *Glos.* 18. *num.* 47. *vers. tandem verò post hac*, addo *Bessian. de retrac. art.* 38. & dicemus infrà *§. vers. vocentur*.

40 Et nota; quia ubi ex forma statuti, vel ex consuetudine in emphyteosi non habet locū hoc jus retractus, sicut Neapoli: cujus est consuetudo congrui in solo contractu emptionis, nihilominus si ex contractu: quem contrahentes nominant emphyteosim, ut evitant statutum, vel consuetudinem ipsam retractus, resultaret venditio, & emptio erit locus retractui, ita enim diceretur facta fraus statuto, & consuetudini de nomine contractus ad nomen quo casu attenditur potius effectus: à quo fit denominatio, & pariter ab eventu negotii inter partes habiti in propriis terminis valde notanter probat *Jo. Cephal. cons.* 70. *vol.* 5. post Decianum, & alios: quos allegat in quæst. utrum à nomine, vel ab effectu inspiciatur contractus emphytheosis, cum in eo interveniat res, & precium, & à partium conventione dependeat juxta *tex. l.* 1. *C. de jur. emphyt.* dixi aliquid infra in *Glos. vers. permutatione*.

41 Eodem modo dubitari potest de locatione perpetua propter æquiparationem contractus emphytheosos, & ipsius locationis, per *Tiraquel. in tract. de retr. lign. §.* 1. *Glos.* 14. *num.* 84. *vers. ego tamen*, ubi de crebriori opinione testatur, & alios citat. Sed quia ponimus *Glos. seq. vers. per locationem*, illhuc recurrere.

42 In permutatione sine fraude, & simulatione cōtracta cessaret jus prælationis, per *§. causa vero dotis.* ubi de hoc. Sed si fraus subesset: quia in effectu emphyteota vendit, & assereret permutare, ut privaret dominum jure prælationis, nihil faceret secundum communiter dd. teste *Rip. in leg.* 2. *in princ. num.* 38. *D. si cert. pet.* refert *Jul. Clar. §. emphyteosis. q.* 27.

An quæ de emphyteota vendente meliorationes suas diximus, ad fructuarium referri quoque possunt? certe liberius vendere potest fructuarius usumfructum, quam emphyteota jus suum; cum non solum non requisito, quin etiam invito domino liceat ei vendere per *l. cui usufructus*, ubi *Glos. D. de usufr.*

Distinguendi sunt plures casus, ne terminos confundamus, & nos ipsos.

43 Primus est. Pone Titius in ipsum corpus immobile: quod suum est usumfructum: quem constituit vendidit Sēpronio non vicino, an in ea venditione vicini fuerant invitandi, & non invitati, an petere possint se præferri ratione vicinitatis? Et videtur esse præferendos, probo, omnis venditio, per quam res stabilis alienatur, saltem utiliter, in jure protomiseos continetur, tex. est hic, ibi alienare per venditionem dixit, saltem utiliter propter id; quod de alienatione per emphyteosim habetur in textu, & dd. notant, habet enim emphyteuta utile dominiū rei integrum: de quo potest disponere, ut post alios ponit *Cephal. consi.* 505. *num.* 5. *vol.* 4. *consi.* 718. *num.* 5. *vol.* 5. *& eo. volum. cons.* 675. *num.* 1.

44 Verbo autem alienationis ususfructus dationē contineri, habetur in *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* Et est pars dominii, sive species *tex. & Glos. in l.* 4. *D. de usufruc.* Item constitutio, & datio usufructus ex parte domini promittentis est in rem, probat *Bar. in l.* 4. *§. Cato. num.* 32. *de verb. obli.*

Preterea ususfructus divisionem est aptus recipere inter plures vicinos, *l.* 1. *§. si ususfructus legatus*, *D. ad l. Falcid. l. usus pars. D. de usu*, *& habit.*

Hanc opinionem pro vicinis tenet *Afflic. hic in princ. num.* 5. *vers. item quaro*, quid si vendatur ususfructus fundi. *Bartol. Cassan. de retrac. §.* 1. *verson heritaige. Petr. Paul. Pansi. cons.* 84. *num.* 8. *lib.* 3. pro quorum opinione plura alia considerat *Tiraq.* licet ipse dissentiat, *de retrac. ligna. §.* 1. *à nu.* 55. & inde quæ mutuatus est *Benedel. hic nu.* 117. *sequutus Afflictum.*

45 Tu tamen adverte; quia Afflic. & alii supra citati non aperiunt an sit dominus proprietarius: qui in suo fundo constitutum usumfructum vendi, ut est casus noster, vel idem usufructuarius: cui ususfructus fuit constitutus, & rectius intuenti videbitur, quod, & mihi visus est Afflict. intellexisse de usufructuario vendente, ideo in fine quæstionis concludit, si concurrit vicinus, & proprietarius; quia præferatur proprietarius arguens ab emphyteosi juxta opinionem *Guliel. de Cun. in l. Imperatores. D. de pa. per l. fi. C. de jur. emphy. & verba Afflicti* transcripsit *Bart. Cassan. ubi supra nu.* 14. Qui quidem Cassaneus, cum nihil fuerit in hac re speculatus, iterum quæsivit, quid si vendatur usus habitatio, vel ususfructus? & se remittit ad *Alex. consi.* 52. *in* 1. *par. in fin.* quo in loco sentit usumfructum non comprehendi inter bona incorporalia, cum sit jus, sed esse tertiam speciem, ideo non esse locum statuto de retractu rerum immobilium, ita Alexandrum declarat *Tiraq. ubi suprà num.* 58. *&* 59.

In terminis itaque *Nicol. Boer. eod. tit. de retrac.* §. 1. Non habet, inquit, locum retractus in usufructu legato, vel donato, nec etiam in re data ad vitam alicujus cum non sit in perpetuum data, tenet dominus *Gerardus Bagoill. in sua quæstione.*

Magis in terminis *Andr. Tiraq. d. §.* 5. *Glos.* 7. *nu.* 61. sic ait *Aut. Dominus super suum ipsius fundum alteri usumfructum precio accepto constituerit, vix quoque crederem esse locum retractui.*

Horum rationes præcipuæ duæ sunt. Una, quod ususfructus constitutio jus est in re aliena, idest propria constituentis. Altera, quod alienatio est non perpetua, sed temporanea. Sed non obstant ex his: quæ diximus supra *vers. rem immobilem*, & infra *seq. gl. per locationem.*

Plus tamen his vigere videtur singularis ratio personæ: quæ attenditur ususfructus constitutione, non enim iisdem illis modis finiri potest in personis vicinorum, sicut in persona illius: cui specialiter constituitur sive consideremus mortem naturalem, sive ciuilem, *§. finitur. Instit. de usufru.*

47 Sed responderi potest uitā hominis in ipso usufructu examinationis recipere, per *tex.* quem dicunt mirabilem *in l. hæreditatem D. ad l. Falcidia.* Sub distinctione duorū temporum ejus cui ususfru-

fructus debetur. primum est intra trigesimum ejus ætatis annum, ut tunc usufructus præsumatur duraturus triginta annis. Secundum post exactos ætatis annos 30. ut tunc usque ad annum sexagesimum non ultra extendatur. not. *Ludov. Suarez in l. quoniam in prioribus. ampli. 3. num. 8. Cod. de inoffic. testam.* quem *text.* in omnibus casibus procedere, quamvis in computatione legis Falcidiæ loquentem, defendit alios referens *Hippoly. Rim. in consil. 170. num. 17.* & inde.

Et si tenemus cum *Afflict. decisio. 34.* quod *d. l.* hæreditatum habet locum in ultima voluntate, fateri quoque nos cum *Afflicto* ibidem oporteret in con tractibus, ut extimatio fiat pro quindecim annis. per *tex. l. si quis argentum §. fin autem donator. C. de donat.* præstita cautione si plus viveret, quòd solvatur illud plus, & cæt. secundum decisionem Sacr. Consilii ab *Affl.* relatam.

Et hinc dictum convenit, quod tradidit *Præs. de Franch. decis. 186. in fine* ad intellectum *d. l. hæreditatum,* per Regiam Cameram Summariæ fuisse decretum, & reservata jura partium quando plus, vel minus vixisset is: cui debebatur.

48 Atque ubi ex qualitate negotii, & rei contingentis ratione de hujusmodi ætatis computatione disceptatio tractaretur, nec ea diffinitio conveniret circumspectissimus Judex examinare deberet, ne cuique fraus, aut injuria fiat propter illam computationem. *Didac. Covar. varia. resolu. lib. 3. c. 9. n. 8.* quasi senserit id Judicis esse arbitrio remittendum, secundum *Rimin. d. consil. 170. nu. 27. & 28.*

49 Nec est alienum, ubi dubium est, pro extimatione, ut Judex estimet, & precium distribuat, cum non fuit à venditore, & emptore separatim dictum verbi gratia, in venditione plurium rerum uno precio confusim, quarum postea una à vicino retrahitur. *Bal. in suo tract. eod. tit. vers. item pone,* quod quis vendidisset omnia.

50 Re tamen diligentius considerata, opinor vicinos esse præferendos extraneo emptori ipsius usufructus per rationes antedictas, nec esse opus Judicis taxatione, vel legum computatione circa hominum ætates, sed tamdiu durare usumfructum penes vicinos retrahentes, quandiu fuerat duraturus penes extraneum. Nam leges allegatæ loquuntur in casu dubio præsumptivè, & nihilominus attenditur exitus pluris, vel minoris vitæ, ut diximus relatis decisionibus. Et in proposita facti specie. præsupponimus usumfructum constitutum, & venditum, igitur de precio necesse est partes convenisse, cum sine eo venditio non consistat. *l. 1. D. de emp. §. precium, Instit. eo.* & notavimus supra *vers. per venditionem.* Computatio autem ætatum in allegatis *ll.* fit ad finem æstimandi usufructus, incerti temporis duraturi, ubi enim certitudo habetur, ratio illa nulli usui est. per *tex. l. cum Titio. D. ad leg. Falcid.* & per *Præsid. de Franch d. decis. 186. in prin.*

Utique si precium esset de novo constituendum respectu vicinorum retrahentium, esset illa indagatio necessaria, non enim eodem modo constitueretur in ætate vicinorum, sicut extranei. Sed in terminis nostri Juris protomiseos vicini repræsentat extraneum emptorem, & tantum precium exsolvunt, quantum extraneus, patet infra ibi solvendo quantum, &c.

Secundus est casus, cum usufructuarius usumfructum vendit, in quo de tribus agendum est. An ususfructus alienabilis sit, nunquid jus protomiseos locum habeat, & utrum Dominus præferatur

51 vicinis ex ordine. Quoties ususfructus alienatur, alienatio non est propriè, dicit *Bald. in c. 1. §. aut si libellario, quib. mo. feud. amitta.* Ex quo illa commoditas: quæ à fructuario in accipientem transfertur, idest ipsa fructuum perceptio, ut dicit *Glos. §. fini-*

52 *tur. instit. de usufruct.* non dicitur pars aliqua dominii, dum jus penes fructuarium remansit. *l. si ususfructus. D. de jur. dot.*

Hæc tamen ratio à doctoribus olim admissa validos habet oppugnatores. *Franc. Bal. in d. §. finitur Aty. Pinel. in l. 1. C. de bo. mater. 3. par. n. 39.*

Adversus quorum novam opinionem nihil est ausus *Borgni. Cavalc. in tract. de usufr. muli. relic. n. 171. & nu. 65.* & inde.

Nos tenemus *Glosa*, & communem interpretationem: quæ verissima est jus ususfructus minimè alienari posse nisi quò ad commoditatem, imò si cesserit illud fructuarius extraneo, ità ut nihil velit apud se remanere, omnino revertitur ad proprietarium, & consolidatur, movemur iisdem legibus: quibus adversarii pugnant. *Tex. in l. arboribus. D. de usufr.* ita se habet (Usufructuarius, vel ipse frui ea re, vel alii fruendam concedere, vel locare, vel vendere potest) item *l. in venditione. D. de bonis author. jud. possi.* ideo vendi usumfructum: si quem habebat debitor in fundo alieno, quia appellatione domini usufructuarius quoque continetur, & qui usumfructum habet omnia potest facere. dicit *tex. in Instit. de usu, & habit.* idest jus: quod habet aut locare, aut vendere, aut gratis concedere, hæc illi.

53 Adverte quàm prompta est resolutio, subdit Jureconsultus in *d. l. arboribus, qui locat, utitur, & qui vendit utitur, sed & si alii precario concedit vel donat, puto eum uti, atque ideo retinere usumfructum.*) peto ego quid est hoc, ut qui vendit, concedit, donatque usumfructum, eum tamen dicatur retinere, & uti? Si nihil remansit penes fructuarium, quomodo uti, & retinere dicitur? respondet *Pomponius in d. l. si ususfructus. de jur. dot. in fin.* jus remanere penes eum: qui locat, vel vendit.

54 Nec obstat, quòd jus utendi, & fruendi venditur, *l. necessario. §. fin. D. de peric. & commo. rei. vend. & §. 1. ultimo respon. Instit. de usu, & hab.* quorum locorum vera est expositio *Glosæ*: quam doctores sequuntur, intelligentes jus, idest fructuum perceptionem: quę est rei commoditas. jus namque pro facultate accipimus. *Andr. Alci. in l. quid aliud. de verb. signif. etiam in usufructu, per d. l. si ususfructus,* ubi jus reddi mulieri dicitur, cum fructuum commoditas venditur.

55 Nec ab re vides, quoties de jure cedendo est sermo in legibus, illud caveri, quòd cum extraneo ceditur, nihil in accipientem transfertur. *jux. tex. d. §. finitur. & d. l. si ususfructus,* cessio etenim in jure ad dominia pertinet. per *Alci. in l. pecuniæ. §. actionis. de verbo. sign. & Jacob. Cujac. tit. de domin. & acqui. rer. noster. Napod. in consuet. 1. de servitu. ver. concedi,* differre sentit verbum cedo: quod impor-

portat plenam acquisitionem rei. verbum autem concedo quasi quoddam mandatum.

56 Sequitur quod qui extraneo cedit, nihil penes se reliquum esse voluit, ideò in causa est juris cessio, ut ad dominum proprietatis ususfructus revertatur, *d.l.si ususfructus*. Et tempus reversionis; quod expectatur ex vi verbi futuri temporis.ibi (reversurum usumfructuum) est ipsa juris cessio; cum nil aliud sit ususfructus quam jus. *l.1.D.de usufruc.*& cessio rei abdicationem importat quo ad dominium, non quidem ad favorem extranei; cui cedebatur, & in quem nihil transit, dicit *tex.* sæpè citatus. *l.si ususfructus*. Consequēs est cessione sequuta dominium proprietario reddi plenum. *Pro hoc Socein.Jun.in repet. l.qui Romæ.§.duo fratres. nu.139, de verb.oblig.* ideo, inquit, per cessionem ususfructus ne quicquam quæritur extraneo, & qui cedit jus suum perdit; quia lex cessionem in extraneum omnino prohibet, & cedens facit actum ei totaliter prohibitum.

57 Sed temperatur conclusio, cum ceditur jus ipsum ususfructus, secus si cedatur simpliciter ususfructus. Primo etenim casu finiri usumfructum probavimus, idque accipiendum est, nisi aliud suadeatur propter subjectam materiam, subtilis *Bald. cons.335.vol.1.* concordantes per *Hippoly.Riminal. cons.167.num.22.lib.2.*

58 Præsupposito ex his, usumfructum esse alienabilem. Videamus an sit protomisi locus? hoc quæsitum solvitur ex relata opinione *Afflict.* quem sequuntur *Castan. & Benedel.* in locis citatis.

Et potest comprobari, quoniam concessio ad vitam sive ejus: qui concedit, sive ejus: cui conceditur, judicatur perpetua. *Glos. est in clem.1.ver.ad vitam.de reb.eccl.non alien.* in perpetuum enim exponit *J.C.* idest, dum vivunt. *l.1.D.pro socio.*

59 Tertium: quod quæritur, est utrum dominus, & propietarius vicinis preferatur: respondent Doctores, Proprietarium præferri, si velit, eodem precio oblato, & soluto, quod ipse primus ab usufructuario requirendus est in alienatione fructuum ususfructus, quam altera persona etiam ei conjuncta ratione connexitatis, etiam obstante statuto retractus, probat, & allegat *Borgni. Cavalc. in tract.de usufr.muli.reliq.nu.172, vers.* sed si esset altercatio inter conductorem, & proprietarium. In terminis hujus constitutionis citat *Jacob. Novel.§.2.num.134.car.129.* quos non vidit *Bened. hic nu, 116, ver.* quando ususfructus venditur proprietario.

60 Tu verò adverte, nam quod dicunt requirendum esse prius proprietarium, non puto verum per *text.in l.74.D.de usufr.* cujus verba sunt. Cui ususfructus legatus est, etiam invito hærede eum extraneo vendere potest) *Glosa ibi.* Secus, inquit, in emphyteota. per *l.fin. §.1, C. de jur. emphyt.* ita sentiens, non idem esse in usufructuario sicut in emphyteota; qui dominum requirere tenetur.

61 Rursus adverte, nam neque simpliciter admittendum est, præferri semper dominum. Pone enim à proprietate separatum usumfructum eundemque cum vendidisset dominus duobus, vel si uni vendidit, plures vicinos fuisse illi extraneo præpositos ex hoc jure protomiseos, deinde aliquem ex eis partem suam vendere velle, certè non dominum ad eam partem admittemus, sed magis consortem ejusdem ususfructus jure scilicet accrescendi. *tex. in l.1.*& per totum *D.de usufr.accresc.* Num & si videretur jus accrescendi non habere locum; ea ratione, quia unusquisque partem suam recipit in re fructuaria per *d.l.1.vers.cæterum*, ubi verba sunt. Si separatim unicuique partis rei ususfructus sit relictus. sine dubio jus accrescendi cessat.

62 Tamen in casu nostro cessat ratio, quoniam vicini: qui relaxerunt usumfructum à domino constitutum, & alteri venditum, sunt ab hac constitutione, vel similibus statutis conjuncti, ideo in solidum jus protomiseos competere dicitur ipsis vicinis, concursu tamen partes dividi. hæc est ratio *Celsi posita in l.idem Neratius.1.responso.eo.tit.* dicentis. Toties jus accrescendi esse, quoties in duobus; qui in solidum habuerint, concursu divisus est.)

Uno igitur ex vicinis nolente uti jure congrui, vel protomiseos, vel si usus fuit, partem suam vendiderit, aliis vicinis accrescet ex persona ejus considerata: cui ususfructus primum venditus fuerat, non ad dominum proprietatis revertitur. *argum.d.l.1.§.1.de usufr.accres.* ubi *Glos.& dd.qui tex.* loquitur de convinctione legali, ut sunt plures domini unius servi: cui ususfructus fuerat relictus, quem *tex.* expendens subtilis *Ant.Gomez.var.reso. tom.1.c.10.de jure accrescendi.nu.40.* probat quod

63 licet in proprietate non habeat locum jus accrescendi inter conjunctos conjunctione legali, tamen in usufructu benè habet locum. *tex.d.l.1.§.1.de jur. accresc.*

64 Idem *num.41.* cum probaverit id procedere, & ante, & post acquisitionem; ut uno repudiante, vel acquirente, & posteà si in eo quoquo modo finitur ususfructus, locus sic jure accrescendi, infert accrescendi jus fortius esse, quam jus consolidationis. per *tex.singularem in d.l.1.§.interdum.eo.tit.de usufr.accres.* ubi *Alber, Bart. Ang.* & communiter *dd.* ut *Gomezius* notat.

65 Solet etiam queri si proprietarius proprietatem vendit, ad quam emptionem concurrunt usufructuarius, & vicini, quis eorum præferatur. *Bal.hic nu.7.* respondet vicinos usufructuario præferri, sed in isto casu vicini nō consequuntur proprietatem, & usumfructum, sed solam proprietatem esset enim inconveniēs, ut emptor haberet plus cōsequi, quam vēditor habebat, sequēs *Cyn.in l.si maritū.C.de test.*

66 Punctum formavit *Baldus* in usufructuario emente, & ne quis diceret per acquisitionem proprietatis esse confusum usumfructum, & extinctum. resolvit ut supra, atque idem concludit *Nicol.Boer.* post relatas hincinde pugnantes rationes. motus præsertim ex æquitate, *in consuetu.Biturig. de retrac.§.3.fol.57.col.3.* elegantius *Covarru.varia. resol.lib.3.cap.11.num.7.* qui & meminit *Tiraq.§.1. Glo.7.nu.64.* dicitque esse *tex.* optimum *in l.dominus, in prin.* & ibi *Bald.D.de usufr.Benede.* hic *nu. 115. vers. 7.* amplia solius *Tiraquelli* mentionem facit idem tenens. adde *Borgni.Caval.d.tract.de usufruc.nu.173.Surd.decis.51.num.24.*

67 Et subdit ibi *Borgni.*, quod non existente statuto de retractu, aut si existat, propinquo retrahere nolente, tunc usufructuarius de jure communi videtur præferendus cujus argumentis levibus facile responderi potest, sed non curo nunc, cum præsup-

supponamus extare constitutionem pro retractu.

68 Diversa est quæstio, & notabilis, si fingamus venditum esse fundum à Titio cuidam extraneo vicinum alteri fundo: cujus proprietas est Mævii, ususfructus verò Sempronii. Mçviusne an Sempronius jure vicinitatis fundum retrahet? hic est tractatus: qui solet in eo: quod accessit, resolvi, *tex. est in l. item si fundi. §. hinc vicinus. D. de usufru.* ubi videtur ratio in favorem proprietarii, cum sit accessio separata: quæ sequitur causam ejus: cui accedit. *Glos. verf. pertinere juncta l. si cujus rei. eo. tit.* In terminis verò contra fructuarium pro domino proprietatis. *Napoda. in consuetu. si quis emit. vers. Alicujus. nu.* 30. cujus verba ad unguem reponit hic Caputus, cujus Glosam consultò omisi, & post eum *Affl. num.* 5. & 37. *Jacob. Novel. num.* 138. & §. 2. *num.* 170.

69 Pro hac conclusione Barenses habent expressam consuetudinem, quod usufructuarii, licet Domini locum obteneant; ad jus tamen protomiseos, nullatenus aspirabunt. *consuet. dudum. §. superficiarii, & in consuetu. Colonus. eo. tit.* ubi hæc sunt verba (Colonus, creditor fructuarius emphyteota non habent jus vicinitatis, quia proprietati dominium in hæret.

70 Tu tamen adverte, quoniam præsupposita hac opinione vera ex rationibus per doctis. Napodanum adductis, scilicet non competere fructuario jus prælationis, & retractus ad rem conjunctam, eam intelligo, quoties fructuarius proprio ipsius nomine peteret ad retractum admitti.

Secus si nomine propietatis domini, cum sit ipse velut generalis domini procurator circa rem fructuariam. Mandatum verò istud non extenditur ad domini præjudicium, ut satis sit usufructuario denunciare. Sed debet ipse proprietarius requiri.

71 Quid in feudo? an sit locus juri congruo, & protomiseos? Magna est affinitas inter feudum, & emphyteosim: de qua hic agimus, adeo, ut placuerit argui posse a feudo ad emehyteosim. secundum *Specul. titu. de feudo §. quoniam. verf.* 40. es-

72 seq; communem opinionem dicit *Socci. consil.* 167. *num.* 24. *lib.* 2. quem refert *Jul. Clar. sentent. recept. § feudum. q.* 3. *vers.* & hęc *quidem conclusio*, ubi addit *Socci. Jun. consil.* 72. *num.* 57. *lib.* 1. *Everar. doctiss. in Topic. loco ab emphyt. ad feud.*

Sed hæc similiudo non obstat, quoniam nos tenemus hanc constitutionem intelligi strictè, neque extra suos casus. infra *ver. N. si. in q. de datione in solutum*, & negativa resolvit *Jacob. Novel. in princ. constit. num.* 129.

Verum *Bald.* hic *Afflict.* & alii: quos nuncupatim citat novissimè *Fabi. de Anna practic. observat.* 10. *observat.* tenent jus protomiseos habere locum in feudis, ubi testatur de hac opinione uti verissima nunquam dubitasse, neq; vidisse peritos feudistas dubitare, uti communiter recepta.

Quod tamen dicit procedere favore proximioris agnati: qui successurus est, non autem in feudo novo: ad quod de jure communi agnati collaterales non succedunt, sed quia iure Regni succedunt, jus prælationis competere etiam in novo feudo asserit.

73 Cave tamen; quoniam dd. non loquuntur de protomisi secundum hanc constitutionem neq; de congruo specialis consuetudinis Neap. vel particularium locorum: in quibus vigent statuta pro retractu rerum vicinarum: in quibus præferendi sunt consanguinei: qui rerum vicinitate conjunguntur: Sed de prælatione secundum naturalem successionem jure sanguinis, in ipsis feudis, *tex.* est ubi *Afflict. in c.* 1. *§ sed etiam res, per quos fiat investit.* Cujus verba sunt (*Si quis ex agnatis tuis rem: quæ a communi parente per successionem ad eum pervenerit; alienare voluerit, non permittitur ei etiam secundum antiquam consuetudinem alii eam vendere, nisi tibi, vel alii proximiori pro æquali precio accipere volenti. Per feudum tamen cuilibet dare potest, nisi fiat in fraudem nostræ consuetudinis, vel legis novæ bonæ memoriæ Lotharii, vel Federici Imperat. tunc enim rescissa investitura, redditio à te, vel ab alio proximiori, videlicet secundum antiquam consuetudinem precio: si quod dederit, is, qui investituram accepit, compellatur rem tibi restituere.*

74 Quæ verba huc transtulimus non ab re, sed ut ad oculum subiiciam differre utrum res alienatur per infeudationem de ea alicui factam, sicut cum dominus per hemphyteosim alienat, ex *tex.* hic apertè probat licere, etiam invitis agnatis in feudum dare ibi (per feudum tamen cuilibet dare potest, & not. *Andr.* hodie qui non potest alienare feudum sine consensu domini, poterit infeudare. *tex.* est: quem ipse præ cæteris allegat in *c.* 1. *§. si vero. qual. oli pote. feu. alien. And.* & alii ponunt *in c.* 1. *de succe feud.* post *Glos.* & omnes *in c.* 1. *§. callidis. de probib. feud. alien. per Fed.* Vel secundo, utrum feudum vendatur, alii quam agnato successuro, & tunc procedit, quod in textu habetur favore proximioris, & loquuntur dd. qui retractui locum esse affirmant, scilicèt secundum feudorum consuetudines.

Admonemus quoque ne quis opinetur in relato *tex.* legem Federici Imperatoris commemoratam esse hanc: quam modo interpretamur, sed illam: quę *in lib. feud. de probib. alien. per Feder. eo. §. callidis.*

Quoniam verò diligentiori examine ista indigent, oportunis dixi infra *§. in primis. vers. sub eodem servitio.*

75 Loca verò sterilia, & inculta feudi: quæ sub annua pensione concedi solent, non sub servitio, & natura feudi, judicati debent sicut res emphyteoticæ, ex generali consuetudine. quam testantur. *Petr. Jacob. Joan. Fab.* & alii; quos sequitur *Jul. Clar. in §. feudum q.* 33. *in fi. Frecc ia de subfeud. lib.* 2. 1. *author.* 2. *differentia num.* 8. sentit *Napod. in consue. in bonis. ver. sed in bonis. titu. in quib. reb. hab. loc. quarta.*

Ideo in eis locum esse juri protomiseos, & congrui non dubitavimus, quod in specie adnotat noster *Ascia determin.* 34. *inter Antonellum*, ubi etiam citat *Jo: Vinc. de Anna in repet. constitu. Constitutionem Divæ memoriæ. num.* 197. & inde.

SUMMARIUM.

1 *Locatio similis, & differens est ab emphyteosi.*

2 *Canon. in emphyteosi pro sola recognitione directi*

Domini præstatur, secus per sio in locatione, in qua habetur respectus ad fructus.

3 *Locatio magis quam emphyteosi censetur; concessa facultate alienandi cuicumque.*

4 *Locatio, & emphyteusis transeunt in naturam venditionis, quoties adiicitur pactum de affrancandi,*

5 *In contractu: qui dicitur ad gaudendum locus est congruo, & judicatur locatio an longum tempus,*

6 *Locatio ad longum tempus dicitur venditio revocabilis.*

7 *Vicini præferuntur Inquilino, si res ei locata ad gaudendum postea conceditur,*

8 *Antichresis, & ejus cautio ex usu contrahentium, ex qua judicatur locatio ad longum tempus.*

9 *Protomis.an obtineat in locatione simplici, & brevi duratura.*

10 *Locatio non est alienatio, nisi quæ ad longum tempus fit, & per hanc jus in re, & possessio acquiritur.*

11 *Actio rei persecutoria non convenit simplici locationi, secus locationi ad longum tempus.*

12 *Actio non debet extingui, antequam efficaciter nascatur.*

13 *Locatio emphyteosi propriè comparatur, quando non fit ad modicum tempus.*

14 *Pactum reale additum in contractu locationis tribuit jus in re conductori, consequenter facit esse locum protomisi, & vide num.27.*

15 *Ex consuetudine solet esse protomisi locus in simplici locatione.*

16 *Primus conductor præfertur secundo, dummodo rem teneat ex consuetudine.*

17 *In locatione rei communis quis præfertur remissivè.*

18 *Colonorum plura genera remissivè.*

19 *Partiarius colonus cur magis socio, quam Conductori comparatur.*

20 *Partiarius Colonus non eodem modo expellitur à singulari successore, sicuti conductor, & ne expellatur debet excipiendo se opponere.*

21 *Emptor fructuum non est melioris conditionis illorum, qui fundum conduxit.*

22 *Emptio an potior sit locatione, & conductione quoad effectum prælationis.*

23 *Emptor etiam utilis dominii potest expellere inquilinum; & Colonum.*

24 *Conductor ad longum tempus habet utiles actiones, non potest expelli à singulari successore, imò & vicinis præfertur.*

25 *Emens rem quam conduxerat, an ea retracta cadat à locatione.*

26 *Usufructus conservatur, nec extinquitur alienato prædio: quo nomine differt à locatione.*

27 *Inquilinus non expellitur ab emptore, quoties locationi est adjectum pactum reale, vel etiam generalis hypotecha.*

28 *Conductor, si emens protestatur, & cum venditore convenit, ut ei salvum duret jus, si à vicinis res auferatur; an resoluta quoad ipsum emptione per retractum, extinguatur conductio.*

29 *Successor necessarius tenetur stare locationi.*

30 *Vicinus, qui præfertur jure hujus constitutionis, quæ imponit necessitatem, ut illi magis alienetur, censendus est necessarius, consequenter tenetur stare locationi.*

31 *Successor necessarius non tenetur stare locationi dolosæ.*

32 *Conductor ad longum tempus, & habens fundum vectigalem an præferatur in emptione rei vicinæ.*

33 *Longa locationis tempus diversimode constitutum in rebus privatorum, in rebus publicis, & rebus ecclesiæ.*

34 *Lonca locatio quandoque ultra triennium in rebus Ecclesiæ, & quid juris, si non acquiri utile dominium conductori ultra triennium dicatur in instrumento.*

35 *In locatione res Ecclesi. non est standum verbis notarii,*

Per locationem.

1 PEr locationem) Proxima emphiteosi ponitur locatio, ac in utraque sicut in venditione habet locum constitutio juris protomisis, videntur namque habere familiaritatem. *Instit. de loc. & conduc. in princ. & §. adeo.*

2 Ad descernendam verò emphiteosim à locatione maxima conjecturarum est præstatio pensionis commensurabilis ad fructus; qui è re concessa percipiuntur; cum in emphyteosi pro sola recognitione directi dominii pensio præstari consueverit, non habito respectu ab fructus, quemadmodum fit in locatione. *singul. Francis. Aret. cons. 55. vers. 2.* respondeo, clariùs refert *Ludov. Bologn. cons 54. vers. nihilominus prædictis. Hieron. Cagnol. in auth. qui rem. C. de sac. sanct. Eccles. num. 4. & in l. 2. nu. 102.* & inde *C. de rescin. vend Jo: Cephal. cons. 9. n. 12. lib. 1. & cons. 329. num. 53. lib. 3. consil. 699. num. 24. lib. 5. Franc. Becci. cons. 3. à num. 22. lib. 1.*

3 Cognoscitur etiam ex eo, quod data est, vel non data facultas alienandi quibuscumque; quo medio emphyteosis natura mutatur, & locatio magis censetur. ex *Alber. in l. fin. num. 8. C. de jur. emphyt.* quem meminit *Tiraq. de retra. lignag. §. 1. Glos. 14. num. 84.* intelligi tamen debent Tiraquelli dicta juxta citatum *consil. Aret. 55.* ut advertit *Cephal. consil. 169.* proximè allegato. *num. 24.*

4 Per pactum verò de affrancando in alteram contractus speciem, idest venditionis, transire locationem, & emphyteosim, notat *Crot. consil. 72. num. 41.* quem commendat *Joan. Ceph. consil. 329. num. 55. usque ad finem vol. 3. consil. 703. num. 17. lib. 5.* vide *Tiraquell. de retrac. lignag. §. 1. Glos. 14 num. 39.*

5 Hic tex. si intelligitur in loca locatione, est clarus quoniam in ea locus est congruo; & protomisi, *Afflict. hic not. 8. num. 25. & 26. Benedell. & alii.* Exemplum affero: quod in dies practicatur, ut cum imponitur census super re stabili, deinde locatur creditori ad gaudendum, durante affrancatione census, est locus juri congruo, quia illa locatio judicatur ad longum tempus. *Jo: Vincen. Anna singul. 326. vers. locatio.*

6 Nimirum locum esse retractui constat ex eo, quod locatio ad longum tempus reputatur venditio non perpetua, sed revocabilis, dicit in terminis *Jo: Bessi. de retract. art. 37.*

7 Re-

7 Retento hoc themate, pone, quod domum fortè eo modo ad gaudendum traditam Titio, tenebat Sempronius ex conducti titulo, modo Sempronius inquilinus petit præferri sub eadem conditione: quæ ad gaudendum dicitur. Vicini verò dictam domum petunt, & se præferri ex hac constitutione quis obtinet? respond. Vicinos inquilinus præferri, probat notanter *M. Ant. Bard. in tract. eod. tit. de jure protomi. q. 9.*

8 Hic contrahendi modus: quem vulgò ad gaudendum nuncupamus in jure Antichesis dicitur ut valdè notanter explicat *Andr. Gaill. pract. observat. lib. 2. cap. 3. ad intellectum, l. si his, qui bona §. 1. D. de pignor. & hypoth.* & videatur *Anna. Robert. rer. judicat. cap. 8. lib. 2.*

Judicabitur autem dicta locatio ad longum tēpus, etiam ex forma cautelarum: quæ desuper fiūt hoc modo res super qua annuus census imponitur locatur à venditore census emptori per triennium cum pacto compensandi fictum cum censu pro rata, pro faciliori consequutione dicti census, & quousque dictus census non fuerit affrancatus res eadem intelligatur relocata, de triennio in triennium, hoc enim pactum æquipollet locati ad longum tempus, multis probat *Tiraq. de retrac. conven. in præfat. num. 11.*

9 Difficultas est, habeat ne locum protomisis in simplici locatione, & quæ brevi tempore duratura est? *Aff. c. hic not. 8. num. 25. & 26.* dicit, literam loqui generaliter, ideo non opus est distinguere locationem; quæ brevi duratura est ab illa: quæ ad longum tempus contrahitur, & verbo locationis hanc etiam significari, probat cum Afflicto transit. *Jacob. Novel. num. 249. vers.* Sed quid in simplici, & sequitur *Bened. num. 274. vers. & sciendum est.* Idem sentit *Bald. in comment. dic. constitu. 12. in fin.* & quibusdam statutis similibus confirmari potest, per *Tiraquell. in præfat. retrac. num. 15.*

Puto indubiē doctores hic esse deceptos, nec unquam potui mihi suadere, in simplici locatione esse protomisi locum ex ista constitutione, ratio quidē prompta est ex ipsomet textu: quē malè interpretantur simpliciter loqui, non enim dicit *tex.*

10 in locatione, sed (alienare per locationem) quapropter verum est comprehendi hic omnem locationē per quam scilicet res immobilis alienatur, ut est locatio ad longum tempus *l. 1. § qui id perpetuum D. si ager vectig. per tex. in l. 1. §. quod ait de superfici, & ibi Bart. & dd.* & videtur sentire idem *Afflict. not. 5. num. 18.* per quæ jura tenent dd. communiter per longam locationem alienationem induci, & jus in re acquiri, & possessionem, damnata. *Glo. in §. instituto. l. codicillis, D. de leg. 2.* secundum *Paul. de Cast. in l. non solet, ff. locati. Jas. in l. manumissiones, de justi. & jur.* latè *Barbat. in repet. rub. extra de reb. ecc. non alie. Glos. notab. in l. si ut certo, §. si duobus vehiculum, circa medium. Glo. magna. D. commo l. Glos. in clem. 1. de locat. vers. locationes. Præs. de Franch. decis. 123. num. 9. Bald. in cap. 1. §. donare, quali, feu. alie. pos.* ubi dicit. Nota, quod locatio non est alienatio, nisi sit perpetua.

11 Præterea ex hac constitutione esse uicinis actionem: quam rei persecutoriam appellant. *not. infra §. transcurso autem decennio*: quæ non convenit simplici locationi; cum colonus solum habeat obligatam personam domini locatoris, secus si ad tēpus non modicum conduxerit, per *d. l. 1. §. qui superficiem, vers. quod autem* ait Prætor, *ff. de superfi. Barto. in L. emptorem, C. de loca. & conduc. Abb.* & alii in *c. propter. num. 10. & 11. C. de loc. & conduc.*

12 Addo, quod esset incongruum vicinum expectari per mensem; vel quatuor menses, vel per annum, secundum diversas causarum figuras positas in hac constitutione, hic, & in *§. scriptū est.* Locatio vero finiretur brevi tempore, & consequenter extincta non dum efficaciter nata, *argu. ejus*, quod habetur, *& not. in l. 1. D. de glande legend. per Bar. in l. si prius q. 10. de nov. oper. nunc.*

13 Facit quoque ratio, quæ in textu colligitur æquiparationis emphytēposis ad locationem: nam non omnis locatio emphyteosi comparatur propriè, nisi quæ ad hoc modicum tempus fit, in his enim termini sunt æquiparati, probat *Tiraq.* multis relatis *de retrac. §. 1. Glos. 14. num. 84.* & supra tetigi, dum citavi *Jo: Ceph. cons. 699. à numer. 24. vol. 5.*

In brevi itaque locatione: per quam non inducitur rei alienatio, saltem per constitutionem juris in ipsa re locata, videtur juris communis dispositio salva, ut liberum sit domino cui velit locare, & ita sentit *Vrsillus ad Afflict. decis. 72. num. 9.* & idem *Afflict. hic in rubrica vers. sed quid si tantundem.* Ubi quod primus conductor secundū non impedit tantundem offerens in rei privatæ conductione, & locatione, per *tex. l. ne cui*, & ibi *Alberic. Barto.* & alii post Glosam, *C. locati*, latè *Præs. de Franchis decis. 406. ad d. l. ne cui* idem *Præs. decis. 278. Anna consi. 77. vol. 1. Arnon. Ferron. in consuet. Burdeg. de retrac. §. 25.* pro moribus suæ regionis; quibus asserit, non esse locum retractui in locatione, nisi inquit, esset ad longissimum tempus per rationem *clem. 1. de reb. eccles. non alie.* cum quæ ad longum tempus fit æquiparetur venditioni, facit *l. non solet ff. loca.* idest, quod initio dicebam per brevem locationem non induci alienationem, ergo nec retractum.

14 Declaro conclusionem, nisi cum res ad breve tempus locatur, pactum reale addeṙetur in contractu locationis, ne durante locationis tempore liceat domino alienare cum aliis clausulis: quas docet *Alex.* & alii sequuntur in *l. si filiusfamilias §. vir in quinquennium, ff. sol. matr.*

Hoc enim casu dicitur jus in re quæsitum conductori: qui nec è singulari successore posset expelli, notatur *in l. si creditor. §. fin. D. de distrac. pign.*

Meritò videtur in ista tali brevi, & qualificata locatione locum habere jus protomiseos, per hanc constitutionem non eodem modo in simplici, & brevi locatione, in qua nullum jus in re quæritur.

15 Consuetudo tamen quibusdam in locis obtinet, ut cum res locatur, sit prælationi locus pro vicinis secundum opinionem Afflicti, & aliorum: quos retuli. In patria diversimodè judicatum animadvertimus, nescio an ex Judicum corruptela, pro consuetudine vide *Tiraquell. in præfat. de retrac. n. 15.*

16 Sic

re suo, qua in re dd.afferunt duplicem rationem. Prima est, ut dominus valeat idem precium offerre volens preferri, altera, ut propter consensum, & recognitionem novi emphyteotæ, cum immittendo in possessionem emphiteosis consequatur laudemium, & pro domino cognoscatur *Corb.tract.de emphyt.tit.de causa privati.ab alienat.in prin.*quem refert, & sequitur *Maur.Burg. de laudem.par. 2. inspecti.52 in fi.*

Tu verò dic quòd major ratio consensus vel dissensus est in delectu, & admissione personæ; cui & in quem emphyteota alienat; sunt enim quædam personæ: quæ solent in contractibus emfiteoticis vetari.*tex est in d. l.fi,* & ponderat *Alex,& Rimin,* in citatis consiliis.

Licentia igitur, & consensus semel prestitus sufficit veteri emphyteotæ alienanti, nec requiritur, ut iterum dum alienat ex præcedenti consensu dominum ipse requirat, cum satis sibi ab initio caverit, ad evitandam scilicet caducitatem; quæ præcipuè timetur in pœnam alienationis ex propria natura contractus emphyteotici,& isto respectu te. ēda est prior opinio quoties fit alienatio,sal vo jure directi domini,remanetque onus emptori pro confirmatione contractus dominum directum recognoscet solvendo eidem laudemium, ejusque consensum procuret, quasi non sit ipse de personis vetitis in emphyteosi: quæ omnia cum novum emphyteotam respiciant;ad quem detinet affectivè negotium, nimirum si quoad ipsum novus domini consensus visus fuerit necessarius,neq; sufficere priorem licentiam quantumvis latissimam opinati sunt dd.quos ex adverso citavimus sequutos Speculatorem.

Quo præsupposito quantum attinet ad veterem emphyteotam vendentem. adverti oportet, quod licentia alienandi: quæ communi jure interpretationem recipiebat, ut permitteretur liberè vendi, & liberè tradi cujucunque attenta natura simplicis contractus emptionis,& venditionis *juxt.tex.l.dudum.C.de contrah.emp.*quem in simili notanter allegat *Bal.consi.*85.præmissis verbis testamenti. *vol.5.*

12 Ad limitationem tamen communis juris, *& d.l, dudum,*in terminis nostræ constitutionis alienationis licentia est restricta,ut nō aliter licea, nisi prius denuncietur vicinis ex ordine posito in principio, & §.1. dictæ constitutionis. Et quia non est simplex venditio rei, sed cum qualitate emphyteoseos, respectu dictæ qualitatis ita accipienda est licentia, ut salvum sit jus directi domini in quemcunque è vicinis res alienetur, & ita contractus natura servatur, quod voluit Bald. & hujus legis tenor: quæ præcipit in alienatione per emphyteosim esse quoque vicinos imitandos iis scilicet casibus: qui sunt compatibiles in contractu emphyteotico, data à Domino alienandi licentia,ne contradicamus antedictis per *l.fi.C.de jur.emphyt.*

13 Infertur etiam,quod cum in hujusmodi alienatione ex præcedēti licentia domini,ipsius domini jus salvum sit in quecunq;fiat venditio, poterit dominus volens præferri etiam vicinis vēditoris,ex speciali provisione *d. l.fi.* Idque doctores non negant hoc etiam casu licentia non obstante, ut supra tetigimus. vers.ideo pro clara interpretatione. Neque enim id officit vendenti, cum illud eveniat ex natura contractus emphyteotici,& legis prescripto,& satis ei sit pretium cōsequi æquè à domino directo, atque accepturus erat à vicino.

Secundus est casus,quādo licentia:de qua agimus non est data ab initio cōtractus,sed eo ipso tempore;quo emphyteota vendidit.Et licet videatur magis dubius propter ea;quæ adducta sūt in motivis, adhuc tamen puto esse locum protomisi per hanc constitutionē: quæ indistinctè loquitur. Considero nullum generari directo domino prejudicium,contrahatur ne cū vicino,vel cum extraneo ipsa ven-
14 ditio futura,cum jus suum salvum semper fit, seu ut laudet seu ut præferatur d nūciatio autem:que domino, non præcedit tractatum venditionis, sed fit ipsi subsequitur,ita est *te.in d.l.fi.C.de jur.emph.* his verbis (Sed ne hac occasione accepta domini
„ minime cōcedāt emphyteotas suos accipere precia,
„ meliorationum: quæ invenerunt, sed eos delu-
„ dant,& ex hoc commodum emphyteotæ depereat
„ disponimus attestationē domino transmitti,& præ-
„ dicere quantum precium ab alio re vera accipi po-
„ test, & siquidem dominus hoc dare maluerit, &
„ tantum præstare quantitatem: quantam ipse re
„ vera emphyteota ab alio accipere potest, ipsum
„ dominum omninò hoc cōparare)ex quibus manifestè patet, contractum cum alio precessisse, & certum precium inventum,& emptorem quoque certum futurum domino denunciari, ut sit de personis: quæ non solent in emphyteoticis contractibus vetari,ut subsequitur in eodem tex.vers.sin autem duorum mensium. Et nota, quod inter personas, quæ evitantur in emphyteosi est Civitas.

Tunc dico sic.In inveniendo emptore is:qui vult alienare, præscriptam habet regulam, & ordinem ex hac speciali constitutione,ut vicinis potius,quā extraneis vendat, idque fit sine domini præjudicio,cui nihil refert, à quo precium fuerit inventum, ut dixi merito constitutio servanda est, & vicini extraneis præferendi. Se enim benè compatiuntur hæc lex, & illa, hæc dum venditio contrahitur ante rei alienationem, illa postquam contracta est. Et ex his colligitur facilè resolutio difficultatis: quæ sanè procederet quoties directus dominus esset in ordine eorum: quibus denunciari oporteret futuram venditionem, quod non esset compatibile,quod puto verissimum.

Sed non adhæreo *Andr.Tiraq.* in eo, quod supra retuli. vers.fortius sentiit, tenendum est nam, quod, quod cum dominus in actu alienationis requisitus dixerit, nolle emere, non licere postmodum rem ab emptore avocare (modo non sit ex personis vetitis) ut late probavimus infra.*§.scriptum est.vers.renunciaverint.*

15 Nec ratio: qua movetur *Tiraqu. ex Cyno in l. fi quando. C.de inoff. testam.* quicquam urget. Ponit enim duos casus in filio:qui dixit,quòd non vult hæres institui. Unum, cum dixit nolle institui, quo casu cum possit accipi uno modo ex testamento, altero ab intestato, videtur dicere, quod non vult ex testamento, sed quòd mavult hæreditatem ab intestato per legem habere. Hoc igitur casu duæ parebant via succedendi, nimirum si cū unam refutaverit non intelligitur ab altera exclusus,ideo allegat *Cyn. in arg. D. de inoff. testamen. l.mater,& de leg.præst.l.1.§.generaliter.*

Hic

Hic autem casus non est adaptabilis ad nostram quæstionem; quia cum emphyteota vendit, requisito domino, una via patet per *dict. l. fin.* declarata enim voluntate, quod ipse non vult, aut expræsse, dum est requisitus, aut tacitè per lapsum duorum mensium, statim est licentia emphyteotæ, ubi voluerit meliorationes suas, & sine alio consensu domini vendere personæ non prohibitæ. *text. est in d. l. fin. eodem. vers. fin. autem duorum.*

Alter, & secundus casus non tantum non facit pro *Tiraq.* sed etiam ejus opinionem destruit. Cum enim dicit filius, nolo hæreditatem habere aliquo modo, vel est dubium utrum intellexerit ex testamento, vel ab intestato, & utroq; casu dicit *Cyn.* interpretationem fieri contra proferentem, ut voluerit se excludere ab hæreditate hic est propriè punctus noster; præjudicat enim sibi, qui simpliciter nolle emere respondit.

Vt tamen valeat testamentum patris, advertunt dd. debere in seri, quæ ideo filius ille non instituitur, quia noluit, ut declarat *Paul. de Castr. post alios. in d. l. si quando. §. & generaliter, vers. ult. Glos.* sed nihil ad nos.

16 Post hæc scripta ædita est 4. pars decis. Sac. Consil. D. Præsidis de Franchis, quem vide *decis. 610.* Vbi tenet in summa directum dominum præferri vicino in venditione rei emphyteoticæ, etiam data facultate affrançandi in pecunia, quando res fuit concessa.

17 Cum Ecclesia in emphyteosim dat, quia non tenetur ipsa denunciare vicinis, cessat hæc constitutio, & tutus est emphyteota à molestiis vicinorum, latè probavimus in *fi. constitutionis. ver. Ecclesia.*

18 Sed cum postea emphyteota Ecclesiæ vult alienare suas meliorationes, nihil distat ab emphyteota privati: de quo superius actum est; quoniam hodie Ecclesia jure prælationis uti potest, non secus ac privatus rei dominus *text. est in cap. potuit. extr. de loca. & cond.*

19 Aliud dicimus in emphyteota fisci, vel Principis, vel Reipub. quoniam alienanti, Reipublicæ, vel fisci consensus non est necessarius. *Arnon. Ferron. in consuetu. Burdig. de feud. & emphyt. §. 10. in princ.* debet ergo volens vendere denunciare vicinis, & illis potius vendere salvo Canone fisci, Principis, vel Reipublicæ, cum nulla ratione eximantur ab onere hujus constitutionis. Pro hoc benè facit *text. & Glos. in l. 1. Cod. de fund. patrim. lib. 10.* cum his: quæ dixi in fine constit. vers. Fiscus, & vers. Via publica, ratio, quare fisci consensus non est necessarius, affertur per *Franc. Marc. decis. 325. num. 5. par. 1.* quia sine nova obligatione habet obligationem personalem contra tertium, sequitur *Scappus de jure non scripto lib. 4. cap. 22. num. 17.*

Nec valet argumentum quòd fiscus nō tenetur jure hoc protomiseos, ergo nec is; qui à fisco causam habuit, quia alio modo incipit ipse habere, quam fiscus habuit, ut in emphyteota Ecclesiæ habetur per *Tiraquel. de retrac. lignag. §. 1. Glos. 13.*

Et decisum refert *Episc. Ranell. sing. 16. versic. emphyteota, ad tex. in l. Paulus respondit*, alias per procuratorem *D. de acq. hæred.* cum aliis per Caputum, in *Glo.* habeat, qui sequutus est *Napodan. in 1. consuet. de jur. congr. vers. Alicujus.*

Quæro nunc de modo respondendi de canone ipsi directo domino cum plures vicini ejusdem gradus concurrunt ad eandem rem jure hoc protomiseos? Et videtur unusquisq; obligatus pro rata, & ita canonis solutionem dividi. dicit enim tex. constit. Vnusquisque secundum suam portionem recipiat, & iterum in fine *cap. Il. Gregorum.*) collatione facta recipiant eam omnes sicut propinquitatem habent. Sic in hæredibus emphyteotæ dicit *Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. D. de verbo. oblig. & in l. si domus. §. de lega. 1.* posse rem inter se dividere, & solvere canonem pro parte. comprobat *Deci. consil. 411. vol. 3. ad Afflict. decis. 242.*

Sed pro domino facit, quod sua interest, ne eo modo præstatio confundatur *text. est notab. in l. communi dividundo*, ubi *Glos.* disputat *D. commu. divid.* quam communiter sequuntur per Ripam *in l. 4. §. Cato; num. 44. de verb. oblig.*

21 Item re divisa vigore hujus constitutionis, canonis tamen præstatio quoad dominum dividi non debet: qui rem solidam alienare noluit; nam vicinos limitans, non sua spontè invitat sed lege hac prohibente rem aliter alienare. quare non est censendus consensisse divisioni, ex doctrina *Alber. de Rosa. in d. l. communi dividundo*, circa finem, quem commendat *Afflict. in d. decis. 153. Fabi. Anu. consil. 16.* qui alios in id citat.

Resolve sic, posse plures emphyteotas rem, quam acceperunt sub annuo censu, sive canone inter se dividere, & pariter canonem invito domino dividere ad hoc, ut quilibet ipsorum agat conveniatur, & teneatur consorti, & contra consortem suum, si forte unus ex eis esset conventus in solidum pro toto canone domino directo. Dominum verò prosequi jus canonis, sive census uniformis, & individui in solidum contra singulos, & in qualibet parte cum jus suum directum in totalitate remaneat illesum, notanter, explicat *Jo. Bessia. in consuet. Alver. des emphyteoses. arti. 19.* declaratque *Masuerium in sua practi. de locato.* ut cum ait, plures accipientes rem certam, locum, aut mansum in emphyteosim non posse inter se dividere, intelligi debeat quo ad domini directi prejudicium, vide Pyrrum in consuetu. *Aurel. de laudem. c. 15.* novissimè dominum *Fab. de Anna consil. 83.* emphyteotæ plures, qui diligenter quærit, & respondet de pluribus emphyteotis, vel de unius emphyteotæ pluribus hæredibus, & idem Anna sequens *Affl. d. decis. 153. in cit. consil. 16. lib. 1.*

22 Dominus autem recipiendo partem ab uno sine protestatione, sine dubio sibi præjudicaret, & censeretur exinde facta divisio, refert in Sacro Consil. decisum *Anna allegat. 3. par. 1.* quod pluribus probat,

23 Cum verò ipsi emphyteotæ, inter se dividunt authoritate hujus legis non dicuntur alienare, nec indigent novo domini consensu, cum respectu domini nihil agant: cui canonem solvere quilibet tenetur in solidum. ex latè, & doctè congestis per *Ruim. consil. 10. num. 9. consil. 159. nu. 7. & 8. & consil. 160. nu. 15. lib. 1.* quem sequitur *Josepho. cons.*

cons. 609. num. 42. lib. 5.

24 Quid si non concordant inter se? debent præferri magis idonei offerentes satisdare, ut in feudi servitio à pluribus debito dixit *Andr. si de feud. contr. fue. §. omnes. num.4. per l.quod si plures. de testa.tute.*

25 Quid si plures res in emphyteosim concessæ fuerint, pensione ab initio in singulas distributa, simul tamen calculata, puta annuorum decem pro tribus prædiis operarum decem ad rationem duca. unius in singulas operas? respondetur retrahentes hoc corpus non insolidum teneri domino, sed pro virili habita ratione cujuslibet predii. ita notanter *M. Anton. Peregr. de jure fisci lib. 6. titu. 6.* allegat *text. in cap.constitutus,de relig.domi.*cum dictis ejusdem *Peregr. eod.lib. tit.5. num.*40. Et ita ipse limitat conclusionem *Afflict.decisio.*153.venditur domus, & aliorum dd. quos refert *d. tit.6.nu.* 53. *&* 54. Vide *Tiraq. de retrac. §.23. Glos.1.nu.* 20. *& seq.*

Quæ difficultas cessat in rebus fiscalibus in emphyteosim concessis: quoniam sive unum sit prædium, sive plura, possunt plures emphyteotæ inter se dividere, & pro rata conveniendi sunt, non pro tota pensione, cui privati domini emphyteotas in solidum teneri, dictum est ex speciali decisione. *l.1. Cod.de fund.patrim. lib.11.* ubi *Bar.*junctis his; quæ notè Canonistæ in *d. cap.constitutus. Abb. num.*8. *Petr. Anch.* & alii, ut per *Guid.Pap. quæst.*432. comprobatque *Peregr. dict. tit.5. num.* 40.

26 Constituta emphyteosi, eaque consistente directus dominus vendit suam proprietatem extraneo cuidam, idest, non vicino, nunquid emphyteota ratione utilis dominii præferatur. *Napoda. in consuet.1. vers.alicujus*, dicit emphyteoticarium habere jus congrui, cum sit utiliter dominus, & vendicet per utilem in rem, & quia dominium utile est alienabile, & cæt. Sequuntur *Afflict.* & ante eum *Caputus* moti iisdem rationibus, quorum authoritate *Maxilla in consuet. Colonus*, improbat in proposita quæstione eandem Bari consuetudinem: cujus verba sunt (*Colonus, creditor fructuarius emphyteota non habent jus vicinitatis; quia proprietati dominium inhæret.*)

27 Sed adverte, quia Napod. videtur loqui, quoties res vicina venditur: ad quam emphyteota admittitur jure congrui, & vicinitatis, imo quod, si cum emphyteota concurrat directus dominus, præfertur utilis dominus, idest emphyteota directo, cum utilis dominus possideat, non autem directus, & prosequere, ut per eum *num.33. vers.* sed quid si rei venditæ est conjunctus emphyteota. Et eodem modo *Affl.& Caput.*

Unde diversa est quæstio, si res vicina venditur, utrum jus congrui competat emphyteotæ propter conjunctionem rei emphyteoticæ, & benè concludunt dd. competere ipsi, non domino proprietatis.

Vel si proprietarius vendit suam proprietatem, utrum emphyteota petere possit congruum, & hoc non colligitur ibi, sed alibi, ut supra disputavimus oportuniori loco, *vers.rem immobilem.*

28 Hisque dictis addi potest defendi posse, ut emphyteota præferatur extraneis emptoribus: qui à domino proprietatem emerint; quoniam non est simpliciter concedendum, venditionem esse solius juris emphyteotici, idest pensionis: quæ domino proprietario solvebatur, quinimò res ipsa est, quæ vendita intelligi potest quoad proprietatem. Si attendamus proprietarium rem in emphyteosim concessam possidere, (quamvis ejus possessio plurimum juris habeat) quandoquidem, cum ita concedens non desinat rem habere perpetuò ea cariturus, possidere, censetur civiliter, ob quam possessionem ipse proprietarius à satisdando excusatur. *text. in l.sciendum. D. qui satisd.cog.* notanter *Specul. in emphyt.vers.*46. sequitur *Jas. in l.2. Cod. de jur. emphyt. num.*117. receptus, ut per *Clar.§. emphyteosis.qu.*25.

Hæc autem constitutio ad omnem possessionem potest extendi, ut notavimus vers. habeat, & in text. ibi (vel aliquo alio modo.)

Meritò directo domino vendente rei proprietatem non videtur exclusus, ipse emphyteota socius in domino, & socius in possessione. in possessione: quia ipse habet naturalem, rei dominus civilem, in dominio, quia rei dominus directum, ipse, utile, ad *Ludov. Roman. consil.*209. pro verificatione. *vers.* est igitur videndum.

29 Hinc signanter infero errasse dd. qui cum dubitant necne admittatur, & præferatur emphyteota domino directo vendente; non distinguunt quonam modo venditio concepta fuerit utrum census sive canon sit venditus, sive cessus (quod est propriè dictum) vel proprietas, & rei directum dominium; nam diversa hæc sunt census, sive canon, qui pro aliqua re debetur, & dominium directum talis rei; habent enim se ut principale, & accessorium. nempe dominium directum est principale, & canon, accessorium, cum ad causam dominii directi fiat, & præstetur, & cum non sit inconveniens unum habere dominium directum, alterū ex eadem re percipere censum, ideo de uno ad aliud nō fit illatio, & vendito, vel cesso jure census non sequitur venditam esse proprietatem. *Guid. Pap. q.*264. *incip.* an dando, vel dando censum.

Principalis enim dubitatio proposita, si emphyteota præferatur, quatenus præsupponit venditam esse rei proprietatem, directumque dominium videtur esse facillimè resoluta pro emphyteota socio in dominio, & possessione ex antedictis. Quatenus vero jus ipsum canonis fuisse cessum: militant rationes allegatæ contra emphyteotam: cum jus non habeat fines, & latera, ergo nec adaptantur verba constitutionis ibi (rem immobilem.)

30 Infero ad aliud non minus necessarium, quòd cum directus dominus fundum ab emphyteota vēditum, volens præferri, sed facultatem non habens, jus suum retractus alteri cedit, ut is retrahat, nihil agit, cum jus retractus non sit cessibile hoc casu; quem in terminis diffinit *Guid.Pap. quæst.*411. dominus directus.

Valeret tamen juris cessio ad retractum dictæ rei emphyteoticæ, si proprietatem rei, directumq; dominium: quod habet alienaret, ex latè dictis infra. *§.scriptum est. vers.renunciaverint.*

Pro hoc quoque ratio facit. Nam æstimatio proprietatis non pertinet ad emphyteotam, sed ad directum fundi dominum, in qua proprietate, & ejus æsti-

æstimatione emphyteota nihil juris habet, ut probat *Barnab. Cornazzarius decis. Rotæ Lucens. 11.numer.6.*

31 Atque ideo cum res ab emphyteota venditur domini consensu, laudemium ei debetur, non solum pro precio meliorationum, sed etiam pro precio soli. *Alberi. in l. fin. vers.* item quærit si quis dedit. *C. de jur. emphi.* cum aliis per *Franc. Becci. consil.2. numer.3.* vide tamen *Bursat. consil.127. numer.53.*

32 Ad directi dominii, & proprietatis inspectionem, cum res venditur, videtur referri solutio laudemii: quod in patria est decima pars totius precii, & æstimationis ex consuetudine: quæ servanda est in terminis *Maur.Burg.de laudem.par.1. inspect.6. nu.5.* ubi ex diversitate regionum diversimodè quoque laudemia solvi recenset modo tertiã modò quartam, modò quintam, modò sextam, modò decimam precii partem, citat quoque *Foller. in prag. de censibus vers.hujusmodi . num.52.* Ad jus exigendi canonem spectat practica: quæ in æstimo habetur rei venditæ ratione ipsius juris emphyteotici, ad diminutionem enim precii pro emptore computatur duplum ejus: quod pro pensione solvitur. *Amod. à Ponte de laudem. quæst.5.* ubi ait, solvi duplum pro laudemio, ut refert idem *Maur. par.3. inspec.16.num.3.* fit autem duplicatio unius in viginti.

Exemplo melius intelliges, fundus emphyteoticus precii est ducat.100. pro quo solvitur aureus unus jure census, cum modò venditur, deducitur decima, idest decem aurei, remanent nonaginta, ex his 90. aureus ille annuus duplicatur ad rationem unius singulis viginti, quod onus perpetuum cum sit futurum emptoris, erit precium venditori solvendum duc.70.

33 Nisi aliter concordetur de decima, quæ ex avaritia integrè exigitur per directos dominos ultra quinquagesimam precii partem, sicut est de jure. *tex. in d. l.fin. §. & ne avaritia. not. Raphael Fulgos. consil. 6.* Et benè facit *Guid. Pap. consil.147. num..7.* qui testatur de consuetudine solvi media laudemia. idemque reperit *quæst. sive decis. 48.* licet tractet de laudemio; quod solvitur de re emphyteota donata, quod necne debeatur magna est quæstio; & Sacrum Consilium non definivit, teste *D.Preside de Franch. decis.201.* Sed dicit servandam consuetudinem, quem meminit *Maurus d. inspec.6.num.6.*

Apud nos verò non nisi de venditione solvitur, eaque voluntaria secundum opinionem *Specul. de locat.vers.107. Guid.Pap.d.dec.48. cum concordan. ibi per d. de Franch.* quamvis dd. magis communiter affirment laudemium ex quavis alienatione pro nova investitura deberi directo domino. *Jul. Clar. §. emphyteusis. q. 23. in princ.* sive necessaria sive voluntaria, ut per *Francisc. Bursat. consil.44. num.31. vol.1.* sive per contractus, sive per actum ultimæ voluntatis, ut per *Maur. Burg. de laudem. par.2.inspec.1.* quorum opinio procederet in quinquagesima precii, vel æstimationis rei parte.

34 Et est notabile in proposito, quòd si laudemium non fuisset solutum ab emptore: quia fortè esset ei remissum, vel donatum per dominum, res verò à vicinis retrahitur jure hoc protomiseos, jure optimo illud dominus à retrahentibus exigere potest. *Tiraq.de retrac.lignag. §.29. Glos.4. num.5.* & inde *Hieronỹ.à Laur. decis.Avini.26. num.3.*

Illud enim constat in hac re, quòd cum fundus emphyteoticus venditur extraneis, vicini retrahentes, jure protomiseos ad laudemium tenentur, non autem extraneus emptor; qui servandus est indemnis, ex *Tiraq.Cassaneo*, & aliis novissimè probat idem *Maur. par.1. inspec.3. num.4. & 6.*

Quinimò si ex vi consuetudinis, vel statuti consanguineus emphyteotæ emptori præferretur, etiam si directus dominus esset, jus laudemii, quod à se ipso directus dominus nõ potuit exigere, non tamen intelligi debet confusum, sed consanguineus ab eo retrahens, tenetur illud solvere. *Andr.Tiraq. de retrac.lignag.§.29. Glos.2.num.9. & 10.*

Quæ facti species, attentis terminis communis juris evenire non posset, ut ponderat *Maur.Burg. de laud. par.1. inspec.3. num.24. & 25.* ea ratione motus; quoniam ipse dominus præfertur omnibus cum res emphyteotica venditur, ut supra diximus & ipse infinitos propè ibi allegat ex regula *l.fin. C. de jur. emph. ubi Jas. Rui. consil. 161. num. 26. & 31. vol.1.* declara tamen, ut supra *vers.pro resolutione.*

35 Quid cum directus dominus præferri uult extraneo emptori? quæ precii ratio habebitur an eadem: quæ cum extraneo? ex antedictis resolvitur, quoniam laudemii ratio, & census, sive canonis deducitur ex precio, & ita quod superest solvitur venditori, non autem integrum.

36 Quod diximus in emphyteosis concessione vicinos præferri extraneis, signanter limitatur ex propria natura ipsius contractus, nisi res eadem fuisset antea concessa, & ad dominum reversa; fortè quod finita est certa generatio: Nam cum directus dominus voluerit iterum per emphyteusim alienare successores primi emphyteotæ præferuntur omnibus. *Bar.in l.1. §.permittitur. D.de aqua quot. & æsti. & in l. 1. de privil. credi. & in l.si mihi, Titio. de verb. oblig. jun.* quam sententiam decisionem Curiæ suæ refert *Nicol.Boer.qu.107. in fin.* plures congerit *Tiraq.de retrac.in præfat.num.41.* eamque communem testatur Portius, & in actu practico receptam *consil.28. vol.1. de Franch. dec. 406.* ubi meminit fertilissimam Sylvam *Franc. Vivian. opin. 244. vers. emphyteosi finita.* idem *de Franch. decis.123.*

37 Sed si dominus mallet pro se retinere, non tenetur renovare in personas proximiores, probat *Ripa in d. l. 1. de privil. credi.* sequitur *Hippol. Rimin. cons.176. in fin. vol.2.*

38 Modò quæro, quid ex vicinis unus non est idoneus solvere canonem, an excusetur dominus ab onere denunciandi quoad illum non idoneum? dic excusari per *l. fin. C. de jur. emphyt.* ubi personis non idoneis, & iis: qui solent in talibus contractibus vetari prohibetur emphyteota alienare, favore domini directi, ergo nec ipse dominus tenetur illi denunciare. ex regula *auth.multo magis.C.de sacr. san. eccl.* allego in terminis *Napod.in consuetud. si ex uno. vers.& volentibus de jur. congr.* qui tenet, quod non idoneus habetur pro non conjuncto, cum non possit sibi vendi tanquam non idoneo, per *d.l.fin.*

39 De-

39 Declara nisi qui non est idoneus facultatibus petere admitti ad retractum paratus dare fidejussores, eo enim modo cavetur domino, & obtinebit vicinus, ex dictis notanter per *Gui. Pap. consi.* 161. *in fin. tex. est in l. cuicumque*, ubi *Bart. C. de fund. patrim. lib.* 11. cui adhæret *Tiraqu. post longum examen de retra. §. 1. Glos.* 18. *num.* 47. *vers. tandem verò post hac*, addo *Bessian. de retrac. art.* 38. & dicemus infrà *§. vers. vocentur*.

40 Et nota; quia ubi ex forma statuti, vel ex consuetudine in emphyteosi non habet locū hoc jus retractus, sicut Neapoli: cujus est consuetudo congrui in solo contractu emptionis, nihilominus si ex contractu: quem contrahentes nominant emphyteosim, ut evitant statutum, vel consuetudinem ipsam retractus, resultaret venditio, & emptio erit locus retractui, ita enim diceretur facta fraus statuto, & consuetudini de nomine contractus ad nomen quo casu attenditur potius effectus: à quo fit denominatio, & pariter ab eventu negotii inter partes habiti in propriis terminis valdè notanter probat *Jo: Cephal. cons.* 70. *vol.* 5. post Decianum, & alios: quos allegat in quæst. utrum à nomine, vel ab effectu inspiciatur contractus emphytheosis, cum in eo interveniat res, & precium, & à partium conventione dependeat juxta *tex. l.* 1. *C. de jur. emphyt.* dixi aliquid infra in *Glos. vers. permutatione.*

41 Eodem modo dubitari potest de locatione perpetua propter equiparationem contractus emphytheosos, & ipsius locationis, per *Tiraquel. in tract. de retr. lign. §. 1. Glos.* 14. *num.* 84. *vers. ego tamen*, ubi de crebriori opinione testatur, & alios citat. Sed quia ponimus *Glos. seq. vers. per locationem*, illhuc recurrere

42 In permutatione sine fraude, & simulatione cōtracta cessaret jus prælationis, per *§. causa vero dotis.* ubi de hoc. Sed si fraus subesset: quia in effectu emphyteota vendit, & assereret permutare, ut privaret dominum jure prælationis, nihil faceret secundum communiter dd. teste *Rip. in leg.* 2. *in princ. num.* 38. *D. si cert. pet.* refert *Jul. Clar. §. emphyteosis. q.* 27.

An quæ de emphyteota vendente meliorationes suas diximus, ad fructuarium referri quoque possunt? certe liberius vendere potest fructuarius usumfructum, quam emphyteota jus suum; cum non solum non requisito, quin etiam invito domino liceat ei vendere per *l. cui ususfructus*, ubi *Glos. D. de usufr.*

Distinguendi sunt plures casus, ne terminos confundamus, & nos ipsos.

43 Primus est. Pone Titius in ipsum corpus immobile: quod suum est usumfructum: quem constituit vendidit Sepronio non vicino, an in ea venditione vicini fuerant invitandi, & non invitati, an petere possint se præferri ratione vicinitatis? Et videtur esse præferendos, probo, omnis venditio: per quam res stabilis alienatur, saltèm utiliter, in jure protomiseos continetur, tex. est hic, ibi alienare per venditionem dixit, saltem utiliter propter id; quod de alienatione per emphyteosim habetur in textu, & dd. notant, habet enim emphyteuta utile dominiū rei integrum: de quo potest disponere, ut post alios ponit *Cephal. consi.* 505. *num.* 5. *vol.* 4. *consi.* 718. *num.* 5. *vol.* 5. & *eo. volum. cons.* 675. *num.* 1.

44 Verbo autem alienationis ususfructus dationē contineri, habetur in *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* Et est pars dominii, sive species *tex.* & *Glos. in l.* 4. *D. de usufruc.* Item constitutio, & datio ususfructus ex parte domini promittentis est in rem, probat *Bar. in l.* 4. *§. Cato. num.* 32. *de verb. obli.*

Preterea ususfructus divisionem est aptus recipere inter plures vicinos, *l.* 1. *§. si ususfructus legatus, D. ad l. Falcid. l. usus pars. D. de usu*, & *habit.*

Hanc opinionem pro vicinis tenet *Afflic. hic in princ. num.* 5. *vers. item quaro*, quid si vendatur ususfructus fundi. *Bartol. Cassan. de retrac. §. 1. verson heritaige. Petr. Paul. Pausi. cons.* 84. *num.* 8. *lib.* 3. pro quorum opinione plura alia considerat *Tiraq.* licet ipse dissentiat, *de retrac. ligna. §. 1. à nu.* 55. & inde quæ mutuatus est *Benedel. hic nu.* 117. *sequutus Afflictum.*

45 Tu tamen adverte; quia Afflic. & alii supra citati non aperiunt an sit dominus proprietarius: qui in suo fundo constitutum usumfructum vendi, ut est casus noster, vel idem usufructuarius: cui ususfructus fuit constitutus, & rectius intuenti videbitur, quod, & mihi visus est Afflict. intellexisse de usufructuario vendente, ideo in fine quæstionis concludit, si concurrit vicinus, & proprietarius; quia præferatur proprietarius arguens ab emphyteosi juxta opinionem *Gulìel. de Cun. in l. Imperatores. D. de pa. per l. fi. C. de jur. emphy.* & *verba Afflicti* transcripsit *Bart. Cassan. ubi supra nu.* 14. Qui quidem Cassaneus, cum nihil fuerit in hac re speculatus, iterum quæsivit, quid si vendatur usus habitatio, vel ususfructus? & se remittit ad *Alex. cons.* 52. *in* 1 *par. in fin.* quo in loco sentit usumfructum non comprehendi inter bona incorporalia, cum sit jus, sed esse tertiam speciem, ideo non esse locum statuto de retractu rerum immobilium, ita Alexandrum declarat *Tiraq. ubi suprà num.* 58. & 59.

In terminis itaque *Nicol. Boer. eod. tit. de retrac. §.* 1. Non habet, inquit, locum retractus in usufructu legato, vel donato, nec etiam in re data ad vitam alicujus cum non sit in perpetuum data, tenet dominus *Gerardus Bagoill. in sua quastione.*

Magis in terminis *Andr. Tiraq. d. §.* 5. *Glos.* 7. *nu.* 61. sic ait *Aut. Dominus super suum ipsius fundum alteri usumfructum precio accepto constituerit, vix quoque crederem esse locum retractui.*

Horum rationes præcipuæ duæ sunt. Una, quod ususfructus constitutio jus est in re aliena, idest propria constituentis. Altera, quod alienatio est non perpetua, sed temporanea. Sed non obstant ex his: quæ diximus supra *vers. rem immobilem*, & infra *seq. gl. per locationem.*

Plus tamen his vigere videtur singularis ratio personæ: quæ attenditur ususfructus constitutione, non enim iisdem illis modis finiri potest in personis vicinorum, sicut in persona illius: cui specialiter constituitur sive consideremus mortem naturalem, siue ciuilem, *§. finitur. Inst. de usufru.*

47 Sed responderi potest uitā hominis in ipso usufructu examinationis recipere, per *tex.* quem dicunt mirabilem *in l. hareditatem D. ad l. Falcidia.* Sub distinctione duorū temporum ejus cui ususfru-

fru-

fructus debetur.primum est intra trigesimum ejus ætatis annum, ut tunc ususfructus præsumatur duraturus triginta annis. Secundum post exactos ætatis annos 30.ut tunc usque ad annum sexagesimum non ultra extendatur. not. *Ludov. Suarez in l.quoniam in prioribus. ampli.3. num.8. Cod.de inoffic.testam.*quem *text.* in omnibus casibus procedere, quamvis in computatione legis Falcidiæ loquentem,defendit alios referens *Hippoly.Rim.in. consil.*170. *num.*17. & inde.

Et si tenemus cum *Afflict. decisio.*34. quod *d.l.* hæreditatum habet locum in ultima voluntate,fateri quoque nos cum *Afflicto* ibidem oporteret in con tractibus,ut extimatio fiat pro quindecim annis.per *tex.l.si quis argentum §.sin autem donator. C.de donat.*præstita cautione si plus viveret, quòd solvatur illud plus, & cæt.secundum decisionem Sacr. Consilii ab *Affl.* relatam.

Et hinc dictum convenit,quod tradidit *Præs.de Franch. decis.*186. *in fine* ad intellectum *d.l.hæreditatum,* per Regiam Cameram Summariæ fuisse decretum, & reservata jura partium quando plus, vel minus vixissetis:cui debebatur.

48 Atque ubi ex qualitate negotii, & rei contingentis ratione de hujusmodi ætatis computatione disceptatio tractaretur, nec ea diffinitio conveniret circumspectissimus Judex examinare deberet, ne cuique fraus,aut injuria fiat propter illam computationem. *Didac.Covar.varia.resolu. lib.3.c.9.n.* 8. quasi senserit id Judicis esse arbitrio remittendum, secundum *Rimin.d.consil.*170.*nu.*27.& 28.

49 Nec est alienum, ubi dubium est, pro extimatione, ut Judex estimet, & precium distribuat, cum non fuit à venditore, & emptore separatim dictum verbi gratia,in venditione plurium rerum uno precio confusim,quarum postea una à vicino retrahitur.*Bal.in suo tract.eod.tit. vers.item pone*, quod quis vendidisset omnia.

50 Re tamen diligentius considerata, opinor vicinos esse præferendos extraneo emptori ipsius ususfructus per rationes antedictas,nec esse opus Judicis taxatione, vel legum computatione circa hominum ætates, sed tamdiu durare usumfructum penes vicinos retrahentes,quandiu fuerat duraturus penes extraneum.Nam leges allegatæ loquuntur in casu dubio præsumptivè,& nihilominus attenditur exitus pluris, vel minoris vitæ, ut diximus relatis decisionibus. Et in proposita facti specie. præsupponimus usumfructum constitutum, & venditum, igitur de precio necesse est partes convenisse,cum sine eo venditio non consistat.*l.1.D.de emp.§.precium, Instit.eo.* & notavimus supra *vers. per venditionem*. Computatio autem ætatum in allegatis *ll.*fit ad finem æstimandi ususfructus, incerti temporis duraturi, ubi enim certitudo habetur, ratio illa nulli usui est.per *tex.l.cum Titio. D. ad leg.Falcid.*& per *Præsid.de Franch d.decis.*186. *in prin.*

Utique si precium esset de novo constituendum respectu vicinorum retrahentium,esset illa indagatio necessaria, non enim eodem modo constitueretur in ætate vicinorum, sicut extranei.Sed in terminis nostri Juris protomiseos vicini repræsentat extraneum emptorem, & tantum precium exolvunt,quantum extraneus,patet infra ibi solvendo quantum, &c.

Secundus est casus, cum usufructuarius usumfructum vendit, in quo de tribus agendum est.An ususfructus alienabilis sit, nunquid jus protomiseos locum habeat, & utrum Dominus præferatur

51 vicinis ex ordine.Quoties ususfructus alienatur, alienatio non est propriè, dicit *Bald.in c.1.§.aut si libellario,quib.mo.feud.amitta.*Ex quo illa commoditas:quæ à fructuario in accipientem transfertur, idest ipsa fructuum perceptio, ut dicit *Glos.§.fini-*

52 *tur.instit.de usufruct.*non dicitur pars aliqua dominii, dum jus penes fructuarium remansit.*l.si ususfructus.D.de jur.dot.*

Hæc tamen ratio à doctoribus olim admissa validos habet oppugnatores.*Franc.Bal.in d.§.finitur Aty.Pinel.in l.1.C.de bo.mater.3.par.n.*39.

Adversus quorum novam opinionem nihil est ausus *Borgni.Cavalc.in tract.de usufr.muli.relic.n.* 171.*& nu.*65. & inde.

Nos tenemus *Glosa*, & communem interpretationem: quæ verissima est jus ususfructus minimè alienari posse nisi quò ad commoditatem, imò si cesserit illud fructuarius extraneo,ità ut nihil velit apud se remanere, omnino revertitur ad proprietarium,& consolidatur, movemur iisdem legibus:quibus adversarii pugnant.*Tex.in l.arboribus. D.de usufr.* ita se habet (Ususfructuarius, vel ipse frui ea re, vel alii fruendam concedere, vel locare, vel vendere potest) item *l.in venditione.D.de bonis author.jud.possi.*ideo vendi usumfructum: si quem habebat debitor in fundo alieno,quia appellatione domini usufructuarius quoque continetur, & qui usumfructum habet omnia potest facere.dicit *tex. in Instit.de usu,& habit.*idest jus: quod habet aut locare,aut vendere, aut gratis concedere,hæc illi.

53 Adverte quàm prompta est resolutio,subdit Jureconsultus in *d.l.arboribus, qui locat, utitur, & qui vendit utitur, sed & si alii precario concedit vel donat, puto eum uti, atque ideo retinere usumfructum.*) peto ego quid est hoc, ut qui vendit, concedit, donatque usumfructum, eum tamen dicatur retinere, & uti?Si nihil remansit penes fructuarium,quomodo uti,& retinere dicitur?respondet *Pomponius in d. l.si ususfructus. de jur.dot. in fin.*jus remanere penes eum:qui locat, vel vendit.

54 Nec obstat, quòd jus utendi, & fruendi venditur, *l.necessario.§.fin.D.de peric.& commo.rei.vend. & §.1.ultimo respon.Instit.de usu, & hab.* quorum locorum vera est expositio *Glosa*: quam doctores sequuntur, intelligentes jus, idest fructuum perceptionem:quę est rei commoditas.jus namque pro facultate accipimus.*Andr. Alci. in l.quidaliud. de verb.signif. etiam in usufructu, per d.l. si ususfructus*, ubi jus reddi mulieri dicitur,cum fructuum commoditas venditur.

55 Nec ab re vides,quoties de jure cedendo est sermo in legibus, illud caveri, quòd cum extraneo ceditur, nihil in accipientem transfertur.*jux.tex. d.§.finitur. & d.l. si ususfructus*, cessio etenim in jure ad dominia pertinet. per *Alci.in l.pecuniæ.§. actionis.de verbo.sign. & Jacob. Cujac.tit.de domin. & acqui.rer.noster. Napod. in consuet.1. de servitu. ver.concedi*, differre sentit verbum cedo:quod im-

portat plenam acquisitionem rei. verbum autem concedo quasi quodam mandatum.

56 Sequitur quod qui extraneo cedit, nihil penes se reliquum esse voluit, ideò in causa est juris cessio, ut ad dominum proprietatis ususfructus revertatur, *d.l.si ususfructus.* Et tempus reversionis; quod expectatur ex vi verbi futuri temporis. ibi (reversurum usumfructuum) est ipsa juris cessio; cum nil aliud sit ususfructus quam jus. *l.1.D.de usufruc.* & cessio rei abdicationem importat quo ad dominium, non quidem ad favorem extranei; cui cedebatur, & in quem nihil transit, dicit *tex.* sæpè citatus. *l.si ususfructus.* Consequēs est cessione sequuta dominium proprietario reddi plenum. *Pro hoc Soccin.Jun.in repet. l.qui Romæ.§.duo fratres. nu.139, de verb.oblig.* ideo, inquit, per cessionem ususfructus ne quicquam quæritur extraneo, & qui cedit jus suum perdit; quia lex cessionem in extraneum omnino prohibet, & cedens facit actum ei totaliter prohibitum.

57 Sed temperatur conclusio, cum ceditur jus ipsum ususfructus, secus si cedatur simplicitèr ususfructus. Primo etenim casu finiri usumfructum probavimus, idque accipiendum est, nisi aliud suadeatur propter subjectam materiam, subtilis *Bald. consf.335.vol.1.* concordantes per *Hippoly.Riminal, cons.167.num.22.lib.2.*

58 Præsupposito ex his, usumfructum esse alienabilem. Videamus an sit protomisi locus? hoc quæsitum solvitur ex relata opinione *Afflict.* quem sequuntur *Caffan. & Benedel.* in locis citatis.

Et potest comprobari, quoniam concessio ad vitam sive ejus; qui concedit, sive ejus: cui conceditur, judicatur perpetua. *Glos. est in clem.1.ver.ad vitam.de reb.eccl.non alien.* in perpetuum enim exponit *J.C.* idest, dum vivunt. *l.1.D.pro socio.*

59 Tertium: quod quæritur, est utrum dominus, & propietarius vicinis præferatur: respondent Doctores, Proprietarium præferri, si velit, eodem precio oblato, & soluto, quod ipse primus ab usufructuario requirendus est in alienatione fructuum ususfructus, quam altera persona etiam ei conjuncta ratione connexitatis, etiam obstante statuto retractus, probat, & allegat *Borgni. Cavalc. in tract.de usufr.muli.reliq.nu.172.vers.* sed si esset altercatio inter conductorem, & proprietarium. In terminis hujus constitutionis citat *Jacob. Novel.§. 2.num.134.car.129.* quos non vidit *Bened. hic nu, 116,ver.* quando ususfructus venditur proprietario.

60 Tu verò adverte, nam quod dicunt requirendum esse prius proprietarium, non puto verum per *text.in l.74.D.de usufr.* cujus verba sunt. Cui ususfructus legatus est, etiam invito hærede eum extraneo vendere potest) *Glosa ibi.* Secus, inquit, in emphyteota. per *l.fin. §.1, C. de jur. emphyt.* ita sentiens, non idem esse in usufructuario sicut in emphyteota; qui dominum requirere tenetur.

61 Rursus adverte, nam neque simpliciter admittendum est, præferri semper dominum. Pone enim à proprietate separatum usumfructum eundemque cum vendidisset dominus duobus, vel si uni vendidit, plures vicinos fuisse illi extraneo præpositos ex hoc jure protomiseos, deinde aliquem ex eis partem suam vendere velle, certè non dominum ad eam partem admittemus, sed magis consortem ejusdem ususfructus jure scilicet accrescendi. *tex. in l.1.* & per totum *D.de usufr.accresc.* Num & si videretur jus accrescendi non habere locum; ea ratione, quia unusquisque partem suam recipit in re fructuaria per *d.l.1.vers.cæterum*, ubi verba sunt. Si separatim unicuique partis rei ususfructus sit relictus. sine dubio jus accrescendi cessat.

62 Tamen in casu nostro cessat ratio, quoniam vicini: qui relaxerunt usumfructum à domino constitutum, & alteri venditum, sunt ab hac constitutione, vel similibus statutis conjuncti, ideo in solidum jus protomiseos competere dicitur ipsis vicinis, concursu tamen partes dividi. hæc est ratio *Cels. posita in l.idem Neratius.1.responso.eo.tit.* dicentis. Toties jus accrescendi esse, quoties in duobus; qui in solidum habuerint, concursu divisus est.)

Uno igitur ex vicinis nolente uti jure congrui, vel protomiseos, vel si usus fuit, partem suam vendiderit, aliis vicinis accrescet ex persona ejus considerata: cui ususfructus primum venditus fuerat, non ad dominum proprietatis revertitur. *argum.d.l.1.§.1.de usufr.accresf.* ubi *Glos.& dd.qui tex.* loquitur de convinctione legali, ut sunt plures domini unius servi; cui ususfructus fuerat relictus, quem *tex.* expendens subtilis *Ant.Gomez.var.reso. tom.1.c.10.de jure accrescendi.nu.40.* probat quod

63 licet in proprietate non habeat locum jus accrescendi inter conjunctos conjunctione legali, tamen in usufructu benè habet locum. *tex.d.l.1.§.1.de jur. accresc.*

64 Idem *num.41.* cum probaverit id procedere, & ante, & post acquisitionem; ut uno repudiante, vel acquirente, & posteà si in eo quoquo modo finitur ususfructus, locus sic jure accrescendi, infert accrescendi jus fortius esse, quam jus consolidationis. per *tex.singularem in d.l.1.§.interdum.eo.tit.de usufr.accresf.* ubi *Alber, Bart. Ang.* & communiter *dd.* ut *Gomezius* notat.

65 Solet etiam quæri si proprietarius proprietatem vendit, ad quam emptionem concurrunt usufructuarius, & vicini, quis eorum præferatur. *Bal.hic nu.7.* respondet vicinos usufructuario præferri, sed in isto casu vicini nō consequuntur proprietatem, & usumfructum, sed solam proprietatem esset enim inconveniēs, ut emptor haberet plus cōsequi, quam vēditor habebat, sequēs *Cyn.in l.si maritū.C.de test.*

66 Punctum formavit *Baldus* in usufructuario emente, & ne quis diceret per acquisitionem proprietatis esse confusum usumfructum, & extinctum. resolvit ut supra, atque idem concludit *Nicol.Boer.* post relatas hincinde pugnantes rationes. motus præsertim ex æquitate, *in consuetu.Biturig. de retrac.§.3.fol.57.col.3.* elegantius *Covarru.varia. resol.lib.3.cap.11.num.7.* qui & meminit *Tiraq.§.1. Glo.7.nu.64.* dicitque esse *tex.* optimum *in l.dominus, in prin.* & ibi *Bald.D.de usufr.Benede.* hic *nu. 115. vers. 7.* amplia solius *Tiraquelli* mentionem facit idem tenens. adde *Borgni.Caval.d.tract.de usufruc.nu.173.Surd.decis.51.num.24.*

67 Et subdit ibi *Borgni.*, quod non existente statuto de retractu, aut si existat, propinquo retrahere nolente, tunc usufructuarius de jure communi videtur præferendus cujus argumentis levibus facile responderi potest, sed non curo nunc, cum præsup-

ſupponamus extare conſtitutionem pro retractu.

68 Diverſa eſt quæſtio, & notabilis, ſi fingamus venditum eſſe fundum à Titio cuidam extraneo vicinum alteri fundo: cujus proprietas eſt Mævii, uſusfructus verò Sempronii. Mevituſne an Sempronius jure vicinitatis fundum retrahet? hic eſt tractatus:qui ſolet in eo:quod acceſſit, reſolvi, *tex.eſt in l.item ſi fundi.§.hinc vicinus.D. de uſufru.* ubi videtur ratio in favorem proprietarii, cum ſit acceſſio ſeparata:quæ ſequitur cauſam ejus:cui accedit. *Gloſ.verſ.pertinere juncta l.ſi cujus rei.eo.tit.* In terminis verò contra fructuarium pro domino proprietatis. *Napoda.in conſuetu.ſi quis emit.verſ. Alicujus. nu.*30. cujus verba ad unguem reponit hic Caputus, cujus Gloſam conſultò omiſi, & poſt eum *Afflnum.5.& 37.Jacob.Novel.num.*138. *&* §. 2. *num.*170.

69 Pro hac concluſione Barenſes habent expreſſam conſuetudinem, quod uſufructuarii, licet Domini locum obteneant; ad jus tamen protomiſeos, nullatenus aſpirabunt. *conſuet. dudum.§.ſuperficiarii, & in conſuetu.Colonus.eo.tit.* ubi hæc ſunt verba (Colonus, creditor fructuarius emphyteota non habent jus vicinitatis, quia proprietati dominium in hæret.

70 Tu tamen adverte, quoniam præſuppoſita hac opinione vera ex rationibus per doctiſs.Napodanum adductis, ſcilicet non competere fructuario jus prælationis, & retractus ad rem conjunctam, eam intelligo, quoties fructuarius proprio ipſius nomine peteret ad retractum admitti.

Secus ſi nomine propietatis domini, cum ſit ipſe velut generalis domini procurator circa rem fructuariam. Mandatum verò iſtud non extenditur ad domini præjudicium, ut ſatis ſit uſufructuario denunciare. Sed debet ipſe proprietarius requiri.

71 Quid in feudo? an ſit locus juri congruo, & protomiſeos? Magna eſt affinitas inter feudum,& emphyteoſim: de qua hic agimus, adeo, ut placuerit argui poſſe a feudo ad emehyteoſim.ſecundum *Specul.titu. de feudo §.quoniam. verſ.*40. eſ-

72 ſeq;communem opinionem dicit *Socci.conſil.*167. *num.*24. *lib.*2.quem refert *Jul.Clar.ſentent. recept. §.feudum. q.*3. *verſ.* & hęc *quidem concluſio*, ubi addit *Socci.Jun.conſil.*72. *num.*57. *lib.*1.*Everar.doctiſs.in Topic.loco ab emphyt.ad feud.*

Sed hæc ſimiliudo non obſtat, quoniam nos tenemus hanc conſtitutionem intelligi ſtrictè, neque extra ſuos caſus. infra *ver. Niſi. in q.de datione in ſolutum*, & negativa reſolvit *Jacob. Novel. in princ.conſtit.num.*129.

Verum *Bald.*hic *Afflict.*& alii:quos nuncupatim citat noviſſimè *Fabi. de Anna practic. obſervat.*10. *obſervat.* tenent jus protomiſeos habere locum in feudis, ubi teſtatur de hac opinione uti veriſſima nunquam dubitaſſe, neq; vidiſſe peritos feudiſtas dubitare, uti communiter recepta.

Quod tamen dicit procedere favore proximioris agnati: qui ſucceſſurus eſt, non autem in feudo novo: ad quod de jure communi agnati collaterales non ſuccedunt, ſed quia iure Regni ſuccedunt, jus prælationis competere etiam in novo feudo aſſerit.

73 Cave tamen; quoniam dd. non loquuntur de protomiſi ſecundum hanc conſtitutionem neq; de congruo ſpecialis conſuetudinis Neap. vel particularium locorum: in quibus vigent ſtatuta pro retractu rerum vicinarum: in quibus præferendi ſunt conſanguinei: qui rerum vicinitate conjunguntur: Sed de prælatione ſecundum naturalem ſucceſſionem jure ſanguinis, in ipſis feudis, *tex.*eſt ubi *Afflict. in c.*1.*§.ſed etiam res, per quos fiat inveſtit.* Cujus verba ſunt (*Si quis ex agnatis tuis rem: quæ a communi parente per ſucceſſionem ad eum pervenerit; alienare voluerit, non permittitur ei etiam ſecundum antiquam conſuetudinem alii eam vendere, niſi tibi, vel alii proximiori pro æquali precio accipere volenti. Per feudum tamen cuilibet dare poteſt, niſi fiat in fraudem noſtræ conſuetudinis, vel legis novæ bonæ memoriæ Lotharii, vel Federici Imperat.tunc enim reſciſſa inveſtitura, redditio à te, vel ab alio proximiori, videlicet ſecundum antiquam conſuetudinem precio: ſi quod dederit, is, qui inveſtituram accepit, compellatur rem tibi reſtituere.*

74 Quæ verba huc tranſtulimus non ab re, ſed ut ad oculum ſubiiciam differre utrum res alienatur per infeudationem de ea alicui factam, ſicut cum dominus per hemphyteoſim alienat, ex *tex.*hic apertè probat licere, etiam invitis agnatis in feudum dare ibi (per feudum tamen cuilibet dare poteſt, & not. *Andr.* hodie qui non poteſt alienare feudum ſine conſenſu domini, poterit infeudare. *tex.*eſt:quem ipſe præ cæteris allegat in *c.*1.*§.ſi vero.qual.oli pote.feu.alien.And.*& alii ponunt *in c.*1. *de ſucce feud.*poſt *Gloſ.*& omnes *in c.*1. *§.callidis. de probib.feud.alien. per Fed.* Vel ſecundo, utrum feudum vendatur, alii quam agnato ſucceſſuro,& tunc procedit, quod in textu habetur favore proximioris,& loquuntur dd.qui retractui locum eſſe affirmant, ſcilicèt ſecundum feudorum conſuetudines.

Admonemus quoque ne quis opinetur in relato *tex.*legem Federici Imperatoris commemoratam eſſe hanc:quam modo interpretamur,ſed illam:quę *in lib.feud.de probib.alien.per Feder.eo.§.callidis.*

Quoniam verò diligentiori examine iſta indigent, oportunis dixi infra *§.in primis. verſ.ſub eodem ſervitio.*

75 Loca verò ſterilia, & inculta feudi:quæ ſub annua penſione concedi ſolent, non ſub ſervitio, & natura feudi, judicati debent ſicut res emphyteoticæ, ex generali conſuetudine. quam teſtantur. *Petr.Jacob.Joan.Fab.*& alii; quos ſequitur *Jul.Clar. in §.feudum q.*33.*in fi.Frecc a de ſubfeud. lib.*2.1. *author.*2.*differentia num.*8.ſentit *Napod.in conſue. in bonis.verſ.ed in bonis.titu.in quib. reb. hab. loc. quarta.*

Ideo in eis locum eſſe juri protomiſeos, & congrui non dubitavimus,quod in ſpecie adnotat noſter *Aſcia determin.*34.*inter Antonellum*,ubi etiam citat *Jo:Vinc.de Anna in repet.conſtitu.Conſtitutionem Divæ memoriæ.num.*197.& inde.

SUMMARIUM.

1 *Locatio ſimilis, & differens eſt ab emphyteoſi.*

2 *Canon. in emphyteoſi pro ſola recognitione directi*

Domini præstatur, secus pensio in locatione, in qua habetur respectus ad fructus.

3 *Locatio magis quam emphyteosi censetur; concessa facultate alienandi cuicumque.*

4 *Locatio, & emphyteusis transeunt in naturam venditionis, quoties adiicitur pactum de affrancandi.*

5 *In contractu: qui dicitur ad gaudendum locus est congruo, & judicatur locatio an longum tempus.*

6 *Locatio ad longum tempus dicitur venditio revocabilis.*

7 *Vicini præferuntur Inquilino, si res ei locata ad gaudendum postea conceditur.*

8 *Antichresis, & ejus cautio ex usu contrahentium, ex qua judicatur locatio ad longum tempus.*

9 *Protomis.an obtineat in locatione simplici, & brevi duratura.*

10 *Locatio non est alienatio, nisi quæ ad longum tempus fit, & per hanc jus in re, & possessio acquiritur.*

11 *Actio rei persecutoria non convenit simplici locationi, secus locationi ad longum tempus.*

12 *Actio non debet extingui, antequam efficaciter nascatur.*

13 *Locatio emphyteosi propriè comparatur, quando non fit ad modicum tempus.*

14 *Pactum reale additum in contractu locationis tribuit jus in re conductori, consequenter facit esse locum protomisi, & vide num.27.*

15 *Ex consuetudine soles esse protomisi locus in simplici locatione.*

16 *Primus conductor præfertur secundo, dummodo rem teneat ex consuetudine.*

17 *In locatione rei communis quis præfertur remissivè.*

18 *Colonorum plura genera remissivè.*

19 *Partiarius colonus cur magis socio, quam Conductori comparatur.*

20 *Partiarius Colonus non eodem modo expellitur à singulari successore, sicuti conductor, & ne expellatur debet excipiendo se opponere.*

21 *Emptor fructuum non est melioris conditionis illorum, qui fundum conduxit.*

22 *Emptio an potior sit locatione, & conductione quoad effectum prælationis.*

23 *Emptor etiam utilis dominii potest expellere inquilinum; & Colonum.*

24 *Conductor ad longum tempus habet utiles actiones, non potest expelli à singulari successore, imò & vicinis præfertur.*

25 *Emens rem quam conduxerat, an ea retracta cadat à locatione.*

26 *Ususfructus conservatur, nec extinquitur alienato prædio: quo nomine differt à locatione.*

27 *Inquilinus non expellitur ab emptore, quoties locationi est adjectum pactum reale, vel etiam generalis hypotecha.*

28 *Conductor, si emens protestatur, & cum venditore convenit, ut ei salvum duret jus, si à vicinis res auferatur; an resoluta quoad ipsum emptione per retractum, extinguatur conductio.*

29 *Successor necessarius tenetur stare locationi.*

30 *Vicinus, qui præfertur jure hujus constitutionis, quæ imponit necessitatem, ut illi magis alienetur, censendus est necessarius, consequenter tenetur stare locationi.*

31 *Successor necessarius non tenetur stare locationi dolosæ.*

32 *Conductor ad longum tempus, & habens fundum vectigalem an præferatur in emptione rei vicinæ.*

33 *Longæ locationis tempus diversimode constitutum in rebus privatorum, in rebus publicis, & rebus ecclesiæ.*

34 *Lonca locatio quandoque ultra triennium in rebus Ecclesiæ, & quid juris, si non acquiri utile dominium conductori ultra triennium dicatur in instrumento.*

35 *In locatione res Ecclesi. non est standum verbis notarii.*

Per locationem.

1 PEr locationem) Proxima emphiteosi ponitur locatio, ac in utraque sicut in venditione habet locum constitutio juris protomisis, videntur namque habere familiaritatem. *Instit. de loc. & conduc. in princ. & §. adeo.*

2 Ad discernendam verò emphiteosim à locatione maxima conjecturarum est præstatio pensionis commensurabilis ad fructus; qui è re concessa percipiuntur; cum in emphyteosi pro sola recognitione directi dominii pensio præstari consueverit, non habito respectu ab fructus, quemadmodum fit in locatione. *singul. Francis. Aret. cons. 55. vers. 2.* respondeo, clarius refert *Ludov. Bologn. cons. 54. vers. nihilominus prædictis. Hieron. Cagnol. in auth. qui rem. C. de sac. sanct. Eccles. num. 4. & in l. 2. nu. 102.* & inde *C. de rescin. vend. Jo: Cephal. cons. 9. n. 12. lib. 1. & cons. 329. num. 53. lib. 3. consil. 699. num. 24. lib. 5. Franc. Becci. cons. 3. à num. 22. lib. 1.*

3 Cognoscitur etiam ex eo, quod data est, vel non data facultas alienandi quibuscumque; quo medio emphyteosis natura mutatur, & locatio magis censetur. ex *Alber. in l. fin. num. 8. C. de jur. emphyt.* quem meminit *Tiraq. de retra. lignag. §. 1. Glos. 14. num. 84.* intelligi tamen debent Tiraquelli dicta juxta citatum *consil. Aret. 55.* ut advertit *Cephal. consil. 699.* proximè allegato. *num. 24.*

4 Per pactum verò de affrancando in alteram contractus speciem, idest venditionis, transire locationem, & emphyteosim, notat *Crot. consil. 72. num. 41.* quem commendat *Joan. Ceph. consil. 329. num. 55. usque ad finem vol. 3. consil. 703. num. 17. lib. 5.* vide *Tiraquell. de retrac. lignag. §. 1. Glos. 14 num. 39.*

5 Hic text. si intelligitur in loca locatione, est clarus quoniam in ea locus est congruo; & protomisi, *Afflict. hic not. 8. num. 25. & 26. Benedell. & alii.* Exemplum affero: quod in dies practicatur, ut cum imponitur census super re stabili, deinde locatur creditori ad gaudendum, durante affrancatione census, est locus juri congruo, quia illa locatio judicatur ad longum tempus. *Jo: Vincen. Anna singul. 326. vers. locatio.*

6 Nimirum locum esse retractui constat ex eo, quod locatio ad longum tempus reputatur venditio non perpetua, sed revocabilis, dicit in terminis *Jo: Bessi. de retract. art. 37.*

7 Re-

7 Retento hoc themate, pone, quod domum fortè eo modo ad gaudendum traditam Titio, tenebat Sempronius ex conducti titulo, modo Sempronius inquilinus petit præferri sub eadem conditione: quæ ad gaudendum dicitur. Vicini verò dictam domum petunt, & se præferri ex hac constitutione quis obtinet? respond. Vicinos inquilinus præferri, probat notanter *M. Ant. Bard. in tract. eod. tit. de jure protomi. q. 9.*

8 Hic contrahendi modus: quem vulgò ad gaudendum nuncupamus in jure Antichesis dicitur ut valdè notanter explicat *Andr. Gaill. pract. observat. lib. 2. cap. 3. ad intellectum, l. si his, qui bona §. 1. D. de pignor. & hypoth.* & videatur *Anna. Robert. rer. judicat. cap. 8. lib. 2.*

Judicabitur autem dicta locatio ad longum tẽpus, etiam ex forma cautelarum: quæ desuper fiũt hoc modo res super qua annuus census imponitur locatur à venditore census emptori per triennium cum pacto compensandi fictum cum censu pro rata, pro faciliori consequutióne dicti census, & quousque dictus census non fuerit affrancatus res eadem intelligatur relocata, de triennio in triennium; hoc enim pactum æquipollet locati ad longum tempus, multis probat *Tiraq. de retrac. conven. in præfat. num. 11.*

9 Difficultas est, habeat ne locum protomisis in simplici locatione, & quæ brevi tempore duratura est? *Afflict. hic not. 8. num. 25. & 26.* dicit, literam loqui generaliter, ideo non opus est distinguere locationem; quæ brevi duratura est ab illa: quæ ad longum tempus contrahitur, & verbo locationis hanc etiam significari, probat cum Afflicto transit. *Jacob. Novel. num. 249. vers.* Sed quid in simplici, & sequitur *Bened. num. 274. vers. & sciendum est.* Idem sentit *Bald. in comment. dic. constitu. 12. in fin.* & quibusdam statutis similibus confirmari potest, per *Tiraquell. in præfat. retrac. num. 15.*

Puto indubiẽ doctores hic esse deceptos, nec unquam potui mihi suadere, in simplici locatione esse protomisi locum ex ista constitutione, ratio quidẽ prompta est ex ipsomet textu: quẽ malè interpretantur simpliciter loqui, non enim dicit *tex.*
10 in locatione, sed (alienare per locationem) quapropter verum est comprehendi hic omnem locationẽ per quam scilicet res immobilis alienatur, ut est locatio ad longum tempus *l. 1. § qui id perpetuum D. si ager vectig. per tex. in l. 1. §. quod ait de superfici, & ibi Bart. & dd.* & videtur sentire idem *Afflict. not. 5. num. 18.* per quæ jura tenent dd. communiter per longam locationem alienationem induci, & jus in re acquiri, & possessionem, damnata. *Glo. in §. instituto. l. codicillis, D. de leg. 2.* secundum *Paul. de Cast. in l. non solet, ff. locati. Jas. in l. manumissiones, de justi. & jur.* latè *Barbat. in repet. rub. extra de reb. ecc. non alie. Glos. notab. in l. si ut certo, §. si duobus vehiculum, circa medium. Glo. magna. D. commod. Glos. in clem. 1. de locat. vers. locationes. Præs. de Franch. decis. 123. num. 9. Bald. in cap. 1. §. donare, quali, feu. alie. pos.* ubi dicit. Nota, quod locatio non est alienatio, nisi sit perpetua.

11 Præterea ex hac constitutione esse uicinis actionem: quam rei persecutoriam appellant. *not. infra §. transcurso autem decennio*: quæ non convenit simplici locationi; cum colonus solum habeat obligatam personam domini locatoris, secus si ad tẽpus non modicum conduxerit, per *d. l. 1. §. qui superficiem, vers. quod autem* ait Prætor, *ff. de superfi. Barto. in l. emptorem, C. de loca. & conduc. Abb.* & alii in *c. propter. num. 10. & 11. C. de loc. & conduc.*

12 Addo, quod esset incongruum vicinum expectari per mensem; vel quatuor menses, vel per annum, secundum diversas causarum figuras positas in hac constitutione, hic, & in *§. scriptũ est.* Locatio vero finiretur brevi tempore, & consequenter extincta non dum efficaciter nata, *argu. ejus*, quod habetur, *& not. in l. 1. D. de glande legend. per Bar. in l. si prius q. 10. de nov. oper. nunc.*

13 Facit quoque ratio, quæ in textu colligitur æquiparationis emphyteosis ad locationem: nam non omnis locatio emphyteosi comparatur propriè, nisi quæ ad hoc modicum tempus fit, in his enim termini sunt æquiparati, probat *Tiraq.* multis relatis *de retrac. §. 1. Glos. 14. num. 84.* & supra tetigi, dum citavi *Jo: Ceph. cons. 699. à numer. 24. vol. 5.*

In brevi itaque locatione: per quam non inducitur rei alienatio, saltem per constitutionem juris in ipsa re locata, videtur juris communis dispositio salva, ut liberum sit domino cui velit locare, & ita sentit *Ursillus ad Afflict. decisi. 72. num. 9.* & idem *Afflict. hic in rubrica vers. sed quid si tantundem.* Ubi quod primus conductor secundũ non impedit tantundem offerens in rei privatæ conductione, & locatione, per *tex. l. ne cui*, & ibi *Alberic. Barto.* & alii post Glosam, *C. locati*, latè *Præs. de Franchis decis. 406. ad d. l. ne cui* idem *Præs. decis. 278. Anna consi. 77. vol. 1. Arnon. Ferron. in consuet. Burdeg. de retrac. §. 25.* pro moribus suæ regionis; quibus asserit, non esse locum retractui in locatione, nisi inquit, esset ad longissimum tempus per rationem *clem. 1. de reb. eccles. non alie.* cum quæ ad longum tempus fit æquiparetur venditioni, facit *l. non solet ff. loca.* idest, quod initio dicebam per brevem locationem non induci alienationem, ergo nec retractum.

14 Declaro conclusionem, nisi cum res ad breve tempus locatur, pactum reale adderetur in contractu locationis, ne durante locationis tempore liceat domino alienare cum aliis clausulis: quas docet *Alex.* & alii sequuntur in *l. si filiofamilias §. vir in quinquennium, ff. sol. matr.*

Hoc enim casu dicitur jus in re quæsitum conductori: qui nec è singulari successore posset expelli, notatur *in l. si creditor. §. fin. D. de distrac. pign.*

Meritò videtur in ista tali brevi, & qualificata locatione locum habere jus protomiseos, per hanc constitutionem non eodem modo in simplici, & brevi locatione, in qua nullum jus in re quæritur.

15 Consuetudo tamen quibusdam in locis obtinet, ut cum res locatur, sit prælationi locus pro vicinis secundum opinionem Afflicti, & aliorum: quos retuli. In patria diversimodè judicatum animadvertimus, nescio an ex Judicum corruptela, pro consuetudine vide *Tiraquell. in præfat. de retrac. n. 15.*

16 Sic

16 Sic, & alibi, ut & apud nos certo certius servat consuetudo in hujusmodi locationibus ad breve tempus conductorem, vel inquilinum: qui in re benè versatus est præferri novo inquilino, & conductori, modò idem prætium offerat, quam consuetudinem approbat; & tuetur *Nicol. Boer. dec. 107. num. 4.* Quæ conclusio sane intelligitur primo conductore detinente rem conductam: nam si detentatio esset penes secundum conductorem: cui fortè dominus tradidit, non esset locus dictæ prælationi datur enim exceptio non acto primo conductori. *Socci.consi.29. num.7.vol.4.in fintax commun.opin.de contract.loco 4.c.5. in princ fol.34.*

17 De prælatione autem fratrum, vel sociorum in re communi locata, vide quæ notanter d sserit *Borgni.Cavalc.sua decis. 25. 2.par. de contract.* Et cum domus pluribus est communis æqualibus, vel inæqualibus pactibus locanda pluribus quis præferatur *Francis. Marc.decisio 52.par.1.*& ibi quod mos loci attenditur.

18 Et quot modis quis colonus dicatur, & de inquit, notum generibus. *Napoda.not. in consuetud. Neap.tit. quo casu stetur dicto colon. Bart. Cassane. in consuetud. Burgund. des mainsmortes.rubric.9. fol.299.*

19 Sed cur partiarius colonus magis socio, quàm conductori comparatur, per *l.si merces §.vis major. D.de loc.& conduct.* cum conclusio sit, posse aliquando mercedem in aliis rebus quam in numis consistere, ad *l.si olei C.eo.*

Respond. aliud esse, cum alteri fundum concedo, ut in eo debitis culturis præstitis, colonus partem habeat fructuum, de parte mihi domino respondeat. Aliud verò cum fundum loco pro certa ponderatione, vel mensura olei, aut frugum, quoniam in primo casu non potest esse locatio; quia præter incertitudinum in specie pars fructuum: qui nascuntur, est propria domini *d.§.vis major.* cum ibi not. Et sit in parte dominium habet: pro qua idem dominus extraneo debet præferri, cui extraneo partiarius suam partem venderet *Marin.Frece. probat lib. 2. de sub feud.author. 38. in princ.*

Altero casu, quoniam certa est in obligatione quantitas ac in genere, per: quæ conductor non arctetur ad hoc, vel illud specificè, dummodo de promissis absq; mora respondeat nimirum si quasi pecuniam solveret pro mercede, propria actione tenetur ex conducto ex his: quæ habentur in *ead. l.si olei,*& facit benè quædam distinctio *Petri Jaco.* relati per *Tiraq. de retr. lign. §. 1. Glos. 14. num. 41.*

20 Alia est differentia inter istos; nam non eodem modo expelli potest partiarius, quemadmodum simplex colonus à singulari successore, cum distinctione tamen secundum quàm censuit *Senat. Pedem decis. 82. Joan. Ceph. cons. 181. num. 16.* quos sequitur *Surd. decis. 52. num. 11.* Et si neuter expelli possit, modo excipiendo se opponat singulari successori agenti adversus colonum, vel partiarium, notanter *Socci.consi.99.col.1. lib.1. & consil. 90. num.3. lib.4.* & est communis opinio: quam comprobat *Soccin.jun.consi.129. num. 10. lib.2.*

21 Est, & casus, in quo emptor quamvis singularis rei successor non est potior conductore, ut si ponas de eo: qui fructus emit: quoniam cum non succedat in pleno jure per solam fructuum emptionem, non præfertur, sed tenetur stare locationi factæ per dominum antequam fructus venderet. *Alexan.post Barto. in d.§. si vir in quinquennium ad limitationem l. emptorem. Cod. de loca. Vinc.de Franchis decis.* 216. quem meminit *Cavalca. dec. 26.num.2.& 5 par.2.de contractib.*

Quæro quænam potior sit ejusdem rei, quo ad effectum prælationis locatio, & conductio, an emptio, & venditio? ex factorum positione intelliges quæsitum. Aut enim res: quæ fuerat Titio locata venditur Sempronio, aut eidem Titio venditur: cui erat ante locata: contra quem conductorem, & emptorem vicinus vult admitti.

Prima facti specie semper dubitat emptorem potiorem esse conductore, quoniam ita est communi jure diffinitum, etiam si extraneus sit, qui emit, ex regula *l.emptorem.C.de locat. & conduc.dd.communiter in l si filiofamil.§.si vir in quinquennium sol. matrim.Abb.& alii in cap.querelam,extra ne prel. vices suas:*& alibi alii omnes, multo magis vicinus ipsum conductorem excludit, ex regula si vinco vincentem te, *l.de accessionibus,D.de vari,& tempor.præscript.*

23 Et id procederet etiam in singulari successore utilis dominii tantum, ut si dominus postquam locavit rem concessit in emphyteosim, is enim, qui in emphyteosim succedit posset expellere inquilinum, & colonum: qui nullum jus habent in re, & obligatio personalis passiva non sequitur fundi possessorem. *Ant.o.Gomez.varia.resolu. lib.2. cap.3. num.9.*

Ferrariæ est statutum pro conductore, ut ipsi magis vendatur a locatore. *Alex. consi.126. lib.5* sequitur *Tiraq. in præf. num.15.*

Secunda facti specie non potest esse quæstio cũ extraneo, sed tantum inter conductorem, qui idem est emptor, & vicinum: qui ex hac constitutione præferri intendit, puto distinguendos duos casus. Unus est in locatione ad longum tempus, vel in

24 perpetuum. Nam qui eo modo vectigalem agrum vel superficem possidet utilem in rem habet actionem, per *l.1.D. de superfici,& l. si ager.vectig. vel emphyt.pet.*ergò, & jus congrui, secundum *Napoda.in consuet.si quis emit.vers.alicujus, num.29.* ibi item superficiarius, *& num.* 36. ibi, quid in vectigali. Et cum par sit ratio taliter possidentis, & ejus: qui per emphyteosim rem habet, videtur ratione unionis dominii utilis, & directi, ut non solum non excludatur à vicinis, sed etiam ut illis præferatur, per ea: quæ supra diximus. *Gl.per emphyteosim.*

Et communi jure id etiam dd.admittunt ad longum tempus conductorem non posse à singulari successore expelli durante eo tempore ad limitationem, *d.l.emptorem*, ut ibi quoque notat novissimè *Aloy.de Leo.num.15.*

25 Alter est casus in brevi locatione: in qua *Tiraq.* locupletissimus *de retrac. lignag.§.1. glos.7. n. 73. ubi arguens videri extinctam conductionem per emptionem ejusdem rei, cum rei sua conductio consistere non possit, sicut nec ususfructus, l. neque pignus, de reg.jur.l.ei à quo, de usucap.l. qui rem, C. de loc.cum simil. concludit tamen sicut in ususfructu*

*Bu paulo ante dixerat. n.71.& 72.*ut scilicet conductio teneat post retractum. Igitur conductor prædii illud emens durante conductione, non resolvitur conductio resoluta emptione per retractum, affirmat post *Tiraq. Jo. Petr. Surd.decis.51. in fin.*

26 Sed ego considero valdè differre usufructum à locatione. Namque ususfructus conservatur sicut pignus, nec confunditur quandiu res revocationi subjecta est alteri propter jus,quod habent in ipsa re usufructuarius & creditor. Simplex verò colonus,& conductor solā habet personalem actionem. *Bal.*& alii in *l.codicillis §.instituto D.de leg. 2. Bar. & add. in d.l.emptorem. Anto. Gomez.variar.to.2. c.3.de loca.& cond.num.*8.

Quia igitur venditio à domino facta conductori (non dico resolvitur) sed transfunditur vi hujus constitutionis, ac si facta esset ipsi vicino retrahenti pro eodem precio, ut notavimus infra hoc *eod. tex.vers. Nisi.* Omne jus extinguitur penes conductorem,non enim durare potest locatio, & conductio, ex eo; quia emptor uti singularis successor non tenetur stare locationi, per *d.l. emptorem, C. de loca. & conduc,* quoniam obligatio personalis non sequitur emptorem, *l. 1. §. si hæres percepto. D. ad Trebel.ubi Glo. Bart, d. §. si vir in quinquennium.*

27 Nisi jus coloni, vel inquilini sit reservatum in contractu venditi, & empti, ut ibi, & per *Præsid. de Franch. ad d.l.emptorem.decis.*302. & 334. datur enim consilium, & cautela conductori, ne expellatur à locatione,etiam si bona vendantur. *Bar. in l.qui fundum, D. loca. Guid.Pap.& addi. decis.* 480. debet ergo sibi consulere conductor, vel initio contractus locationis sibi factæ,ut res pro manutentione fictus specialiter obligetur à domino: qui promittat non alienare durante tempore locationis secundum *Barto.* & communiter *add.in d.l. emptorem.* imò sufficit generalis hypotheca, quod declara, ut per *Socci. consi. 90. vol.4. Tiraq.de retrac.§.3.Glos.1.n.4.*

28 Vel si conductor cum deinde emit expressè protestetur, & ita cum venditore convenerit, ut si res ab ipso per vicinos retrahatur, salvum nihilominus duret præcedens contractus locati, & conducti:ut in casu non absimili consuluit *Tiraq.eo.§. 1.Glos.7. & num. 72.* de fructuario agens, emente proprietatem, & potestate salvum sibi fore jus ususfructus,si res ab eo retrahatur, juxta id: quod in pignore pro creditore respondit *Bal. consi.* 123. *lib. 1.per tex. l.si debitor. §. si in venditione. D. quib.mod.pign.vel hypot.solvi.& cæt.*

Quamvis ista protestatio in usufructuario, creditore, & aliis: qui jus habent in re non sit necessaria, quoties revocabiliter dominium acquiritur. dd.communiter affirmant.

Verum diligentius perpensa opinione Tiraquelli:quam & probat Surdus,supra relata pro conductore, ut resoluta quoad ipsum emptione per retractum,non propterea intelligatur extincta locatio, & conductio, adduci potest fortissima ratio non aliunde quæsita, quàm è causa ipsa resolutæ emptionis. Præsuppono unum: quod omnes ad-

29 mittunt ad limitationem regulæ *d.l. emptorem,* & similium,idest successorem necessarium non posse colonum expellere; nam tenetur illi stare. *l. in venditionem §.1.D.de bon.aut.Jud.possi. Glo.in l. divortio,in princ.vers. tertia portio*, ubi *Bar.* & alii. *D. solu. matrim. decis. Pedem. 82. Benint. decis. Bonon.54.*

30 Sed si vicinus succedens ex hac constitutione in jure protomis. sive congrui censendus est necessarius, quoniam lex necessitatem imponit ipsi emptori extraneo,ut rem vicino restituat,& recusans per Judicis sententiam compellendus est, per *text.* hunc constitutionis ibi (extraneum emptorem expellere) juncta *d. Glo.* quam dicunt singularem ibi.*Bald. Imo. Alex.*& alii, & sequitur *Cotta in memor.verbo successor*, & *Bald.* valdè notantur in *cap.*quoniam frequenter,circa *fin.*extra, ut lite non contest.qui inde infert quòd omnis succedens ex sententia Judicis tenetur stare colono, quam conclusionem declarat quibusdam modis *Surd. decis.40.nu.4.& seq.& decis.289.nu.7.* Licet de sententia Judicis non sit omninò curandum,nisi cum jus,ipsa tribuit,ut *Surd.d.decis.40.in fine.*

Meritò concluditur non extingui penes ipsum colonum præcedentem conductionem,cum ex necessitate juris rem eandem titulo sequentis emptionis teneatur in vicinum transferre; per prædicta, ad quæ etiam *Jo.Ceph. consi.254. Rolan. à Vall. consi.49.vol.2.Surd.decis.286.num.14.*ubi cum his meminit quoque *Tiraq. de retrac.conven. §.3. Glo. unica nu.13.Afflic.hic nu. 47. & 48.* ibi Juris necessitate,idest per jus congrui.

31 Limita, nisi in fraudem fundus antea esset locatus, & deinde conductori venditus, vel in emphyteosim traditus: qui à vicinis conventus ad rei restitutionem ex ipso contractu emptionis, vel emphyteosis, probata fraude, non posset uti retentione vigore præcedentis locationis, & conductionis, obstante ei fraudis replicatione, quam conclusionem pro singulari successore necessario tenent communiter dd.ut per *Tiraq.de retrac.conven.§.3.Gl.unic.nu.15.& 17.& de retract.lign.§.1. Glo.7.nu.72.& 74.Alba. consi.108. nu.7.* quem refert *Surd.d.decis.40.in fine.*

Hæc dicta sunt quoties oritur controversia respectu ejusdem rei,quæ & locata, & deinde vendita presupponitur. Ita enim quæstionem formavimus, potior ne sit ejusdem rei quo ad effectum prælationis locatio, & conductio, vel emptio & venditio?

32 Sed quid si vendatur res vicina, an conductor ad longum tempus possit petere rem emptam jure congrui? *Affl.hic nu.38.vers.* item quæro an locatarius; dicit, quòd sic, eadem ratione, quia habet utile dominium, ut *not.dd.in d.l.codicillis, §.instituto de leg.2.tex.in l.1.§.* si quis superficiem,de superfici.

Ac idem concludit pro eo: qui fundum habet vectigalem;per *l.1.D.si ag.vectigal.Afflict.n.*40.

Et voluit *Napod.*ante *Afflictum*: quem in id supra citavimus, quoniam idem judicandum est de locatione ad longum tempus,quod de emphyteosi *Jo:Fab.in §.adeo Instit.de loc.& conduc.*

Et idem judicatur de ea sicut de venditione, & alienatione rei. *Bal. in authen. ei qui.vers. ulterius quæro.C.de bon.aut.Jud.pos.Alex consi.1.col.pen.lib.4.*cum aliis per *Boer.in consuet.Bitur.de feud.§.18. & q.sive decis.234.in prin.*

33 Hoc

33 Hoc loco oportunè notare oportet, quod tempus attenditur, ut dicatur longa locatio; per quam utiles actiones in re competant, ad differentiam brevis locationis, per quam personalis actio competit.

Respond. distingui privatorum res à publicis, & eccles. In privatis, qui conducit in decennium habet jus in re, ideo decennium longum tempus dici communiter tenent *dd. teste Bar. in l.* 1. §. quod autem ait, de superf. sequentes *Glos. in l.* 1. *in fine, & seq.* si ager vectig. & est *Glos. in l. quaero §. inter locatorem. vers. biennii, in fin. loca. & cond. Canonista in clem.* 1. *de reb. eccl. non alien.* post *Glos. ibi. vers. ad modicum. Didac. Covar. lib.* 2. *variar. c.* 16. *nu.* 3. ubi in rectoribus saecularibus, inquit, decennium praefinitum. *Nico. Boer. decisio.* 234.

In publicis, ultra quinquennium, secundum diffinitionem: quae habetur circa demania Curiae per *Consit. reg. authoritatem. de offic. mag. procurat. Glo. in consit. constitutionem diva memoria. ver. locare. de revoc. feud.*

Olim enim praedia ad quinquennium locari solebant, ut in *l.* si quis nec causam. *vers.* nam & si colonus post lustrum completum. *D. si cert. pet.* ubi *Gugle. Bud.* declarat, ideo quòd quinto quoque anno vectigalia tributaque exigebantur, ut ipse ait, meminit *Mandos. in signat. gratia. vers.* indultum colaudi, allego *tex.* in terminis. *D. de jur. fisci. l.* 3. §. cum quinquennium.

Et inter publica in proposito ponimus ea: quae sunt civitatis, vel municipii, per *Glo. l.* 1. *vers. conduxerit ff. de loco publ. fruendo. Bart. in l.* 1. §. quod autem ait. de superfic.

In Eccles. quicquid olim fuerit hodiè diffinitum est tempus, scilicet ultra triennium per Paulinam, ambitiosae, *de reb. eccl. non alien. in extrav.* & est jus novissimum secundum *Maudos. in d. tracta. de signat. grat. eo. verbo.* Indultum locandi.

Et an d. extravagans servetur de consuetudine, omnino *Hiero. Cagn. in auth. qui rem, C. de sac. san. eccle.* Sed eam servari, nisi quòad excommunicationis poenam sentit. *Andr. Fachin. controvers. Jur. cap.* 98. vide *Borg. Caval. decis.* 29. 30. *&* 31. 2. *par.* verum tam etiam quoad excommunicationis poenam eam observari constat.

34 Solet tamen adverti ad qualitatem praediorum, nam si talia sunt, quae in biennio semel fructum ferunt, biennium computatur pro anno. *Andr. Barbat. in rubr. de reb. eccles. non alie. nu.* 52. *notat. in l. divortio, §.* quod in anno. *D. sol. matr.* sequitur *Covar. d. c.* 16. *lib.* 2. *vari. resol.* in specie de olivetis provincialibus, ut per sex annos locari possint, ex *Borgni. Cavalc. tract. de usufr. mul. rel. num.* 245. dixi in libello de olivis.

Non haberet quoque locum extravagans, si diceretur in instrumento locationis, ut nullum utile dominium acquiratur conductori ultra triennium, quia sic posset fieri ultra sex annos, secundum *Jo. Arnon. sing.* 72. incipit, quia supra.

Sed oppositum, & melius tenendum est ex *Covar. d. cap.* 16. Ad haec videbis *Jac. Menoch. de arbitr. jud. lib.* 2. *centur.* 1. *casu.* 5.

35 Atque in proposito alienationis rei ecclesiasticę non stabitur verbis notarii in instrumento apposi- tis; cum simus in materia prohibitoria civili, & canonico jure secundum ea: quae adducit *Thom. Grammat. decis.* 79. *nu.* 16. *& seq. in causa Epis. civit. Policastri.*

SUMMARIUM.

1 *Verbi promittimus significatio, qua invertitur praecedente negatione.*

2 *Denunciare utrum sufficiat ante celebratam cum extraneo venditionem.*

Non aliter permittimus.

1 Non aliter) quamvis verbum (permittimus) sui natura non importet necessitatem, per *tex. l. non quicquid, D. de judic.* Praecedens tamen haec negatio operatur, ut omninò servandum sit, quod ita cavetur, notant dd. de verbo (Potest) *in l.* 1. §. 1. *D. quemad. test. aper. l. de his de transactio. Tiraq. de retrac. lignag.* § 8. *Glos.* 6. *n.* 3. & in terminis nostrae constitutioni. *Vinc. Maxil. in consuet. Bari.* §. jus protomiseos in donationibus *num.* 4. *& seq. & in Glosa:* quae sequitur annotabimus.

2 Sed an possint requiri vicini, ut emant ipsi, nulla adhuc in extraneum venditione facta, ita ut vicinis recusantibus, vel transactis 30. diebus, videantur cessisse juri retractus, liceatque domino absque alia necessitate denunciandi postmodum cuilibet per venditionem emphyteosim, vel locationem alienare? Et videretur resoluta quaestio, cum per hanc constitutionem non impediatur contrahi, sed alienare nisi prius denuncietur, neq; vicini jus competat, antequam res extraneo vendita sit, & pro hoc est *tex.* secundum unam lecturam *infr. vers.* justum precium quantum verus emptor dederit. Sed contrà tenendum est juxta alteram lecturam ibi (aut quantum) ubi vide, benè facit *tex.* hic (non aliter nisi) per quae verba licet non sit impedita venditio, restricta tamen est facultas ipsius domini non valentis alienare, nisi prius denunciet vicinis ex ordine, ut *not. Affl. d. Not.* 9. *num.* 27. quod & sentit apertè *Bal. eo. tract. num.* 3. *&* 7. *vers.* quid si vendo justa necessitate coactus.

SUMMARIUM.

1 *Forma duplex, & quomodo extrinseca differt à substantiali.*

2 *Forma denunciationis potest post actum observari, ideò per hanc constit. non impeditur contractus, sed ejus implementum, & irrevocabilis Dominii translatio.*

3 *Retractus est accessio ad venditionem, cujus propria forma est consensus in re, & pretio.*

4 *Forma omissa actus est nullus.*

5 *Efficacia juris potest à contractu removeri, non tamen erit contractus invalidus.*

6 *Sollemnitas effectualis omissa non vitiat sicut substantialis forma, dicitur autem sollemnitas effectualis, quoties potest intervenire post actum.*

7 *Statutum si non subjicit decretum annullativum, non dicitur infirmare actum ob omissionem sollemnitatis in eo requisita.*

8 *Dominium transfertur, licet revocabiliter re vendita*

Non aliter nisi.

NIsi) idest, si non, interprete *Gl. in l. feminæ D. de Senat.* & vicissim Si non, idest nisi. *Gl. in l. si eum in fin. si quis caution. Napod. ad consue. Neap.* idem est, *vers. nisi, de novi ope. nunc Cassane. in consuet. Burgu. de mainsmort. rub. 9. §. 10. n. 13. Sena. Pedemon. decis. 174. in princ.* his adde notanter *Navar. consi. 12. de simonia lib. 5. decret.*

1 Junge vim harum dictionum (non aliter nisi) & habebis formã in alienatione stabillum in uno è tribus contractibus in textu constitutionis mentionatis, facit *text. in l. si qua §. de venditiis civil. Glosa* ibi. iteratò nominat sollemnitatem: quæ & forma rectè dicitur extrinseca tamen, ut ab ea differat:

ferat: quam substantialem appellamus sive intrinsecam, per Scribentes in *l. sciendum. D. de verbor. oblig.*

Ideo dixi extrinsecam, quoniã potest intervenire, & observari post actum venditionis perfectè cum extraneo, & tunc denunciari vicinis, ut pro eodem precio ipsi volentes accipiant jure hoc protomiseos, & consequenter non inducitur forma substantialis, & intrinseca, qua prætermissa actus est invalidus, ex his, quæ docet *Gemin.* quem sequitur *Cardin. Alex.* authoritate Glosæ in *c. fidei.* 10. *dist.* & in terminis noster *Afflict. hic Not.* 9. *num.* 27.

2 Quod autem post actum possit obseruari forma hic tradita denunciationis colligitur ex ipso textu in eo, quod habetur denunciari preciũ; quod verus emptor dederit, hic dicimus Federici mentem non fuisse per hanc constitutionem impedire contractum cum extraneo celebrari verè, & sine fraude, sed implementum quoad effectum translationis dominii, propter verbum alienare, ut infra notabimus, & sentiunt *Caput.* & *Afflict.*

3 Habet igitur emptio, & venditio propriam, & substantialem formam; idest consensum in re, & precio *Glo. notab. in l. pacta conventa.* per illum *tex. juncta l. nec emptio, & ll. sequentibus, D. de contra. empt. moderni Instit. de empti. & vendit. in princ. Anto. Gomez. eod. titul. lib. 2. variar. resol.*

De qua tamen forma nihil hic agitur, ipsius enim contractus validitas præsupponitur, & retractus est accessio quædam ad contractum venditionis, quo sine retractus non consistit, sicuti est dos ad matrimonium, novissimè advertit *Imbrian. in suis enarration. ad titu. C. de edendo num.* 16. & 17. Verum adversus hæc *Vinc. Maxilla in consuet.* jus Protomiseos in donationibus *num.* 34. tenet, concluditque denunciatione omissa vitiari actum venditionis ipso jure. Nam inquit, quod contra formam agitur, vel ea omissa nullum est, *cap. cum dilecta*, ubi plenè *Felin.* extra de scriptu, & in *c. super quæstionum §. verum, de offic. deleg.*

Argumentum autem Maxillæ sumitur ab hocmet textu. Non aliter permittente alienare, nisi prius denuncietur vicinis: quos lex vocat, & cæt. cui facillimè respondetur ex antedictis, & certè inaduertenter loquutus est, quoniam ex his verbis benè potest inferri ad nullitatem alienationis, idest, rei venditæ traditionem non operari quoad emptorẽ extraneum dominii translationem irrevocabilẽ respectivè ad præjudicium vicinorum habentium jus protomiseos, juxtà doctrinam *Pauli de Castro consi.* 74. *col.* 1. *vol.* 2. & expressè notat *Afflict. hic* 9. *Notab.*

5 Potuit lex id facere removendo efficaciam juris à contractu venditionis, venditio tamen, ut valeat, quam lex ista non improbavit, pro qua distinctione, *Bar. in l. cum lex, in princ. vers. tu potes dicere, D. de fidejus.* Probo, quia venditio contrahitur solo consensu *l.* 1. *D. de contrah. empt. & in princ. Instit. eod. tit.* Consensus autem est facti, per *Deci. in l. pacta quæ contra C. de pact.* & res facti jure civili non potest infirmari *l.* 1. *§. si vir uxori. D. de acqui. possess.* ubi dd. notant.

Verum, & si traditio quoque facti sit, *l. consilium, §. fin. de curat. furios.* & lex non possit facere, ut facta traditio non sit, *l. in bello, §. facta, D. de cap. & postli. rever.* nihilominus quandoque lex traditionem ipsam dicit nullam propter prohibitam alienationem. *l.* 3. *§. sciendum, de acq. poss.* non quidem quia non sit traditum, sed quia juris effectu caret traditio facta: cum effectus removeatur à traditione, ne pereat fiat alteri præjudicium, declarant moderni repet. in *d. §. si vir uxori*, ad interpretationem statuti prohibentis alienatione in forenses, ad quæ videatur *Iser. in c. Imperialem, §. illud. vers. Nam licet, & versic. item in contractibus vetitis, de probib. feud. alien. per Feder. & Jo. Vinc. de Anna allegat. à nu.* 16. *vol.* 1.

6 Ex his consequens est, ut præsupposito, solemnitatem denunciandi posse intervenire post venditionem. Si venditio fiat, & hujusmodi solemnitas omittatur venditio nihilominus tenet, & valida est, probat *tex. juncta Glo. in L. universa C. de preci. Imp. offer.* & ibi *Bart. Bald. & Salycet. Castren.* & alii *Felin.* notanter in *c. cum dilecta* 4. *signo. nu.* 26. & 27. *de rescrip.* ubi ait, *quod quando aliquid potest intervenire post actum, nunquam potest dici illud esse de forma, sed appellabitur solemnitas effectualis: quæ tribuit robur actui jam formato*, sicut insinuatio donationi, & cautio testamento usurarii, & Brunus *in tract. forma tit. quotuplex est forma, & solemnitas*, inde distinguit formam substantialem ab accidentali, cujus ultimæ omissio non vitiat actum.

7 Maximè cum in lege, vel statuto non subsequatur decretum annullativum, ut *Jas. in d. l. universa. Felin.* & aliis locis proximè citatis, & per *Jo. Ceph. consi.* 171. *à num.* 10. *vol.* 2. & *consi.* 47. *num.* 16. *lib.* 1.

8 Rectè igitur concludit *Afflict. d.* 9. *Not. in fine quod licet in tex. nostro sit probibita alienatio, nisi requirantur consanguinei, & vicini, tamen si fiat alienatio, ipsis non requisitis, transfertur dominium in emptorem, & sic ab ipso possessore petitur res vendita jure congrui,*) supple, quia translatio revocabiliter fit vigore hujus constitutionis, ut dicemus. Id quoque sentit *Benedellus hic in rubr. num.* 11. dum simpliciter asserit. *In retractu inspicitur principium, ut cogatur invitus quis rem suam vendere sed finis, atque exitus, ut fieri debet: in quo revocatur, quod factum est, & fieri non debuit.*)

9 Rursus considera, quod non facta venditione jus retractus vicinis non utique competeret, *Bald. & Affl. in princ. constitutionis, Tiraq. de retract. lignag. §.* 1. *Glos.* 2.

Quæ res non potest intelligi nisi de venditione valida; quia si venditio esset nulla, neque jus retractus competere, ex *Bald. in l.* 2. *C. de Epis. audi. per Jo. Vinc. de Anna allegat.* 87. *in causa Baronia, & infra §. scriptum est, vers. in venditione.*

10 Si impediretur omninò dominii translatio non facta denunciatione, dicat Maxilla, penes quem erit interim dominium? namque non perditur nisi acquiratur. *l. nec utile, D. quib. ex caus. major. non sic possessio.* declarat *Bart. in l. quod meo, §. si furioso D. de acquir. possess.* neque enim dominium perditur sola scilicet voluntate, *l. cum falsa C. de jur. & fact. ignor.*

Sed cum emptor extraneus possessionem acquisiverit per traditionem à domino factam desinit esse dominus is, quid dominus erat, probatur in *l.* 1. & 2. *D. pro derelic.*

11 Et

11 Et hoc prodest;quoniam antequam à vicinis sit precium solutum pro retractu, extraneus emptor etiam si non sit factus dominus irrevocabiliter, fructus suos facit, cum naturaliter, idest de facto rem emptam possidens fructus percipiat voluntate domini tradentis; per *Bart.in l.possideri. §.è contrario.num.5.de acquir.possess.*

12 Nam si verum esset, quod tenet Maxilla; actum venditionis viciari ipso jure, sequeretur statim ex eo tempore debere fructus restitui non expectata petitione, nec litis contestatione per *Glos. in §.1. vers.imminere, in fin.in auth.de incest.nupt.* quam sequuntur ibi dd. cum multis concord.congestis à *Tiraq.in repet.l.si unquam*, verbo revertatur, *nu. 219.C.de revoc.donat.*

13 Insuper quamvis lex expressè diceret actum contra factum non valere, id quidem intelligeremus ope exceptionis, non ipso jure quoad inducendam nullitatem, eadem ratione præmissa, quòd sollemnitas potest post actum intervenire, ex *Abb. in c.quoniam frequenter. in princ.num.*10. extra, ut latè conte.*Bal.in l.si ita quis.§. ea lege. D. de verb. oblig.*

14 Quod verò tetigi de fructibus, etenim si verum esset quod Maxilla opinatur, vicini tamen retrahentes essent in dolo petentes fructuum restitutionem, cum precium ante non solverint, etiam si precii usuras offerrent, quod optimè deducitur ex authoritate Baldi, & plurimorum dd.per *Did. Covar.variar.resol.lib.3. cap.4.* reprobatata opinione Castrensis ad intellectum *l.curabit.& l.fructu. C.de acti.empti.* de quo textu *Afflict.decis.20.Capyc. decis.19.Viv.commun.opin.vers.venditor.*

Quamvis in proposito retractus expeditum sit à die litis contestatæ non ante deberi fructus ab extraneo emptore collectos: qui interim illos facit suos *Joann.Fab.in §.actionum. vers. & ista faciunt. Instit.de action.*latè *Jo:Igne.in repet.l.dudum. num. 25. vers. sed circa præcedentia. C. de contr. empt.*

15 Nam propter titulum videtur bona fides, quia ipse emptor extraneus excusatur usquequo lis contestetur,tex.& ibi dd.notant in *l.ex diverso, de rei vend.& in l.certum, ubi Bald.C.eod.*

Quoties autem lis de retractu movetur tempore fructuum colligendorum, vide *Alexan.* & alios in *l.qui Romæ, in princ.de verb. oblig.*

Sit igitur certa conclusio ex hoc textu minimè inferri ad nullitatem venditionis extraneo factæ, vicinis non requisitis, sed præsupposita emptione valida, deinde posse denunciari vicinis;qui volentes emere admittuntur ad eundem contractum cum extraneo celebratum, ac si ipsimet vicini eo modo contraxissent, & sic ista constitutio juris

16 protomiseos non est rescissoria contractus, sed translativa juris, juxta doctrinam *Bald.in l.si maritus, C.de inoffic.testam.*in terminis *Anto. Gomez. in l.70. Tauri.num.35.*

Imo neque ipsis vicinis jus protomis.competere posset antequam contractus absolveretur, & esset perfectus sive sit emptionis, sive emphyteosis,sive locationis. *Afflict. hic, & in §. 6. num. 12. not. 7.*

17 Sic igitur separando actum venditionis, dum perficitur consensu de re, & precio ab actu alienationis: quæ fit per rei venditæ traditionem in implementum ipsius contractus. Sive veram:per quã dicitur liberatus venditor. *l. ex empto. D. de actio empt.*

Sive factam per constitutum juxtà tradita per *Aret.post Castren.in l.si mora. D.sol. matrim. Deci. consil.226.vol.2. Tiraq.de constit.*

Colligo notanter ex hoc textu, quod solemnitas denunciationis debet precedere actum alienationis propter has dictiones (non aliter permittimus alienare nisi prius denuncietur)& quidam tex. habent (non ante permittimus alienare) & solemnitate non servata, traditionis effectus:qui est dominii irrevocabilis translatio, impeditur, (si qui tradens erat dominus per notata in *l. traditionibus.C.de pact.*

18 Quoniam in illud idem jus hæc constitutio invitat vicinos volentes præferri, ut in textu ibi. (quos vocamus per ordinem) ideò benè diximus revocabiliter interim esse penes extraneos,ratione dubii sint nec ne retracturi hi: qui propinquitatem habent.Nam & ex contractu imperfecto; & conditionali,si rei traditio operatur dominii translationem. *Glos.in l.contractus, ubi Cyn.Bld.Angel. Salyc.*& alii. *Cod. de fid. instrum. Tiraq. de retract. conent.ad finem tituli num.76. Eman.Soarez recep. sentent. ver. dominium. num.123.*

19 An idem: quod in emptione, & venditione diximus,extendatur ad dationes, & acceptiones rerum stabilium in solutum? quæstio est ardua, & inter nostrates controversa. *Napol. in consuet. si quis emit.num.7. eod.tit.* tenet jus congrui cessare quem alii frequentius sequuti sunt.itaque *Maran. Venusi.in tractat.de multipl. alien.3.par.princ.vers. sed quid si resndatur,*fatetur hanc esse communem sententiam,quam & in practica servari tradit *Affl. infra §.licet num.16.*

20 Alii verò distinxerunt in solutum dationem voluntariam; idest, quæ fit à debitore creditori,in qua dicunt esse locum retractui, ab ea datione in solutum:quæ fit necessitate judicii, & per Judicem & in hac cessare jus congrui, & retractus. cui distinctioni adhæret *Ferdin.Loazes in repetit.l.filiusfamilias.§.divi,de leg.1. num.41. & 42.* Multos in id congerit *And. Tiraquel.de retrac.lignag.§.1.Gl. 14.numer.8.* & alios in idem citat *Francis.Bursat. consil. 44. num. 29. Cacher. decis. Pedem. 167. & 168.*

Primam distinctionis partem intelligunt veram, modo res detur in solutum pro pecunia debita. *Ludov.Bologn.consil.25.* quem refert, & sequitur *Tiraquel. ubi supra num. 7. Maur. Burg. de laudem. par. 2. in spec. 3. in princ.* Sed si pro specie debita detur species æstimata,adhuc esse locum retractui tenuit idem *Bologn.d.consf.25.& consf.21.* quem refert, *Bartol.Cassan.ante Tiraquel. in consuet.Burgund. rubr. 10. §.9. in princ.num.7.* & pariter eodem casu deberi laudemium dd.tenent,ut ibi *Maur. nu.5.Gaspar.Caballi. Milleloq.96.prima parte nu.3.*

Necessariam declarant esse illam: quæ fit subhastà pro executione sententiæ contra debitorem. exemplificat ibi *Castane. ver. videtur in hoc casu fienda consideratio.*

Vel etiam si fiat à debitore obligatio ex laudo ad rem dandam, ut in casu *consil.Ludov.Rom.107. per Dec.consil.300.col.3.*quos id citat *Aym.Cravet. consil.215.vers.& statutum quod volens.*

F 2   21 Res

21 Res verò: quæ in causam judicati addici solet creditori non venit in quæstionem; quoniam addicere, vel adjudicare non est in solutum dare *Tiraq.ubi supra num.8.& 9.*

22 Non tamen defuerunt, qui etiam in ista necessaria alienatione, quæ fit à Judice creditori, & multò magis à debitore fieret, tenent esse locum protomisi, ità *Vincen. Maxil. contra omnes audacter.in consuetud.Bari eod.tit.§ in pignoribus.num.* 7.quia, inquit, circa consensum non refert, an debitor ipse consentiat dando, vel Judex adjudicando, cum factum Judicis reputetur factum partis, ut ibi per eum.

23 Et magis procederet ejus opinio, si res posita sub hasta consignaretur per Judicem extraneo licitatori, quoniam esset vera venditio, ut per *Bal. consil.* 300. statuto cavetur. *vol.* 1. qui locus est notandus in hoc tractatu dationis in solutum, dicit *Tiraq.d.Gl.*14. *num.*18. vide tamen inferius.

24 Quæ Maxillæ opinio videtur temperanda respectu illius debitoris; qui ipsemet debitum contraxit; nam cum Judex dat in solutum creditori rem debitoris ex causa præcedentis contractus inter eos initi, est ac si debitor met dedisset, secus si causa esset vetustior ut per plura concludit *Tiraq.de retrac.lignag.§.1.Glos.*14.*à num.*13.

Sed potest replicari, quòd inspecto vicinorum prejudicio eadem est prohibitio in successores quæ fuit in authore, ne res alienetur, nisi vicinis requisitis, juxta sensum *Bal. hic vers.* quid si testator legavit, & sæpè dicunt commentarii ad hanc constitutionem, & pares consuetudines, quòd istud jus est in rem. Undè *Cæsar Vrsil.ad Afflict, decis.*191. non residet omninò cum his dd. quos *Tiraquel.* citat, ubi supra, quoties eadem esset ratio: quæ militaret in venditione, quæ fit ex causa moderni debiti, aut vetustioris. Alio modo respondetur ex allegatis per *Bursat. consil.* 44. *nu.*30. *vol.*1. inspecto initio esse voluntarium actum, ut pro evictione teneatur debitor. *Bellon, consil.*24. *num.*11. Sed respectu solutionis dationem in solutum esse actum necessarium. *Cephal. consil.*125.*Roland.à Vall.consil.*21.*vol.*1.

25 Fateor quidem ingenuè, quòd hæc quæstio valdè, & diu me torxit, quomodò habeat, vel non, locum jus congrui in datione in solutum, & consideravi, qui sit, ut Speculator qui movet quæstionem in *tit. de empt. & vendit. §. nunc dicendum est.versic.sed si pone statutum*, tenens partem negativam, allegat in argumentum *l.fi.D. de condit.ob causam, & l.naturalis. de præscrip.verb.* quæ duo jura dicit *Bald.hic. vers. sed utrum hæc constitutio habeat locum*, quòd faciant in contrarium. Speculatorem sequitur *Penneus in l. fi. ver.permutationes C.de præd.curial.lib.*10.

Augebatur difficultas; quia illi tex. videntur simul pugnare. *Cum si dedi tibi pecuniam, ut mihi Sticum dares, censuit Celsus emptionem, & venditionem non esse d. l. fi.* & tamen emptio, & venditio est si pecuniam dem, ut rem accipiam *d. l.naturalis.§.*1.

26 Sed quoniam secunda solutio Glosæ sumitur ex vi, & notatione verbi (dare) quod verbum importat dominii translationem non convenientem formaliter contractui empti, & venditi: in quo de rei venditæ traditione agitur, credibile mihi est juxta hunc sensum Glosæ procedere dictum Speculatoris: quia in datione insolutum agitur de rem dando, non autem de rem tradendo, quamvis detur pro pecunia debita, statuta loquentia de emptione, & venditione non adaptari ad insolutum dationes. Quòdque hæc ipsa sit inductio Speculatoris, notat in specie *Bald. in d.l.fi.in lectura antiqua*. Sed deinde opponit *Bald. de l. libera. Cod. de sentent.* ex ibi notatis.

Citatam verò Glossam frequentiori calculo sequuti sunt dd. teste *Alberic. num.*2. *Alex. num.* 3 *Jas.col.*1.

27 Ego teneo pro negativa parte conclusionem. In datione in solutum non esse locum jure protomiseos, & ultrà Speculatoris authoritatem, & aliorum: quos citamus, noviter pondero illamet duo jura: quæ simul conciliata demonstrant, quæ sit propria forma contractus emptionis, ut à datione in solutum differat. Dico enim, duo inspici in contractu empti, & venditi. Vnum principale, & de necessitate præcedens, idest conventio de re, & precio, alterum consequtivum, & est traditio, sive implementum conventionis; quæ duo tanti

28 sunt momenti, ut à cæteris contractibus differat; qui ab actu executionis denominantur. argum. *l.2.D.pro empt.juncta l.si is qui n fine. de usucap. per Bartol. in l.jurisgentium. de pact. Moderniores in tit.de emp.& vendit.Instit,*

Ideò non precii numeratio perficit emptionem, *l.2.D.de contr.empt.& instit.eod. tit.in princ.*

Dedi, inquit J. C. & subtilis Bald.interpretatur legem loqui in actu celebrato, de quo ea quæstio: in quem contractum cadat, in empione non est traditio necessaria ad producendum in esse obligationem: quæ statim oritur ex sola conventione ad necessitatem, & efficaciam contractus. *l.1.in princ.& l.ex empto.D.de actio. empt.*

29 Ideo in ea facti specie fuit quæstio, utrum id genus contractus proportione emptionis, & venditionis, esset pro portione dixit J. C.ad conuentionem respectivè de dando Sticho, quæ est in futurum, non ad totum contractum; quia quantum ad præteritam pecuniæ numerationem absq; tractatu emendi deficiebat forma contractus venditi, & empti. Et propterea ejus fuit sententiæ Cajus, ut nulla alia obligatio esset, quàm ob rem dati re non sequuta. Non sic in *d.l.naturalis*, ubi à conventione ceptum est de pecunia danda pro re accipienda: quæ facti species meritò cadit in contractum emptionis, & venditionis probatur ibi ver.

30 (Dem, & accipiam) est enim subjunctivum futuri, secundum Grammaticos, habetq; implicitam conventionem præsentem collato adimplemento in alíud tempus futurum.

31 Quæ autem differentia sit, contractum celebrari re, vel rei interventu, docent dd. præsertim *Fortun.in repet. §.quinimo. l.jurisgentium. de pactis.* Post quæ æditi sunt commentarii *Andr. Facchin. Contractus Jur. lib.*2.*cap.*59. *ad intellectum, dict.ll.quem vide,*

Deficiente igitur forma contractus, nempè est ipse consensus præambulus non est emptio, & venditio etiam si pecunia numerata fuerit pro re habenda.

Hæc

Hæc autem ita conducunt ad quæstionem dationis in solutum, ut licet similitudo quædam resultet propter pecuniæ, & rei interventum.juxta text.cum notat. in *l.eleganter, D. de pignor. actio. l. libera. C. de senten. l.si prædium C.de evictio.* cumulatis aliis per *And.Tiraq. in tract. de retrac. lignag.§.1.Glos.14. nu.2. & inde.*

Oportet tamen nos fateri constitutionem nostram de protomisi loquentem in tribus tantum contractuum speciebus non extendi ad casus similes, uti nec in permutatione litis æstimatione cæterisque notavimus infra *§.causa verò dotis.*

32 Namq; constitutiones sunt stricti juris instar consuetudinum, nec in eis admittitur odiosa interpretatio, dicit *Napod. in consuet. Neap. si quis, vel si qua, de success. ab intest. in Gl. magna. ver. præterquam.*

Ideo tenet idem Napod. quò jus congrui debet intelligi de vera venditione, *in 1.consuet.ver.emit. num.de jur.congr.*

33 Et magis facit ratio *Specul.*dum allegat *d. l. fin.* in argumentum, ne sit locus retractui, si vera est interpretatio *Ary. Pinel. ad eandem l.* quæ secundum ipsum de stricto jure procedit in quantum voluit Celsus emptionem, & venditionem non contrac., licet intervenerit res, & precium, ita *Pinell. r. d. 2. par. rubri. de rescin. vend. c. 3. num.23.*

34 Alibi præterea conclusum est attendi magis quod principaliter inter partes conventum est, non quod pro implemento conventionis postea fit.*Glos.& commun.dd.in l.precii causa.C.de rescin. vend.*

35 Item datio in solutum differt à venditione,quoniam non contrahitur re, & precio, sed re, & causa notante *Petr. de Bocler. in summa Roland. art.Notaria. t:.de empt. & vendit. c. de datio in solutum.*

36 Præterea, persona extranea: cui res in solutum datur ex causa pecuniæ debitæ non potest repræsentari per vicinum retrahentem in forma cautelatum, eo attento, quòd obligatio primæva, sive causa durat, si sequatur evictio in re data in solutum, revocabili vel propter expressam reservationem: quam sibi fecit creditor, ut per dd. in locis citat.*Affl.de.335.ad 3. dubium. N. c. Boer. q. 337.*

Vel si nulla facta est reservatio, adhuc tamen dicitur non extinctum hypothecæ jus, quatenus in favorem crediteis ad multiplicem effectum:de quo pulchrè per *Coic.dec.43.n.5.Ursil.&* alii modernores ad *Affl.decis.335.*

37 Id quoq; specialiter adverterunt dd. quòd & si præcedēte causa pignoris cautum esset inter creditorem, & debitorem, ut si non solvatur intra certum tempus, habeat rem creditor in solutum, cesset nihilominus jus congrui, notanter *Stepha. de Cajeta, & Jo. Anel. Pisan. ad Napod. in d. consue. si quis emit, & A. B. C.* quamvis ipsi sequi videantur distinctionem de voluntaria, & necessaria in solutum datione.

38 Ad quam descendendo firmo conclusionem contra vicinos, Quæcunq; in solutum datio: quæ fit à debitore creditori respectu debitoris est semper necessaria si non præcisè causativè, respectu autem creditoris dicitur aliquando, sed non semper necessaria. Et quia onus imitandi vicinos, antequam res alienetur per venditionem est vendentis, non ementis, directè, & is, qui ex necessitate vendit eximitur ab onere denunciandi meritò per dationem in solutum excluduntur vicini, Probatur conclusio.

Suppono, quòd ejus generis donationes definit *J. C. in l. alienationes*, quæ vetustiorem, & originem juris habent necessariam. *D.famil. hercisc.*

39 Exempla vetustioris causæ multa sunt ibi citata per Glo. & dd. præsertim Alberi, de Rosa, & vetusta censetur, si rem alienari prohibitam fortè à testatore hæres prohibitus alienat propteres alienum; quod ipsemet hæres ante contraxerat, tex. est singularis in *l.peto. §.prædium.D.de leg.2.*ut notant *Dyn.& Alber.*

40 Sed non est satis causam esse vetustam, nisi talis fuerit, ex qua efficaciter agi posset, hoc est nisi vinculum juris habeat, quo necessitato astringi potuisset is: qui alienavit, *argum. Instit. de oblig. in princ. juncto tex. in d.d. l.alienationes*, origine habet actio ab obligatione legitima, & ejus dicitur partus.*l.licet.§.ea obligat. D.de procurat.*

Hinc sequitur quòd is qui suo creditori rem dedit in solutum verè fuerat debitor ex causa præcedente, & quod dabitum erat tale; pro quo potuisset conveniri, & compelli. Namq; is strictè debitor intelligitur. *l.debitor.cum concord. D.de verbo.& rer.signific.*

Quòd si de veritate debiti nihil constaret, res pro pecunia ex falsa causa soluta repeteretur. *l. si non sortem. §. si centum. D. de conditio. indeb.* ubi *Bar.& dd.de quo Dec.cons.403.nu.21. Afflic. decis. 178.nu.8.& 358.nu.7.*

41 Neque obstat nostræ declarationi distinctio *Francis. Aret. in §. sed si mihi. vers. ex isto textu. etiam arguit.l.1.D.de verb.obl.*qui limitat dictā regulam *§.si centum,* ut non habeat locum, quando virtute pacti executivi quis cepisset possidere rem solutum recipiens, quamvis non constaret de veritate debiti. *Aretinum* sequitur *Affl. in d. decis. 278.*

Quia respondeo, quòd in proposito agitur de interesse vicinorum, quibus hæc constitutio fraudes fieri vetat de contractu ad contractum, & ea: quæ finguntur in præjudicium vicinorum facit irrita.*tex.est in §.causa verò dotis.infra eo.*

42 Nunc dico sic, post adventum diei solutioni præfixæ, aut debitor erat carceratus pro eo debito: in cujus satisfactionem rem in solutum dedit, & jus protomiseos cessat, cum sit talis necessitas per quam à denunciandi onere excusatur, hoc deciditur ex dictis *Affl.in pluribus terminis dec.191. in 1.dub.nu.3.*

Est enim necessaria causa alienationis rei alienari prohibitæ, ut quis liberet se debito; *ad quod est efficaciter, & necessariò obligatus, si aliunde solui non potest, Napod. in consuet. & si mulier. ver. Justas ibi.*Per tertium,ut libera vivat.

43 Aut adhuc non fuerat ipse debitor in jus vocatus, ut invitus exigeretur, potuisset tamen, nisi dando rem in solutum satisfecisset suo creditori. Et videtur etiam ex necessitate fecisse, per rationem

nem *tex. in l. novissime. §. 1. D. quod fals. tuto. autho. ubi Bal.*& ad idem pulchre allegant *Petr. de Anchar.consi.*159.*vers.*4 *& hoc probo.*

Quæ conclusio fortius procederet, si æs alienum esset cum hypotheca; nam alio respectu alienatio censeretur necessaria,quòd nisi pecunia creditori intra tempus solveretur, distrahi posset pignus.*tex.est in l.divus.D.de petit.hared t.*

44 Confirmo fortissimè, (ni fallor) per *tex.l.*1. *D. de privil. cred.* quoniam cum in hoc sit creditor privilegiatus,ut in rebus debitoris venalibus præferatur, etiam propinquis, & cognatis, nisi illi essent pariter creditores, quid est cur non etiam vicinis præferantur? esset quidem fatuum dicere, quòd *d. l.* 1. *est correcta*, pròpter regulam; quæ pro creditore facit, *C. de appellat. l.pracipimus, in fi.* Quinimò per *d. l.* 1 comprobari consuetudines de retractu præferentes conjunctos extraneis, & sic corrigentes *l.dudum,*dicit *Bart.Cassane. in consuet.Burgun.rubr.*10.§.1.*in prin.*

Hanc quoque conclusionem tuetur *Mar. Mant. eo. tit. qu,* 1.*Jo. Sayso. consue. Turon. eo. tit. art,* 23.

45 Non obstant contraria doctorum argumenta de omnimoda similitudine venditionis, & in solutum dationis, quia id negamus ex antedictis. Verum & in specie respondetur secundum aliquos id introductum ad commodum creditoris: cui pinguius jura volunt esse consultum, & ita procedunt notata in *d, l. libera. l.si predium. & l. eleganter. supra citatis.*

Ergo non debet in odium retorqueri, ad quod allegat *Philip.Deci.consi.* 18. *viso puncto*, *verf. nec obstat quod dicitur*, *& consi.*586. & alios ad idem responsum cumulat *Tiraq. §.* 1. *Glo.* 14. *num.* 5. Quibus addo *Jo.Cephal. consi.*699. *num.* 32. & inde.*vol.*5.ubi propterea tenet in insolutum datione non requiri interpellationem ejus:qui in casu venditionis debeat requiai, cum non sit venditio propriè, sed largissimo modo considerata, juxta opinionem *Decii d. consi.*18.

47 Et per eam statim in recipientem transfertur dominium. *Deci, ibi. nu.* 3.*Petr. Paul. Parisi. consi.* 81. *num.* 32. *&* 34. *vol.* 2. *per Affl. decis.* 368. *&* 369. qua de re dicitur re in solutum data extingui debitum, & creditum. *Bal. in l. fi. C. ad leg. Falcid. Alex, cons.* 96. *vol.* 3. *de Franch. decis.* 50. *num.*1.

Nec obstat, quòd res in solutum datur pro quantitate.debita,& sic intervenit res,& precium, secuncum *Ludov.Bologn. d. cons.* 21. *&* 25. cujus opinionem latè probat *Joann.Ant.Cannet.in extravag.Volente.fol.* 191. inde firmans,decimam deberi de datione in solutum.

Namque supra responsum fuit, noviter intelligendo *tex. d. l. dedi,* quæ est ultima *de condit. ob caus.*

48 Et responderi quoque potest, quod negocii origine inspecta, datio in solutum continebit naturam illius contractus, puta mutui, vel alterius potius quam empti, & venditi. *Jo. Ceph. dict. consi.* 699.*num.* 35. & faciunt quæ de initio, & causa contractus inspectandis latè habetur per *Senat. Pedemont.decis.*167.*num.* 26. *&* 27. Quam decisionem in terminis refert, & sequitur *Borgn, Cavalc. decis.*1.*num.*80. *& seq. lib.* 2. facit quoque *Tiraq.* §.23.*Glos.*1.*num.*25.

49 Neque obstat consideratio sit necne debitum contractum ab eo: qui rem in solutum dedit ab alio, forte à testatore, ut tunc dicatur causa vetustior ad necessariam alienationem inducendam, cū primo casu videatur voluntaria per ea: quæ allegat *Tiraq. d.,Gloss.*14. *num.* 13. Secundum quam distinctionem refert judicari in Sacro Consil. in proposito laudemii *D.Vincen.de Franch. dec.* 277. incipit. Venditis subhasta pro debitis emphyteotum,quem meminit *Thesaur. decis. Pedemontan.* 139. Quia respondetur istorum argumentum omninò tolli per illum textum mirabilem. *l. peto.§. si pradium.de leg.*2.

Et generaliter præsupponimus per hanc constitutionem Federici non esse prohibitum per principalem contractum, vel consecutivum, res immobiles à suis dominis dari pignori, & hypothecari, cum tres tantum contractuum species sint pro ticinis venditionis,& locationis, ut sæpè dictum est ideo non obstat; quod ex precedenti pignore vel simili alia causa datio insolutum sequatur, quod erat argumentum *Ursilli ad Affl.dec.* 191.

Ex quibus puto firmatam esse conclusionem; non teneri eos: qui res suas dant creditoribus in solutum denunciare,vel invitare vicinos, ex quo videntur de necessitate id facere, ut se ære alieno liberent. Quam conclusionem intelligo veram,dū-

50 modo absit fraus. verbi gratia,si cum debitor modum solvendi habeat, in fraudem vicinorum rem potius dare creditori,ex mente dd. præsertim *Bar. in l.rem legatam. verf. sed quaro. D. dadim. lega. per Jo. Cephal. consi.*47.*num.*21. *vol.*1. & *consi.*451. *num.*313. *& seq. vol.* 4. & facit dictū *Napodan. in citata consuet. & si mulier. ibi,* si unde solvi non potest.

Opinionem contra vicinos dicit communem,& sacrosanctam,à qua non esse recedenum collector *commun.opinio. in syntag.universi jris.* 1. *volum. loco* 2. *de statutis.cap.*11. & est in terminis nostræ constitutionis *fol.* 170. quicquid in oppositum dicat *M.Anto.Bardus hoc tit quast.*1 *n.*6.

51 Minor est difficultas, quoties contingit necessitas ex parte creditoris,ut sibi per in solutum acceptionem satisfiat. Ubi duo sunt casta. Primum, cum res datur a Judice, alterum cū datur à parte, & utroque casu jus protomisos cessare dicimus.

Exemplum primi est in *l.vetustissimam.§ si vero. nemo. C.de jure domi. imp. juncta Glos. fin. §. ulti. Instit. de offic. Judic.* quæ appellatur singularis in eo: quod habet de acquisitione dominii per sententiam Prætoris,& traditionem qua de re *Joan. Bessian. in consuet. Alvern.des executions, artic.*40. dicit, *quod creditor: qui facit rem subhastari quodammodo invitus rem illam emere videtur, cum alius non fuerit repertus emptor,à quo sibi satisfiat, deinde subdit. Praferri creditorem, maximè si executionem inchoavit:offerens tantum precium quantum alius ultimus licitator plus offerret, juxta l.*1. *de privil. credit.* ibique ad verbum refert *Massuerii dicta in tit. de execut. & subhast.num.*23. *verf. item cum res venditur ultimo offerenti.*

52 De secundo pone exemplum in creditore exigen-

gente ab hærede: qui cum inventarium confecerit, habet electionem rei dandæ pro pecunia debita creditori propter beneficium, *l. fin. §. & si præfatam, C. de jur. delib.* quo casu ratio quare cesset jus protomis. ea considerari potest; quoniam creditor, qui invitus speciem pro pecunia in solutum recipit, relevatur, ut rem accipiat ab hæreditate: quam eligit preciosiorem. *Bald. per illum text. in auth. hoc si debitor Cod. de soluti. Angel. de Perus. consi.* 84. *num.* 9. *&* 10. inter consilia communia ad *caus. ult. volun.* est enim creditoris electio in bonis debitoris, *arg. l. creditoris arbitrio. D. de distrac. pign. Cephal. cons.* 195. *num.* 8. *Bursat. consi.* 44. *num.* 39. *vol.* 2.

Vel pone exemplum in creditore, cui invito cedit suas res debitor; & evitat carcerem, *l.* 1. *C. qui bon. ced. poss. ubi Bart. & Paul. de Castr. Guid. Pap. q.* 211. *&* 343. de qua materia *Petr. Jacob. tit. de cessio. bonor. cano. in c. Odoardus, extra de solut. Angel. Jas.* & alii ponunt *Institut. de action. §. fin.*

53 Quando autem necessitatur creditor in solutum capere de bonis debitoris consideratur quoque necessitas ex parte debitoris: quia tenetur fidejussorem præstare qualem potest, saltem juratoriam cautionem, *in authen. de fidejusso. §. quod autem, ubi Bar. num.* 7. sequitur *Caballin. de evictio. §.* 2. *num.* 17.

54 Minus quoque dubium esset, si lata sententia contra debitorem pro quantitate solvenda: ipse debitor condemnatus pro executione dictæ sententiæ dedisset suo creditori fundum; quoniam non expresso, quod in solutum dederit, præsumitur magis loco pignoris, quàm in solutum datio; quam qui allegat probare tenetur, & quia in dubio creditor possidere jure creditoris, & non jure dominii. Ergo agi non potest à vicinis jure hoc protomiseos: quod in pignore omnino cessat, antecedens optimè probat *Afflic. dec.* 373.

55 Et in omni casu expedit creditori rem in solutum accipienti reservare sibi primævum jus, à quo non recedat, ipsa re in solutum accepta, propter utiles effectus, præsertim si sequeretur rei in solutum datæ evictio. *Caballi de evictio. §.* 4. *nu.* 59. *&* 40. quem allegat *Fab. Anna consil.* 35. *num.* 13. *& consi.* 90. *num.* 8. ad idem *Vinc. de Franch. decis.* 50. *nu.* 6. *&* 7.

56 Pro materiæ complemento, supra tactum est de venditione subhasta, non est ignorandum, subhastationum duas esse species necessariam subhastationem, & voluntariam: quas prosequitur eleganter *Ary. Pynel. ad l.* 2. *C. de rescin. vend. in* 2. *par. n.* 25. *& seq. in rubr.*

57 Quoties autem res authoritate Judicis subhastatur, addiciturque plus offerenti, & ultimo licitatori, dixit *Bald.* meram venditionem esse in *consi.* 300. *col.* 1. *lib.* 1. *per l. ordo. C. de execut. rei judic.* quem sequitur *Andr. Tiraq. de retrac. lignag. §.* 1. *Glos.* 14. *num.* 18. *Magon. Rot. Florent. dec.* 100. Ubicunque igitur per statutum conceditur retractus contra emptorem absque eo, quod teneantur venditor requirere vicinos per solemnem denunciationem, & sic extra terminos nostræ constitutionis Federici videtur locus esse retractui, secundum formam statuti, cum sit vera venditio, & spontè emat licitator extraneus, ut per *Bald. dict. consi.* 300. & latius probat *Tiraquel. vide Bessian de retrac. art.* 37. *Thessaur. decis.* 139. & plerosq; alios: qui id ad solutionem laudemii trahunt ex hujusmodi venditoribus subhasta secundum magis communem opinionem: quem comprobat *Maur. Burgi. de laudem. par.* 2. *inspect.* 45. *n.* 1.

Tempus verò retractus curreret à diebus subhastationum, per quas præsumeretur scientia, ut per *Deci. cons.* 222. *vers.* 3. principaliter, quem sequitur *Pisanell. ad Napodan. consuet. si quis emit. vers. scientia lit. C. fol.* 334.

58 Dicebam rationem esse contra extraneos emptores subhasta, quod statutorum, vel consuetudinum retractus est in personam emptoris, sicut in simili de rebus emphyteoticis per subhastionem; vel decretum Judicis venditis debentur laudemia ab ultimo licitatore; quoniam emptor est: qui tenetur, non autem venditor. *Gloss. communiter recepta in l. fin. de jur. emphy. Jul. Clar. § emphyteosis q.* 23 *vers. ulterius quæro. Cassan. in consuet. Burgund. rubr.* 11. *§.* 1. *num.* 3. & omnes congesti per *Maur. tract. de laudem. par.* 1. *in spec.* 4. *per Cassani de retrac. §.* 9. quem sequitur *Bessian. in consuetu. Alveren. des Achapt. cap.* 16. *artic.* 8. videndum est: quod dicit ad hunc articulum *Amede. de Ponte in tract. de laudem. q.* 25. *Anton. Thessaur. decis.* 139. quos meminit *Præs. de Franch. decis.* 277. *&* 582. qui id tenent, quando ob debitum emphyteotæ res subhastatur, sed quia articulus est controversus vide *Bursat. cons.* 44. *à num.* 30. & magis distinctè *Maur. Burg. de laudem. par.* 2. *inspect.* 45. *Bursat. cons.* 56. *num.* 16. *&* 17. *lib.* 1. ubi ex communi tradit, quod licet novus emptor; vel acquirens laudemium solvat sive decimam ob novam investituram, venditor tamen, & alienans debet consensum domini impetrare, relatus in *syntag. commun. opin. de contract. loco* 4. *in fin. fol.* 34.

60 Atque eodem casu alienationis subhasta provenientis ex obligatione contracta per debitorem, eundemque emphyteotam directo domino prælationem competere, sentiit *Alber. per d. l. alienationes, D. famil. hercisc. ut Tiraq.* adnotat in *d. Glo.* 14. *num.* 19. *& seq.* & diximus supra *vers. per emphyteosim*; quod pro beneficiato, & Ecclesia decisum refert *Præs. de Franch. decis.* 482.

Quibus addo jus domini in prælatione sine dubio potentius, & favorabilius esse vicinorum facultate in retractu ex hac *l. contra communes regulas*, *l. Addum C. de contrah. empt.* & similium; nullum enim ejus habuit vicinus antea; sicut directus dominus habet ab initio; maritò diverso quoque jure consideratur. Nec quia Dominus in emphyteosi, quæ ex necessitate alienatur emphyteotæ, qui se in necessitate posuit, præferendus venit: idem in vicino admittimus per prædicta.

Et in hoc constituitur differentia emptionis sub hasta, & dationis in solutum, in qua dictum, & probatum est excludi vicinos, authoritate *Napod. in dict. consuet. si quis emit, & per Præsid. de Franch. decis.* 277. venditis subhasta 2. *par.* ubi tamen videtur perplexè loqui, sed clarius loquitur *Hierony. Magon. d. decis. centesima Rot. Florent.*

61 Quicquid tamen sit in domino: quem frequentius præferri dd. voluerunt: cum res ex præcedenti

ti obligatione emphyteotæ subhasta venditur, non puto quovis modo ad vicinos, & consanguineos trahendum: quorum respectu neque locus est distinctioni proveniat, vel non proveniat subhastationis necessitas ex obligatione contracta per ipsis debitorem; cum quantum ad ipsum, jus retractus congrui, & protomiseos nemo dixerit impediri dominum rem suam hypothecare, & summittere, & subhasta firmitas licitationis debeat esse, pro qua conclusione allego *Mansuer. in pract. de exequutione, & subhast. ante num.* 15. qui sic ait. Non tamen poterit dominus directus petere retentionem rei venditæ (de executa subhastationibus mediantibus loquitur) *Sed veritas tantum (laudemium sentit) similiter nec proximior debet habere retractum; quia venditio est necessaria: qua fit per Judice, vel Commissarium; non ab eo: qui erat dominus rei.*

62 Addit *Bessian. tit. des achapts lotz & ventes. arti. fi.* Interesse Reipublicæ tales venditiones subhasta: quas publicas ipse vocat, esse irrevocabiles, æquumque esse istos publicè, & palam plus cæteris offerendos securos effici, *arg. l. bene à Zenone, C. de quatri. prescrip.*

Nec quis dicat, quòd quando res debitoris decreto Judicis ponitur subhasta, ut vendatur ipsemet debitor videtur vendere: cujus personam Judex repræsentat, & est vulgare proverbium quod bene glossat *Franc. Burs. consi.* 40. *num.* 30. *vol.* 1.

63 Quoniam respondeo id fingi, sed in rei veritate, invito debitore Judex vendit, ex quo judicio in invitū redd tur. Inde fit, ut hoc casu rescindatur licitatio, si in ea subhastatione adest læsio ultra sextā partem, cum in voluntaria alienatione debeat esse læsio ultra dimidium, probat post alios *Tir. in tract. de constit. possessor. limit.* 16. *num.* 5. quem meminit *Ursill. ad Afflict. decis.* 340. *in fin. de qua re Pras. de Franch. decisio.* 520. *num.* 7. *et* 224. *num.* 2. ex dicto vulgò recepto *Bartoli in l. si duo. §. arbitrorum. D. pro socio. In terminis Alex. consi.* 52. *col. fin.* 1. *vol.*

64 Et in terminis nostræ legis difficultate opus non est aliqua, cum clare loquatur in venditione merè voluntaria, undè & si absque Judicis decreto, vel sine subhastatione idem dominus rem suam vendere, propter necessitatem, ita ut non posse propriè necessitate succurrere, si vicinos esset admoniturus, absque denunciatione procederet venditio: *Affl. hic §. ut infra* 30. *dies num.* 16. quem simpliciter sequitur *Bened. in §. primis numer.* 56. *limitat.* 1.

65 Ergo multò magis si in solutum daret eadem causa necessitatis attenta: quæ quidem necessitas, quamvis à Judice non imponatur, ut strictè accipiatur, ad effectum alienationis rerum: quæ alienari prohibentur, de qua latè *Jacob. Menoch. de arbitra. judic. lib.* 2. *cent.* 2. *casu.* 182.

Imponatur tamen à re familiari: qua qui urgetur, ut alienet nō dicitur ex mera voluntate fecisse, *l. rem legatam, D. de adim. leg. l. non idcircò. C. de rescin. vend. cum utrobiq; not.* vide tamen quæ adnotamus.

Posthæc vidi *Asciam determin.* 200. qui tenet jus congruum habere locum in venditione subhasta, & in datione in solutum, sed ad ejus rationes responde, ut supra consideravimus, in terminis hujus constitutionis.

SUMMARIUM.

1 *Denunciatio vicinis à qua facienda.*
2 *Procurator denuncians debet exhibere mandatum.*
3 *Mandati copia cujus expensis datur.*
4 *Denunciatio facta ab eo, cujus non interest, quamvis sit digna fidei non afficit.*
5 *Emens ab eo, qui nomine alieno vendit, debet videre mandatum, alias est in mala fide.*
6 *Vicinus retrahens ab eo, qui minus cautè emens non curavit videre mandatum vendentis nomine alieno, poterit requirere mandatum.*
7 *Scientia sine denunciatione non nocet.*
8 *Scientia simplex non sufficit, cum ob aliquod faciendum notitia requiritur.*
9 *Tempus, & modus sciendi diversimodè jure constitutionis, & consuetudinis Neap.*
10 *Vicini debent scire omnes qualitates contractus, ut currat contra eos tempus.*
11 *Qualitates substantiales quomodo differant à circumstantiis contractus relativè.*
12 *Vicinus petens retractua secundum statuta requirentia solam scientiam, tenetur jurare ignorasse venditionem, & ejus juramento stabitur.*
13 *Universitas non admittitur a Regium demanium elapso anno à die capta possessionis, ne quidem per restitutionem.*

Denuncietur.

1 DEnuncietur) Textus non explicat à quo denunciandum. Supple igitur à venditore, vel ab emptore: quorum propositum est, contractum firmum atq; irrevocabilem facere, & implere, firmat *Affl. in § scriptum, num.* 17. *vers.* 10. *nota.*

Principaliter autem onus denunciandi esse debet ejus: qui vendit. per hunc *tex.* in quo prohibitionis verba concepta sunt in volentis alienare persona, ibi (non ante ei concedimus alienare) & expressius habetur in *c. legis Gracorum infra §. scriptum*, ibi (ita tamen si fuerint à venditoribus sollemniter requisiti.)

Ideo *Camill. Borrell. consi.* 55. *in princ.* opinatus est præposteram esse denunciationem, ac informem, si ab emptore, non à venditore fiat: Sed malè sentit, quòd non afficit, si ab emptore denuncietur, quia ejus cum intersit omninò valet notificatio, etiam si nondum emisset, sed empturus fuisset, notanter *Tiraq. eo. tit. §.* 36. *Glo.* 2. *num.* 18. *quem Bened. hic num.* 55. *corruptè allegat. nu.* 20.

2 Extraneis vero denunciantibus non tenetur vicinus credere sine mandato, vel cum mandato, eo tamen prius non exhibitio, firmat *Tiraq. d. §.* 36. *Glo.* 2. *nu.* 8. *& seq.* quam eandem conclusionem collige ex *Affl. in §.* 2. *vers. item quaro, post num.* 11. ibi. Sed quid e contra, adde notata per *Od. Cacher. decis.* 175. *num.* 3. *& nu.* 4. quod ex diuturnitate temporis non præsumitur ex *Affl. decis.* 273. &

273. *& Vant. de nullit. ex defectu mandati num.* 71.

Et de instrumento procuratorii mandati videndo habes per *Menoch. de arbitr. Judic. lib. 2. centur. 3. casu* 225. *num.* 12.

3 Nec esset satis illud exhibere, sed debet dari copia petenti expensis domini constituentis. *Bart. in l. 2. §. defendi, D. ex quib. caus. in possess. eat.*

Intellige nisi esset præsentatum in actis, quia copia tunc conceditur expensis petentis allego *Mauser. tit. de procurat. num.* 16.

Item si denunciatus vult habere copiam instrumenti venditionis factæ per manus Notarii, eam habebit suis expensis, quoniam satis est denunciasse vicino tenorem totius dicti instrumenti cum facultate conferendi cum originali.

4 Quid si mediator aliquis dignæ fidei vir dicat, & deponat, quod ipse nomine venditoris, vel emptoris requisivit vicinum, an ei credendum? respondetur quod non ex dictis *Tiraq. d. Glo.* 14. & sequitur *Vincen. de Franch. decis.* 60. *num.* 13. *&* 14.

Generaliter enim supponendum est, quod denunciatio facta ab eo: cujus non interest, non afficit, *Bal. post. Oldrad. in l. si hominem. num.* 1. *D. mandati.*

5 Cum verò quis alieno nomine vendit, & denunciat, verbi gratia tutor rem pupillarem debet is: qui emit videre instrumentum tutelæ, quod si non procuravit videre, ex hoc dicitur esse in mala fide, probat *Borgni. Cavalc. in tracta. de tuto. & cur. num* 32 *& seq.* de quo tamen videndus est *Jo. Ceph. consi.* 316. *num.* 9. 93. *&* 94. *qui concludit, non esse necessarium emptorem videre instrumentum tutelæ, verum si id videre voluisset, tutor id ostendere debet, ne emptor decideretur, casu quo postmodum detegeretur tutorem non fuisse.*

6 Quod pu o notandum oro extraneo emptore: qui minus cautè emit, nec curavit videre, & se informare in qua potestate vendit is: qui se procuratorem, vel tutorem asserit, nam cum postea denunciat vicinis, non potest ei obiici, quod non curavit hæc videre poterunt enim vicini requirere vendentem, ut mandatum ostendat, cum eorum intersit ratione retractus, per predicta.

7 De scientia aliunde habita, quam per sollemnem denunciationem ejus, qui vendit, vel qui emit, vera est conclusio, quia denunciatio pro forma est, quavis extrinseca. & accidentali: sollemnis esse debet, unde scientia sola non sufficit ad constituendum vicinos in mora per lapsum 30. dierum, authoritate *Baldi* ponit *Affl. & Tiraq. de retrac.* §. 36. *Glo.* 2. *num.* 24. *& seq. Jacob. Novel. Bened. & Maranta de multipl. alie. num.* 131.

8 Horum potissima robur est, quodcumque quid in alterius notitiā venire oportet ad aliquid aliud faciendum, non sufficit sola simplex notitia, si non est etiam denunciatum. *Barto.* notanter *in l. denunciasse, §. quid ergo, D. ad l. Jul. de adult. vide Covar. varia. resol. lib.* 3. *cap.* 17. *nu.* 3. *Cassane. in consuet Burgun. des censes. rubr.* 11. §. 4. *in textu de dans. n* 5. *iterum in textu sera denuncie. num.* 4. *in fi. vol.* 2. *Hippoly. Riminal. consi.* 207. *num.* 13. *& seq. vol.* 2.

9 Et hinc collige differentiam inter constitutionem hanc Federici, & consuetudines *Neap. de jur. congr.* ibi namque currit annus à die scientiæ ejus, qui retrahere intendit, & plena scientia posset aliter quam per denunciationem haberi, & probata noceret lapso anno, ut per *Napod. & addentes in* 1. *consuet. eo. tit.* ubi *tex. est clarus* Quia cum scientia moram inducit, vel sola sufficit propter statuta, undecunque habita obstat scienti. *Deci. consil.* 222. viso puncto. *vers.* 3. *principaliter.*

10 Sed cum plena oportet esse, & certa, consilium *Napod.* fuit, ut denuncietur ibidem *vers. scientiæ Tiraq.* loco etiam supra citato *nu.* 30. *& seq.*

Idque fit propter difficultatem probandi vicinos habuisse ita sufficienter venditionis notitiam, cum non esset satis scire simpliciter rem venditam qualitatibus contractus ignoratis, ad quam rem *Anton. de Alexand. post Napodan. lit. B.* allegat *consil. Bald.* quod reperitur in libello: qui *Bald. ascribitur super hac ipsa constit. vers. Venio ad statutum de quatuor mensibus usque ad vers. Sed pone quod quis habet.* advertit *Afflict. in* §. 2. *Not.* 1. *vide Deci. in cap. nam concupiscentia, prope finem, in* 2. *lectu. de constitu.* cum aliis per *Ceph. consil.* 601. *nu.* 48. *lib.* 4.

11 Quæ autem in proposito differentia sit inter substantiales, qualitates, & circumstantias, ut denunciatio legitimè fiat, tangit in termini nostræ *constit. Camil. Borrel. d. consil.* 55.

12 Et cum absque speciali requisitione sufficiat secundum statuta locorum, & consuetudines sola scientia, an teneatur is: qui petit ad retractum admitti, jurare, quod non habuit scientiam venditionis habent pro se præsumptionem juris; scilicet ignorasse, quæ acta sunt per *l. verius. D. de probat.* dic quod sic, & stabitur ejus juramento, cum juris præsumptione, ex dictis *Maxil. in consuetud. Bari, post venditionem. num.* 7. *eod. tit.*

13 Annus vero: qui conceditur Universitatibus Regni, cum venduntur, quò admitti petant ad regium demanium, non à die scientiæ præscribitur, sed à die capturæ possessionis, post captam enim terræ possessionem, non potest allegari ignorantia facti patentis, sine spe restitutionis in integrum. Est enim ædita novissimè regia decretatio ad supplicationem Universitatis Neapolis, & Baronum Regni. *Ut à modo Universitates Regni admittantur ad Regium Demanium infra annum tantum à die capturæ possessionis. Quo elapso sunt exclusæ per viam restitutionis in integrum.*

Ac materiam vide *Vinc. de Franch. decis.* 17. & quæ posui *lib. sing. fragm. juris patrii. vers. Universitas cum alienatur.*

SUMMARIUM.

1 Ordinis jus, ejusque definitio.

2 *Vicinis pro retracto competit actio ex hac l si ex sui parte impleverint, alias non nisi solam dicuntur habere facultatem.*

3 *Vicini non sufficit sola preparatio, sed actu coram Judice retractum petere debet.*

Per ordinem.

1 PEr ordinem) Sed cum non sit satis nosse, qui sunt: quibus incubit onus, ut denuncient, nisi sciatur quibus denunciandum, quo ordine vocari debeant, & ad quid imitandi sequitur *tex.* in primis vocentur, & *cap.Ordo* namque est agendi modus, & sine quo nihil rectè agitur, *Bald. in tracta. scismat. col.* 3. Nam scire quid facias,& nescire ordinem faciendi non est perfectè cognitionis, *Magist.sentent.lib.3.de ordine dilig.* quid prius quid postea,

Quis autem ordo in proposito observabitur in admonendis vicinis, ut ipsi emanat, docet tex. hoc enim est quasi beneficium,& in benefaciendo servatur ordo, inquit *Tulli. offici.1.& lib.de amicitia. Unde proverbium ex improbo authore corribulis factus serva ordinem, car.* 332. *Servus servo prastat cart.* 370. Et major, ut quisque proximè accidit, Potiores enim cives propinqui, nam & Tunica pallio proprior est, & genu *Sura proverb.* 290. 2406. plura in id genus dicta habes ex *Jul. Barbar,in officina ritu. de benefic.tom.3 fol.37.*

2 Illud autem in proposito ostendendum existimo quod lex est; quæ vicinos invita in hoc jure protomiseos, ut tex.explicat ibi in fine, quos vocamus per ordinem, ut non immerito probaverim actionem vocatis ex hac lege Federici esse adversus extraneos emptores infra *§. transcurso*, intelligendo sanè postquam declaraverint, re integra velle hoc jure uti adimplentes ex sui parte, juxta legis ipsius præscriptum in *seq. §.* ibi, ut infra 30. dies solvendo justum precium. Vocatio igitur in jure protomiseos interim non tribuit actionem, sed importat facultatem ex parte vicinorum pro jure de novo acquirendo, dum volunt pro eodem precio præferri extraneis emptoribus, ex parte verò denunciantium, sine eorum; qui tenentur denunciare, servato ordine hic tradito videtur obligatio:quæ est deducibilis in judicio contra eosdem extraneos; propterea jus dicitur, & præscribi potest,ut in d.§.transcurso notatum est, pro qua declaratione benè faciunt quæ post *Angelum* firmant *Deti, & Aqueus in l.petens. C.de pact.Hiero. Cagno.in l.2.ante finem.C.de pact.int.empt.& vend.*

Adimplentes igitur vicini legis hujus præscriptum habent jus idest actionem ex eadem lege: quæ ipsos invitat, & quæ in ipsos transfert eumdem contractum emptionis extraneo factæ. Interim verò neq; realis, neq; personalis esse potest actio, juxtà ea; quæ tradit *Anto. Gomez. l. 70. Tauri.q.fin.num.36.*

3 His adde, quod voluntas retrahentis per supradicta non intelligitur declarata ex eo tantum, quod vicinus ad retractum se præparaverit pecunias inveniens advocatos consulens extraneo emptori comminatus sed ad voluntatis legitimam declarationem necesse habet coram suo Judice petere,ex allegatis in alio per *Magoni decisio.Rota Florent.76.num.22.& seq.*cui hadæret *Caroc.casa 9.2. quæsito.*

T E X. I I.

In primis vocentur Parentes, qui sunt conjuncti, post hos socii, post hos illi, qui sunt conjuncti, etiam si extranei sint, post hos vocentur omnes, qui sunt sub uno servitio, & qui sunt conjuncti ex aliqua parte. Sin autem plures sint in jure πρωτιμήσεως omnibus denuncietur, ut intra triginta dies solvendo justum pretium sine mora, aut quantum quivis emptor sine fraude dederit, unusquisq; portionem suam accipiat. Verum si intra statutum terminum justum prætium non solverit, de cætero non habeat jus πρωτιμήσεως nisi quis eorum erat in captivitate, vel in exilium missus, vel absens Reipublicæ causa, aut ex propria sua causa, vel minor viginti quinque annis, & licet isti fuerint absentes ex justa causa, tamen tutores eorum, vel curatores, vel Procuratores, vel Defensores intra quatuor menses debent venire, & solvere justum prætium cum legitimis usuris, & expensis necessariis, & accipere juris πρωτιμήσεως & extraneos emptores omnimodo expellere, & si neglegerint hoc facere, sarcient de propriis suis quicquid in commodi illi habuerint.

SUMMARIUM.

1 *VErbi vocare significatio, & denunciare.*
2 *Denunciare an satis sit extra judicium.*
3 *Denunciationem an sit opus scribi per acta notarii.*
4 *Denunciatio fit Procuratori, & ad domum, vel uxori: principali absente.*
5 *Denunciatio ad quid fiat, ut valeat.*
6 *Denunciationis duplex species in proposito.*
7 *Denunciandi tempus, locus, & alia quæsita remissivè.*
8 *Necessitate urgente quomodo venditor denunciat, & qui terminus vicinis.*
9 *Appellare an liceat à brevitate termini.*
10 *Voluntas, & necessitas quomodo concurrant in rei venditione.*
11 *Necessitatis duplex.*
12 *Necessitas quandoque à toto, quandoque à tanto termino excusat.*
13 *Necessitas singularia relativè.*
14 *Denunciationis legitima duplex effectus.*
15 *Impotentia vicinorum an retardet cursum termini protomiseos.*
16 *Sententia lata à lege propter moram, non patitur appellationem.*
17 *Necessitas, qua relevat venditorem, an prosit extraneo emptori.*
18 *Vi-*

18 *Vicini, & pauperes, & impotentes requirendi sunt.*

19 *Extraneus, ut obviam dat futura controversia potest denunciare vicinis, ut excludantur à jure congrui, non ut retrahant.*

20 *Tempus non Currit, nisi precium denuncietur.*

Vocentur.

1 VOcentur) idest invitentur, denuncientur, hanc enim interpretationem recipit verbum votare. Et inferius dicitur denuncientur: quod est idem atq; testato declarare, etiam extra jus secundum *Glo. notab. in l. qui Roma. §. coharedes. D. de verb. oblig. ibi testato.* Idque latè *Cassane.* examinat in *consuet. Burgund. des droicts. rub. 4.§.23. in tex. sera souffi. interpre. nu.* 8.

2 Namque cum hic non distinguatur, intelligitur quilibet modus petendi, ut docet *Napod. in consuetu. si quis emit. ver. petenti. nu.* 50. *de jure con.* quod extra jus dicimus, aut in judicio facere, *Cicer. orat. pro P. Quint.* aut intra parietes aut summo jure experiri, appellat.

Idem notatur in pari casu Bullæ Sixti Papæ V. *de jure congr. per Joan. Bapt. Boni. de statut. Urb. praescript. Glo.* 16. *nu.* 5. qui inquit sufficere per venditorem requiri vicinum extrajudicialiter an velit emere, allegat *Parisi. consi.* 123. *nu.* 11. *vol.* 4.

Satisq; est denunciare semel extra judicium. *Bald. hic vers. sed nunquid requiratur, & est communis* interpretatio dd. teste *Alber. in d §. cohaeredes. vers. item quaero hic dicitur. Glos. in l. mora. D. de usur. ubi Bar. Affli. hic n.* 11. *&* 12.

3 Hanc autem denunciationem vult *Bened. hic nu.* 53. à Notario redigendam esse in acta, idest notificationis continentiam: quod curare debet, inquit ipse, denuncians cum effectu alias sibi imputet *arg. l.* 1. *§. preter mittere. vers. quid ergo. D. si quis omis. cau. testam.* & quod in ti. inis dicit *Franc. Aret. in l. rei judicatae. §. socero. solu. matri.* Sed nihil ad rem faciunt, poterat adducere notata per *Tiraq. de retr. lignag. §.* 36. *Glos.* 2. nisi de speciali consuetudine esset ibi sermo, sic enim habetur in textu illo. A die acquisitionis notificatæ apud acta, & deinde, eamque ob causam actuarius tenebitur in acta hujusmodi notificationem referre. In terminis igitur nostræ constitutionis non est necessaria denunciatio in scriptis probat novissimè *Camil. Borrel. consi.* 69. *& Ascia determ.* 30. *in fi.*

Dixi extra judicium denunciari satis esse, idq; probatur etiam hic in eo: quod sequitur cum de vicino vocato, emereq; volente loquitur constitutio, ibi venire, & solvere, verbi enim venire compositum est (convenire) familiariter componere significans, notat. *in dic. §. cohaeredes,* cui concordat *l. debitores. C. de pignor. per Hotom. Instit. de actio. §. appellamus. ver. condicere.*

Ad materiam vero extra judicialis vel judicialis admonitionis, & quando semel, vel pluries requiratur, vide collecta per *Cassan. d. §.* 23. *vers. sera suffic. à num.* 14. & adde *Afflic. ad constit. in consutilem. nu.* 56. *et de peremptoria citatione decisio.* 189.

4 Quid si vicini copia cui denuncietur, haberi non potest; dic posse ejus generali procuratori denunciari. *Afflict. hic num.* 11. *vers. sed interim,* quamvis dubiè respondeat *Bal. nu.* 4. Sed non est dubium, præsupposita scilicet principalis absentia, quoniam si is præsens est, non sufficit procuratori notificatio.

Eodemque casu absentiæ, liceret domi denunciare coram personis notis secundum dd. in *c. causam, de dolo, & contum. Bar. in l.* 4. *§. toties, de dam. inf. habetur in l. aut qui aliter. §.* 1. *D. quod vi, aut clam, in terminis. Jo. Sayso. in consuetu. Turon. de retracts art. fi. per l. ut perfectius. C. de ann. except.* Ideo uxori absentis mariti denunciatur, & sufficit, probat de hoc suam consuetudinem *Tiraq. de retrac. lignag. §.* 9. *Glos.* 1. apud quem multas similes quæstiones habes, ut discas, quomodo ad notitiam denunciati emptio preferenda sit, quas per te videas, & *Tiraqu.* refert *Anto. de Padil. in l. si tamen n.* 4. *& seq. de leg.* 2.

5 Et adverte, quoniam, qui vicinos admonet, duo facit denunciatione declarat omnem contractus tenorem, eos quoq; invitat, ut rem conjunctam accipiant soluto precio, & adimplentes adimplenda. Quorum utrumq; colligitur in textu hoc in princ. & ibi, ut infra 30. dies solvendo, & cæt. Est enim continuata oratio non divisa, ut malè sentit *Affli.* partiendo contextum, prout melius summat sub eodem sermone Bened. Igitur non est satis in hujusmodi denunciatione narrare factum solum, idest rem esse venditam, locatam vel in emphyteosim datam, tanto precio, mercede, vel pensione, sed qui protomisim habent, sunt requirendi, ut in termino præscripto solvant, vel se obligent, remq; propinquam accipiant, ex dictis per *Bart.* & alios in *l. non solum. §. morte. de nov. oper. nunciat. Glos. & dd. in clem. causam. extra de electio. doctiss. Covarru. lib.* 3. *varia. resol. c.* 17. *nu.* 3.

6 Propterea concludi potest incitoriam esse protestationem, sive denunciationem, cum ipse vicinus vicinum suum invitat. Cæterum post rem venditam extraneo, cum extraneus ipse denunciat, ad effectum, ut terminus currat, excludanturq; vicini à retractu, protestatio est certificatoria, & videtur ratio: quam considerat *Maran. disput.* 8. *nu.* 35. quia hæc constitutio inducit duas principales provisiones, unam videlicet contra venditorem antequam alienet, & alteram contra emptorem, in quem res translata fuit revocabiliter.

7 Omitto, quæ de tempore, & loco denunciandi dd. tradunt; & hic ponit *Affl. nu.* 10. *&* 11. *Tiraq.* latius *de retract. lignag. ad finem tit. num.* 84. *& seq.*

Et quòd denunciatio hic pro forma est authoritate *Bal. nu.* 25. *versic.* sed pone jure municipali cavetur. *Affl.* & alii sequuntur, quos nuncupatim allegat *Borgni. Cavalc. decis.* 17. *num.* 62. *part.* 2. quibus addo *Jo. Bessian. in consuetu. Alver. des fiefz. cap.* 22. *art.* 4. qui & meminit *Cassan. rub.* 11. *§.* 4. *vers. sera denuncie. Maran. de multipl. alie. probib. n.* 131. *& consi.* 84. *n.* 7. *&* 8.

Perscrutabor quibus casibus vicini admonendi sunt, & qui sunt protestationis declaratoriæ, & incitatoriæ effectus.

8 Igitur in qualibet specie trium contractuum alienationis rerum immobilium denunciandum

 esse,

esse, probatur in eo textu in principio constitutionis, juncto hoc §.ibi per venditionem, emphyteosim, & locationem, & ibi (non ante permittimus alienare, nisi prius, & cæt.) Verum non in omni contractu cujuslibet speciei, & omissis quæ in emphyteosi, & locatione distinctè tradidimus, consideremus iterum terminum venditionis. Nam cum præter liberum ex omni parte consensum res venditur, vel necessitas præcedens contractum est rei familiaris venditoris, exemplum in *l.non idcircò.C.de rescind. vendit. & eo casu Bald.* notanter *in suo tract. eod. titu. nostro. vers. quid si* vendo, dicit,quòd propter talem necessitatem jus termini perditur in sua quantitate, seu dilatione, & præsupponit *Bal.* vocandos esse vicinos, quod nisi citò solvant precium, ob indigentiam vendet aliis, idemq;asserit. *eod. tract.vers. sed tunc quæro* quem sequitur *Afflict.*

Nec declaravit *Bal.* explicite quem modum in denunciando, cum urget necessitas, tenebit vicinus, sed ex ejus dictis satis esset, si vicinus iste protestaretur, quod nisi citò ei solvat, vendet alii, quasi liceat eo casu ipsi venditori terminum breviorem præfigere vicinis jus habentibus protomiseos. *vers.eod.quid si vendo.*

Robert. Marant. docet tutiorem practicam, ut Judex adeatur: qui brevem terminum vicinis statuat ad emendum justo precio, cum comminatione, quod alias licebit domino vendere cuivis extraneo, ut latius per eum in *tracta. de multipl. alien.probib.num.*136.

Et licet *Cassane.in consuetud.Burgund. des retraicts.§.2.nu.*1. dixerit in terminum à consuetudine, vel statuto ad retraendum non posse per Judicem breviari, id sanè intelligas extra casum necessitatis, & videbis *Marc.Mant.in repet.l. dudum.num.*50.*C.de contrab. empt.* & maximè *Bar.in l.2. D. de re judic.vers.ego teneo quod indistinctè*, *juncto vers. item pro qualitate causæ.*

Pro ista cautela Maranta est *Ang.in l.quamdiu. num.3.D.de acqu.bæred.* quam notabilem dicit, & sequitur *Veron. caut.* 166. *& Cotta in memorial. vers.Judex potest statuere.*

9 An verò liceat vicinis appellare propter termini brevitatem? *tex. habes c.* 1. *extra de dilatio.* ibi (non spectat ad juris ordinem diem peremptorium nisi fortè necessitate urgente taliter maturare.)

10 Nec ab re est advertere, quomodo est necessaria alienatio,cum sumat originem ab actu voluntario.*Bald.*negat in *l.magis puto §. si pupillus, D. de reb. eor.* Ideo inquit ipse *in l. si duobus. §. sed & si quis.nu.25.in fi.C.commu. de leg.* quod coacta voluntas in proprio negocio voluntas est. Alibi necessitas dicitur: quæ initium habet necessarium.*Bal. consil.*20. *vol.*3. quem sic intelligi *Tiraq.de retrac. lignag. §.*1. *Glos.*14. *num.*15. *Corne.consi.*192.*num.* 5. *vol.* 2. concordantes per *Hippol. Rimin. consil.* 133 *num.*53. *& seq. vol.* 2. ubi citat *Jacob. Menoch.de arbitr.lib.2.centu.2.casu.*182.*num.*53.

Et certè inopia:qua quis ad vendendum cogitur, non reddit venditionem involuntariam. *Cajet. in summa. vers. emptio.*1.cujus dictum ad aliud propositum commendat *Pynel. in* 2. *par. rubri. C.de rescin. vend. c.* 4. *ante num.* 28. *& Guliel. Bude. prior.annot.in* ... *ad l.jus civile. fol.*57. inter commertia voluntaria posuit emptionem, & venditionem, quòd eorum principium in nostro situm est arbitrio.

11 Dico ergò, quòd necessitas:quæ movet aliquem ad vendendum, est actus separatus à venditione; dicitur autem causativa magis, quam præcisa implicitam habens voluntatem ejus: qui alienat, vel ut creditori satisfaciat; cui se antea obligaverat, vel ut familiam nutriat, &c. notanter *Petr. de Bellapert.in repet. l.cautio ratibabitionis. nu.*17. *C. de procurat.* de qua duplici specie necessitatis ponit *D. Thom.*2. 2.*q.*32. ad sextum, uno modo sine quo esse non potest alterum sine quo non ita convenienter refert *Guerrer. Monop. Episc. in suo speculo.pag.*167.

Propterea credo verissimam Baldi opinionem: cui adaptatur practica Marantæ,& cautela Angeli, ut supra retuli, & sic excusabitur vicinus volens vendere necessitate urgente à tanto, sed non à toto termino vicinis suis ad emendum præfixo.

12 Sed quid est dicere à tanto? à toto? est exemplum in necessitate famis: quæ si non est maxima furans propter famem, quamvis non excusetur à tota pæna furti, alleviatur tamen secundum *Panorm.in cap.quoniam, extra de simonia. in Glos.*1 late *Bartol.Cassane. in consuet.Burgun.des Judices. §.5. s'il n'à grace. num.* 15. *& multis seq.* eleganter *Covarr.2.par.relectio.§.*1. *num.*3. ad intellectum *cap.discipulos de consecr. distinct.* 5. *& cap si quis propter necessitatem: extra de furtis. Corneil. Benincas. tract. de paupertate quæst.* 7. *spec.* 9. *num.* 20. *&* 25. ubi concludit *quod ubi necessitas non est adeo gravis, & urgens. ut si furtum illud,non committatur, non propterea fur fame periturus esset. surripiens non excusatur totaliter, neque totaliter esset furti pœna plectenus, sed Judicis arbitrio pæna mitigaretur.*

Tanta verò posset esset vendentis necessitas:quę illum urgeret,ut & à toto termino posset excusari, juxta ea: quæ in solutum datione consideravimus. & ita vendende non tenetur Judicem adire, & cautione uti qua à Judice terminus minueretur,& vicinis assignaretur, ex causa etenim leges transgredi licet, ut *not.Bald.& Jas.in l.*1.*per illum tex. C.de preci.Imp.off.* Cum & religiosus ea ratione attenta, idest imminentis necessitatis de bonis monasterii, etiam sine sui superioris assensu ælemosinam facere possit, *Glos. in c. non dicatis.*12. *qu.*1. *Benincas.ead. loco num.*23.

Et vassallus fundum emphiteoticum eadem causa necessitatis irrequisito domino alienet, nec dicitur in commissum incidisse. *not. Bart. in l. pater filium. de lega.3.in l.* 1. *Cod. de præd.minor.Bald.in l.voluntas, & l.quoties.C.de fideicomm.cum multis similib.concord.*

13 *Afflic.bic vers.sed.junctà hoc quærit*, tangit singularia necessitatis: quę & latius prosequitur *Tiraq.de retrac.lignag. §.*26. *Glos.*1. *num.* 16. *ad* 32. adde, quæ allegat *Jo: Cephal. cons.*451. *num.*303. *& seq.lib.*4.

14 Effectus autem legitimæ denunciationis multi, & ex variis causarum figuris intelligi possunt,tum jure communi, tum jure isto protomiseos, juxtà quam constit.duos præsertim considero: Aut enim is: qui admonitus à vicino suo, ut emat,vult emere,

re, & solvere justum precium sine fraude conventum statim (si venditoris necessitas itá expostulat) vel ea cessante, infra terminum hic statutum, respectivè 30. dierum, vel quattuor mensium, & resultat notabilis effectus: quoniam jus efficax in vicinum transfertur in rem conjunctam juxta singularem doctrinam *Jo: Fab.* & receptam in *§. ex non scripto. Instit. de act. o.* & clarè probatur hic in tex. ibi. extraneos emptores omnino repellere.)

Aut vero non curat vicinus invitatus emere, & quia isto casu cessat impeditiva causa alienationis in extraneum, venditio, & traditio ei facta, irrevocabilis producit juris effectus; quos examinavimus supra *vers. non aliter nisi.*)

15 Quid si vicinus invitatus respondeat, quod vult emere, se tamen excusat propter impotentiam; quia precium non habet, ut solvat? *Napoda. in 1. consuet. Neapod. eod. titu. vers. Scientiæ*, subaudit, & potentiæ extrahendi, quod si scivit, & non potuit petere non currit præscriptio. *c. miles. in feud. sit. quo temp. miles.* cum aliis; quæ ipse allegat, & sequitur hic *Afflict. num. 24.* qui videtur dicere, quòd quandocunque cessaverit impedimentum. potest peti jus congrui, & *Tiraq. de retrac. lignag. §. 3. Glos. 4. num. 5. Jacob. Novel.* idem sentit in quolibet impedimento justo *in §. 3. num. 35.*

Eandem opinionem tenuit, & valde commendat *Marant. in tract. de multipl. alie. probib. num. 138.* & inde, qui confirmat per *tex. singularem, juncta Glos. in l. in eadem in fine. D. ex quib. cau.* major, infertur que ad practicam excusandi vicinum, *ut possit agere jure congrui post terminum probando ejus inopiam, & est casus, ait Maranta qui quotidiè occurrit, & pauci advertunt.*

Ego ab eis dissentio propter istam constitutionem, quæ annuit contrarium, ponit enim regulam de termino 30. dierum cum comminatione ibi (de cætero non habeat jus protomiseos) cum verò ponitur limitatio regulæ, *vers. nisi fortè*, certæ sunt causæ impedimenti, & impeditis ex illis causis spe-

16 cialiter conceduntur quatuor menses, post quos non est locus purgationi moræ. Nam sententia est lata à lege propter moram, & elapso termino inducitur ipso jure privatio, nec appellatur. *Glos. in c. cupientes. vers. expectati. de elec. & elec. potest. lib. 6.* quam communiter sequuntur dd. quos meminit *Tiraq. ead. Glos. 4. in princ. super simili. ver. ejus consuetudinis. ibi*) amplius non admittetur.

Causæ autem specificæ per constitutionem provisæ sunt duplicis generis, absentia, & minor ætas, nihil cavetur de paupere, ergo remanet sub regula latæ sententiæ contra vicinos admonitos, quod elapsis 30. diebus de cætero non audiuntur. Faciunt dicta *Tiraq. vers. verum id quod nos ante nu. 7. & in §. 1. Glos. 10. num. 125.* optimum argumentum sumitur pro eadem nostra opinione contra non idoneos ad solvendum. *ex l. fin. C. de jur. emphyt.* de quo diximus supra *vers. per emphyteosim.*

Id: quod firmavi, sentiit in cõgruo consuetudinario *Stepha. de Cajeta ad Napod. in dict. 1. consuetud. in princ. Sed pone inquit, quod conjunctus est pauper, & sic anno tacuit, & per consequens fuit exclusus, demum res pervenit iterum ad vendentem: qui iteratò alienat, & tunc conjunctus erat dives, an dicatur exclusus circa rem illam? dicat quod non*, allegat *Luc. de Pen. in l. unicuique in fine. C. de proxim. sac. scrin. lib. 12.* quasi dicat, semel exclusus ex causa paupertatis, non intelligitur semper exclusus, re ad primum statum reversa.

Obiter hunc eundem sensum habuit *Bened. hic. num. 25.* Quid si conjuncto obtulit statim emptor rem: quam emit, atque is respondit se non habere pecuniam præ manibus, aut emendi commoditatem, an eo non obstante, tamen superveniente commoditate, antequam integrè labatur tempus retractus possit redimere, & tam habere? dic posse: quoniam tempore concesso debet frui, nec defraudandus est beneficio legis, seù constitutionis. *c. indultum. de reg. jur. in 6. ita Bened.* Vndè clarissimè præsupponit terminum currere impedito ex inopia hoc jure uti.

Ad authoritatem Napodani in allegata *Glos. scientiæ. in fine 1. consuet. de jur. congr.* respondetur minimè trahi posse ad sensum hujus constitutionis, & quæstionis propositæ, loquimur enim præsupposita denunciatione facta vicinis: quæ est limitata tempore, & post tempus exclusiva Juris, Non sic secundum consuetudinem: quæ denunciationem non requirit, nec habet clausulam similem huic (de cætero non habeat jus.)

17 Nec minus puto ab eodem Maranta cavendum *d. num. 136.* dum asserit, quod cum vicinus vendentis, ex necessitate, excludatur, id intelligi debeat ad solam relevationem ipsius venditoris, non etiam emptoris extranei, ideo infert necessitas relevat venditorem in eo: quod dilatio ipsi „ venditori erat nociva, quià sine necessitate tene- „ batur vicinum expectare, nunc autem propter ne- „ cessitatem non tenetur ad hoc, sed potest statim „ vendere, sed non debet nocere ista necessitas „ vicino contra emptorem, contra quem diri- „ gitur jus congrui, quia possit agere contra „ eum, durante termino sibi concesso, cum istud „ non noceat venditori: qui semel habuit precium „ suum, & sic cautela est pro vicino, ut quando „ fieret sibi protestatio per venditorem, allegando „ necessitatem: reservet jus suum contra empto- „ rem, &c.

Quæ Marantæ opinio contradicit Baldi, Afflicti, & aliorum sententiæ superius probatæ, qua conclusimus, quod stante necessitate venditionis perditur dilatio vicinis à constitutione data ad solvendum precium: cum teneantur vicini eo casu statim respondere, & precium solvere secundum *Bald.* & hanc contradictionem prævidit *Maranta ibi vers. sed in quantum isti doctores.*

Contradicit quoque textu nostro; quo principale onus denunciandi est venditoris, non autem emptoris, nisi consequenter, ut traditio rei: quam emit, pariat juris effectus per lapsum termini, de quo diximus supra *§. 1. vers. denuncietur, in princ.*

Neque videtur congruum secundum hanc constitutionem, ut domino liberum fuerit rem suam vendere, & alienare in casu necessitatis, deinde vẽdita, & legitimè tradita emptori auferetur, cum constitutio in personam vendentis verba dirigat, notavimus in *princ. vers. habeat, & d. vers. denuncietur.*

18 Sed

18 Sed an oporteat ipsis vicinis impotentibus denunciare, eisque efferre, ut emant, ne videantur magis derideri, cum in effectu in opes non sint empturi? respond. denunciari, & offerri etiam iis debet, quamvis inopes, & impotentes sint; quoniam constitutio hæc non constituit differentiam inter vicinos divites, & pauperes, sed omnes indifferenter vocandos esse censuit in *tex.* omnibus denuncietur ad notata per *Octav.Cacher. decis.*175.

19 Diximus imitari vicinos, ut rem accipiant ipsi, soluto precio, &c. Quid si extraneus emptor non intendit rem emptam relaxare vicinis ex hoc jure fortè propter aliquem ex casibus exceptis in eadem constitutione. *versic. Nisi*, nunquid poterit denunciare, ut obviam eat futuræ controversiæ? & quid dicit? *respondetur posse in judicio requiri vicinos, ut agant, & experiantur jure: quod habere se jactant, poteritque à Judice præfigi terminus ipsis vicinis, infra quem proponant jus: quod habent, aliàs excludantur termino elapso*, quam cautelam tradit singulariter *Muscatell.* in sua practica fidejussoria, ubi dicit, quod *Afflic.* omisit hoc notare in constitutione.

20 Precio autem: quod verè conventum est solvi, sivè etiam solutum est, non denunciatio, minimè currit tempus vicinis vocatis, ut post *Bald.& Afflict.* tenet idem *Tiraq.de retrac.lignag.§.36. Glos. 2. num.2. & 3. Novell. & Bened. hic verf. justum precium.*

SUMMARIUM.

1 *Propter parentelam constitutio hac est favorabilis.*
2 *Cujus parentela est attendenda.*
3 *Jus congrui non transmittitur ad extraneos hæredes à parentes.*
4 *Parentes qui sint?*
5 *Parentes tam masculi accipiuntur quam fæminæ, quæ etiam nuptæ, dicuntur de familia Patris.*
6 *Generis domus, vel familiæ appellatione veniant ne descendendentes ex fæminis.*
7 *Posteritati non acquiritur obligatio, si alterius juri agnoscitur.*
8 *Intellectus l.1.in fin.de jur.immunis.*
9 *Descendentes per maternum genus, licet secundum DD. sint de sanguine Avi materni, in privilegiis tamen non dicuntur de ejus generatione.*
10 *Adoptivi, legitimati, bastardi, & legitimi ex bastardis, an habeant, protomisim.*
11 *Conjunctio parentelæ non satis est, nisi quoque concurrat qualitas conjunctæ possessionis.*
12 *Conjunctionis appellatione, qua conjunctio in dubio intelligatur.*
13 *Vicinitas rerum principaliter attenditur in jure congrui, quod ideò dicitur jus reale, & cedi non potest, nisi res vicina tradatur secundum Napodan.*
14 *Consanguineus, vel socius rei non conjunctus non admittitur ad retractum.*
15 *Vocatio hominis an debeat esse secundum ordinem, quem lex servat.*
16 *Dictio omnis in singulari distributiva, in plurali collectiva.*
17 *Tex. interpretatio quoad ordinem vocandorum pendenditur, an omnes simul quatuor gradus sint invitandi, an magis omnes unius, idest proximioris gradus.*
18 *Dictionis (unusquisque) natura.*
19 *Proximior præfertur ex pluribus consanguineis denunciatis concurrentibus.*
20 *Jus protomis. quilibet vocatur insolidum dicitur habere, ideò omnes petere possunt modificatur tamen petitio, & proximior præfertur.*
21 *Remotior in gradu, ne constituatur in mora, quæ remedia habet pro interpellando proximiori.*
22 *Dilationes præparatoriæ, & deliberatoriæ arbitrariæ sunt Judici, & ex causa breviari possunt, quæ alias breviari non debent.*
23 *Proximiori non tenetur, qui tradidit remotiori primo venienti ex hoc jure, neque is, illi tenetur petendi post terminum elapsum.*
24 *Vicinus potest pro parte retrahere rem ab alio vicino emptam, & illo non petente, vel resultante superest jus accrescendi, idem in pluribus consanguineis æqualis gradus.*
25 *Parentum appellatione an veniant affines.*
26 *Affinis, Socer, & Gener non præferuntur extraneo emptori.*

Parentes.

1 Parentes.) In hoc capite parentelæ constitutio hæc magis dicenda est favorabilis, quam odibilis, ex communi conclusione doctorum firmat *Andr.Gaill.lib.2.pract. observat. cap.19. in princ. ratione tex.in l.lex quæ tutores. §. ergo. C. de admi. tuto.l.in fundo, de rei vendi. & l.si in emptionem. D.de minor.25 an.convenit quoq; tex. l.1. de privil. creditor. d. Glosam in cap.1. §.sed etiam res. verf. proximiori in feud.per quos fiat.investit.*

2 Attenditur autem parentela respectu illius: qui vendit, non illius: à quo res originaliter processit *Joa.Bessia.ad consuet.Alver.de retracta. art.24.*

Consideratur enim tempus: quo venditio fit, & ille præfertur: qui tunc proximior reperitur, licet posteà moriatur, ex quo jus excludendi remotiores transit ad hæredes, dicit *Paul.Parisi. consil.81. num.25. & 26.par.3.*

3 Quod dictum intelligo verum, dummodo is: qui venditionis tempore erat proximior petii jus congrui antequam decederet, quoniam cum non sit jus formatum in persona proximi, nec possit dici esse in bonis antequam petatur oblato precio, & illa qualitas sanguinis non durat sequuta ejus morte, meritò non videtur ad hæredes transmissibile, antecedentes probatur ex iis: quæ de jure competente per modum facultatis privatæ alicui, dd. tradunt; præsertim *Bal.in l.licet.nu.3.C.de jur.delib. benefacit tex. l.fin. D. unde liberi* cujus verba sunt. *Si posteà quam filius emancipatus bonorum, possessionem patris petiit, statum suum mutavit nihil obesse ei, quominus id: quod acquisivit retineat, quod si prius conditionem suam mutaverit, bonorum possessionem eum petere non posse)* ratio assignatur hujus decisionis eadem: quæ supra, quoniam per modum facultatis jus adeundi competit, nec in bonis ejus est: qui succedere debet *Ludo.Roma. consil.442.* idque latius comprobat *Ferrant.Gargia. patrocin.98.verf.quibus tamen non obstantibus*, & vide

vide aliqua per *Dec.consi.222.*ubi de simili statuto favore agnatorum. In terminis eandem conclusionem probat *Gomez.l.70. Tauri. nu.8.*

4 Parentes dic more Longobardorum communiter omne etiam ex latere,ut in *Longob. l.1. de parricid.& l.1.de successio.notarunt Carol. & Andr.de Bajulo.Alber. de Rosa. in l. appellatione parentis.D. de verbo,& rer.signifi.ad idem.allegat l.1.quali quis se defen.debe,in Longob.* diffusè *Tiraq. de retrac.lignag.§.1.Glo.8.nu.1. adde Vinc. Maxil. in consuetu. Bari.mulieri nulli.tit. quali mulier.alien.permit.n.4.Jacob.Cujac. in comment. ad hanc constit.* Parentes, inquit, hac constitutione militari sermone Federicus appellat,quos Romanus

Et intellige usque ad decimum gradum secundum successionem ex causa intestati, per *Tiraq. d.§.1.Glo 9.nu.25.& Glo.16.num.4.* cum alii locis per *Borgni.Cavalc. decis.20. num.8. par. 2. de contract.*

5 Neque erit differentia, cum de parentela agitur (fæminæ sint an masculi), pariter enim admittuntur ad illud jus protomiseos, & fæminæ proximiores excludunt masculos ulterioris gradus; quoniam & ipsæ etenim cum nuptæ sunt,dicuntur de familia & de domo patris: & fratris, juxta dictum *Pau. de Castro in l. voluntas.1. C. de fideicom. Soccin.consil.227. vers. quibus tamen non obstantibus. vol.2.* in terminis *Petr. Paul. Parisi. consil.81. nu.19. & seq vol.3.Ferron. in consuetu. Burdeg. de retractu §.3.in princ.*

Cujus conclusionis ratio est prompta; quoniam lex hæc Fiderici parentes vocat in jure protomiseos, ut in fine præcedentis textus adnotavimus. Lex autem differentiam removit agnationis, & cognationis, *tex.in l.fi.C.de suis, & legit.auth.de hæred.quæ ab intest. in prin. tex. l. maximum vitium.C. de lib. præt. & l.lege 12. tabularum. C. de legit.hæred.meritò,&c. Socci.jun. consil.94. num.7. vol.1.*

6 Scio tamen non modicam esse inter Scribentes controversiam veniant nec ne descendentes ex fœminis appellatione Generis, domus, vel familiæ ut per *Jacob. Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 88.nu.12. Peregri.de fideicomm.ar.23. num.22.* latissimè *Borgni. Caval. decis.26.par.3. Socci. jun.d, consil.94.*

Ideo cautè posui, quod fœmina est de familia, & domo patris, vel fratris; non pariter descendentes ex fœminis: quorum respectu controversia est, ita ut etiam ad medicos veteres doctores nostri accesserint: à quibus didicerunt, quod partus masculinus non procedit à muliere, & ideo filius filiæ meæ non dicitur de posteritate mea *Cynus ait in l.beneficium, num.11.D. de constit.Princip.* quem locum non allegat *Tiraq. de retrac. lignag. §.1. Glos.9. num.6.* ubi de sanguine materno authores congerit.

7 Quia planè in quæstionem (ut id obiter attingamus) non parum refert inspicere quid est, de quo agitur. Nam quoties quæritur, ut alteri per alterum obligatio acquiratur, perpetuò verum est, quod posteritati non acquiritur: quæ alterius juri agnoscitur, ut sunt ex fœminis descendentes. *tex.l.pronunciatio §.fin & l.seq. D.de verbo. & rer. signi.ubi Bar.juncta l. dum qu..§.qui sibi, & l. dominus servo. D. de verbo. oblig.& de pact. l. & hæredi.§.nos autem.l.2.C.de contrab.stipu.ubi Glos. & omnes.l.1.C.per quas person.*

8 Unde planus est multarum ll. intellectus præsertim *l.1.in fine D. de Jur.immun.* quod Generi, posterisque suis immunitatem acquirens, nihil facit, quoad eos, qui ex fœminis nati sunt, qua in re se doctores laniant,ut videre est apud *Deci.consil.223.in casu proposito. & in l.fœminæ.à num.57. de regu.jur Jo. Garsi.de nobil.Hispan.Glos.1.à num. 32.*

Responsio enim patet,quod alteri acquirere nemo potest,ideo suo generi,& posteris rectè jus immunitatis acquisivit, quibus potuit prodesse pactum,vel stipulatio patris:loco extraneorum sunt: qui in potestate non sunt. *tex. est in l.uni. §. accedit. C.de rei uxor. actio.* cujus verba sunt: *extraneum autem intelligimus omnem citra parentem per virilem sexum ascendentem, & in potestate dotam personam non habentem.)*

9 Communis tamen interpretatio est, quòd & si descendentes per maternum genus dici possit, de sanguine, & generatione avi materni, & ex latè congestis per *Tiraq.de retrac.lign.1.Glos 9. à num. 4.* cujus concordantes allegat *Fab.de Anna consil. 22.lib.1.*

Id limitatur non procedere in privilegiis contra jus commune. in quibus stricta sit interpretatio. *Paul. de Castr. in l.1.à num. 4. C. de condit. insert. Amad. de Ponte consil. 139. 2. vol.* prout eum refert, & sequitur idem *Anna pract. obser.2. Decad. observ.11.*

10 Utrum adoptivi liberi comprehendantur, utrũ & legitimati: *ad Jo: Fab. in §.1. acquir. per arrog. Deci. consil.365.num.6.*& inde *Tiraq.de retrac.lignag.§.1. Glos.8. num.10.* & inde, & in *l.si unquã vers.susceperit liberos.num.6.& 68. Afflict. hic nu. 32 & 35.* Ubi & de bastardis, ac legitimis; qui à bastardis nascuntur. *Jacob. Novel. num.54. & §.5. num.126.*

Quod intellige, si hi naturales cum legitimis contendunt, quibus deficientibus non debent excludi ab hac facultate retractus, tenet *Jo. Cayso.in consu.Turon.de retrac.art.37.* Item declaratur istos admitti,eorum patre, vel matre vendente *Massuer. de retrac.num.10.*

Pro ipsis naturalibus liberis admittendis ad jus retractus, scribit doctè *Ant. Gomez. l. 70. Tauri, num.4.*sed non idem in spuriis, incestuosis,vel natis ex damnato coitu, vide rationes ejus doctissim, & contra spurios, vide rationes *Carocii casu 8.*

11 Qui sunt conjuncti(Tex.hic apertè probat,non esse satis conjunctionem parentelæ, quamvis parenter in ordine primum vocet Feredicus, propter qualitatem adjunctam ibi (qui sunt conjuncti) favor igitur est consanguineorum principaliter,dũmodò concurrat qualitas conjunctæ possessionis rerum immobilium; quam rerum conjunctionem ideò *Afflic.* hic accidentalem vocat. *vers.item quæro an ad hoc num. 36.* quem acriter reprehendit *Bened.num.4.* quia oscitanter scripserit, & quòd tantoperè sit allucinatur, citat quoq; contra *Afflictum Joseph.Cumi.super ritu Sicil.106.*

12 Sed non meminit sic accusari, nam & si exponat ipse uno modo textum hunc, ut conjuncti qui

qui sunt, intelligatur de conjunctione sanguinis; quia, ut benè arguit, appellatione conjunctorum in dubio veniunt conjuncti secundum naturam, & non per accidens, idest per vicinitatem, firmat tamen contrarium ex hoc tex. deduci, & conjunctos acc pi ad effectum prælationis in jure congrui, qui ultra naturalem conjunctionem sanguinis, rerum etiam vicinitatem habent, & ita dicit pluries fuisse determinatum. Et oportet, inquit deinde *Afflict.eo.num.36.duo concurrant ad hoc, ut sanguineus præferatur scilicet ut sit consanguineus & sit conjunctus ratione rei, quia duo vincula habens, excludit unum habentem, idest vicinum alterum extraneum emptorem.*

13 Haberi autem in hoc jure æquè principaliter rationem vicinitatis rerum, probat *Nap eod.tit.consuet.si ex uno. vers. Nisi, ideo teneas jus congrui tanquam merè reale ex parte actoris, & rei, quia datur possessori, & contrà possessorem ejusdem rei conjunctæ; quæ petitur, nullo modo cedi posse, nisi res vicina tradatur, cum ipsa congruitas ratione rerum conjunctarum sit introducta)* Hæc Napodanus.

14 Quare communis est illatio, solum consanguineum, vel socium non conjunctum rei: quæ venditur, omninò censeri exclusum. *Afflict.hic, & in §.8.in princi.* sequitur *Deci.consil.619.num.7. Maran.de multipl.alien.prohib. num.*118. & ante omnes *Bald. in primis verbis sui tract.* cujus verba in id idem posuit *Afflict. hic vers sed quod ad hoc*, ut consanguineus habeat. sequitur *Maran. de mult.alien.prohib.num.*118.

Et meritò vicinus, quamvis extraneus, non excluditur à consanguineo non vicino: quoniam *Sapientiss.Salomon.proverb.*17. habetur. *Melior est vicinus juxta, quam frater procul*, quod proverbium multis exornatur, quæ nunc ad alia properans omitto.

15 Et considera. Federicum in hac constitutione quatuor gradus ordinasse illorum: qui sunt in jure protomis. invitandi, & idem est officium legis, & hominis circa idem, licet aliquando non sic in successionibus ex vocatione legis, vel testatoris, distinguit *Bald.in l.cum ita. §. in fideicommis. de leg. 2. de qua re Dec. consil. 1. vol. 1.*

Ecce officium legis (quos vocamus per ordinem) officium vendentis (in primis vocentur parentes) sunt ergo gradatim invitandi, & admonendi, itaque si primi deficiant. sit locus sequentibus. *argu. l. ut gradatim. D. mun. & honor.*

16 Deinde subdit (si autem plures sunt, qui habent jus protomiseos, omnibus denuncietur) dictio etenim omnibus, cum sit pluralis numeri, est collectiva, sicut in singulari distributiva. *Bar. in l. moschis num. 2. de jur. fisci.*

17 Quos igitur colligit? dico omnes primi gradus, hi sunt parentes, post hos intellige vocari omnes secundi gradus, hi sunt socii, & pari modo de cæteris expone, habentibus jus protomiseos per propinquitatem. Ideò ad obtinendum in causa congrui, & retractus non esset satis allegare se consanguineum, nisi distinguat, quo gradu conjungatur. *Cæsar.Ursill.* tradit ad *Afflict. decis. 25. num. 6. & 7.*

Itaque dictio hæc universalis collectiva verificatur in plurib. unuscujusque gradus non distincto an in eo gradu, puta consanguineorum denunciare oporteat prius fratri. quam nepoti, vel consobrino, quoniam istud esset majus onus vicino vendenti rem suam, quæ expositio convenit literæ, & contextui.

Nec posset alio modo sanè intelligi; esset enim contradictio vocari per ordinem, & simul omnes. Nec ab re habetur in text. *(si plures sunt: qui habent jus protomiseos, omnibus denuncietur.)* Socii, quandiu sunt consanguinei, non habent in effectu jus protomiseos, sed itademum si illi renuncient. Et hoc modo restringitur pluralitas vocandorum primum gradum omnium parentum, similiter ad secundum omnium sociorum, ad tertium omnium conservorum: ultimo ad quartum omnium extraneorum. qui per suas res conjunguntur. *argum.l. ea tamen adjectio. D.de leg.3.cum ulgarib.*

18 Sequens verò dicto in tex.(unusquisque) quamvis universalis, verificatur quo ad omnes singulorum graduum. per *l.1. C. de sac. san.eccle.* juncta *Glos.* Nam & geminatæ dictiones restringuntur de habilitate. *Glos.in l. lecta, ibi rata, & firma. D.si cert.peta.facit. Bal. de diction.* quilibet. & omnis. *in rubr. C. qui accusa. col.fin. & vide Barto. in l. si cognati. vers. quæro quo ordine, D. de rebus dub.* Et secundum hæc dicta intelligebam locum *Tiraquelli de retrac. lignag. §.1. Glos. 9. num. 21.* Vbi tenent, quod cum sua consuetudo loquatur simpliciter de consanguineo: quilibet admittitur etiam remotior, & in *§. 11. Glos.4. num.3. & 4.*

Diligentius verò re hac perpensa videntur veræ, & receptæ conclusiones: quas subiicio. Prima est, quòd denunciatio debet fieri gradatim, id est primò omnibus consanguineis vicinitatem habentibus. Deinde omnibus sociis. Deinde conservis omnibus. Demum omnibus extraneis similiter conjunctis probatur conclusio in textu. ideo difficultate caret.

19 Secunda est, quòd si ex pluribus consanguineis: quibus simul denunciatur, ad jus protomiseos venerit proximior cum remoto: qui proximus est præfertur remotiore excluso, ex dictis per *Deci. d.consil.*619. licet in casu preposito. *vol.4. Dec.consil. 205.nu.3. Aym.Crav.consil.22.Bartol.Castan.des retraicts.§.1. Glos. in ver.le plus procain.* in terminis nostris *Marant.de multipl.alienat.prohib.num.119. Jacob.Novel.hic num.13. 17. & 51. Tiraquell. eod. tract.§.11.Glos. 3.& 4.* Et secundum hæc intelligo, quæ notanter dicit *Pet.Paul.Parisi. consil.81.num. 18.& seq.vol.3.*

20 Tertia est conclusio, quod omnes vocati petere possunt; cum remotioris causa propter superiores lædi non debeat, & jus hoc apud quemlibet vicinorum in solidum esse dicatur. *Paul.Castrens.consil. 74. circa finem, volum. 2.*

Terminus namque triginta dierum omnibus currit æqualiter, ex dictis *Nicol.Boer.in consuetu. Biturig.de retract.§.2.col.fin.*

Quæ conclusio non contra dicit præcedenti, ex quo *tex.notab.l.peto.§.fratre.de leg.2.* quem allegat *Oldra.consil.178.in fin.* licet admittat omnes de familia ad fideicommissi petitionem, rem postea temperat, & petitionem modificat, ut proximus quisq; primo loco videatur invitatus, ita tamen si paratus

tus

tus sit cavere, &c. quibus postremis verbis docemur, non satis esse vicino proximiori rem petere jure protomis sed petendo debet precium solvere alias praevaleret petitio remotioris in gradu. Inde sequitur alia conclusio.

21 Quarta, quòd cum remotiori possit infrà eundem terminum imputari mora propter denunciationem: quae mora contrahitur, ubi petitio competit. *l.lecta.§.pen.D.si cert.pet.* cum ibi notat.optimae sunt cautelae: quas trad.dd.in favorem remotioris ad interpellandum proximiorem, ut retrahat, vel declaret intendatne retraheret item ad petendum à Judice, ut proximiori terminum praefigat, infra quem retrahat; posset enim is colludere cum extraneo emptore, sinens labi legalem dilationem, sive consuetudinariam, ità ex inent omnium scribentium dicit se affirmare *Joan.Bessianin consuet.Alber.de retractu art.*34. nec videtur rectè intueri dissentire *And.Tiraq.d.§.11.Glos.4.in fi. & ante eos Boer.d.§.2.eo.tit.vers.sed quaero an remotiores, doctissim.Anto.Gomez.ad l.70. Tauri. num.21. vers.item quaero.*

Contradicit tamen his *Cassan.in consuetud. Burgund.rubr.*10.*§.2.nu.*1.tenens terminum à lege, vel consuetudine indultum non posse auferri consanguineo, cui retractus competit. Sed respondeo; iste terminus à Judice praefigendus non est, ut retrahat ante lapsum diei a lege, vel consuetudine praescriptam, quo casu obstaret ejus ratio. Sed ut

22 declaret si intendit retrahere, quod benè potest Judex facere ad petitionem remotioris; quoniam dilationes praeparatoriae, & liberatoriae arbitrariae sunt Judici, & quae alias breviari non debent, ex causa breviari possunt, ad tex. & quae ibi notant *Glos.& dd. l.cum antiquioribus.C.de jus.deliber.Massuer.in pract.tit.de dilatio.Bessian.eod.tit.de dilat.art.1.Jacob.Menoch.de arbitr.jud.*

23 Illud verò placet ex dictis *Boer. Cassan.* & aliorum commentariorum de hac ipsa re loquentium, quòd si cui ex consanguineis primo venienti fundus traditur ex hoc jure, aliis licet proximioribus nullo modo tenetur qui tradidit, neq; qui retraxit illis post terminum elapsum petentibus. *Ferron.in consuetud. Burdeg. de retrac.§.3. Cassan. ubi supra vers.adverte tamen.Ant.Gomez.in l.70.Tauri. num.* 21. & magis in terminis loquens idem *Gomez.num.*13. *infert.* quòd si quis vendidit consanguineo existenti in aequali gradu, res pro parte ab altero retrahi poterit; quod respondisse dicit in quaestione de facto.

24 Ad idem pertinet, quod pluribus competit vicinis, cum unusquisque petere possit partem suam, & pro ea adimplere: & precium solvere, nihilominus si postea animadvertat priusquam terminus labatur ab aliis refutari, tunc poterit ipse reliquum petere, & similiter pro reliquo adimplere, quoniam petitio limitata respectu propriae partis non excludit jus accrescendi, per ea: quae habetur, & *not.in l. uni. §. his ita, & seq. C. de cadu.tollen.* ubi licet testator instituerit haeredes ex parte limitata, & unusquisque limitatam portionem petat, superest tamen inter eos jus accrescendi, de qua materia habes per *Ant. Gomez. variar.resol.de ulti.vol. & ad l.1.C.quando non peten. par.ponit.multa Claud.Duci.in rep. maximè n.*145.

In terminis verò hujus juris quò ad ipsum jus accrescendi propter non petentes scribit *Nap.in* 1. *consuet.de jur.congru.ver. habenti, & in consuet.si ex uno.ver.unus tantum.vers. & volentibus, & in Glos.vers.nisi Afflict.hic vult.not.num.*42.

25 Quaero an affinitatis jus attendatur, ut qui affinis est estraneo emptori praeferatur? videtur quod sic, propter vulgarem nuncupationem, quae etiam affines compraehendit *Angel. in authen. de alien.& emphyt.§.aeconomus,* ubi interpretatur parentes: qui per genus, vel nuptias sunt conjuncti, idq; trahit ad statutum: quo prohibentur parentes rebellium habere officium in civitate, ut intelligantur illi: qui attinent per genus, vel per nuptias per illum tex.

Decipitur tamen *Angel. quia in d. §. aeconomis propriè capitur verbum.* Parentes significat ascendentes per rectam lineam, ideo ponitur copula, & propter descendentes, & affines: qui recta ratione sermonis non comprehenduntur voce parentum. Verba enim sunt. (Parentibus eorum, & filiis & aliis: qui per genus eis, vel nuptiarum jure conjuncti sunt.)

26 Ideo in propriis terminis praelationis: de qua agimus *Afflict.*& alii ponunt in textu exempla de conjunctis jure sanguinis: quos pariter intelligit *tex.l.dudum, C. de contrahen. empt. sub vers. proximis,* & ibi *Bald.* in fine: quem caeteri sequuntur, sic ait. *Proximus intelligitur per lineam sanguinis.*

Ac magis in specie *Andr.Tiraq.de retrac.ligna.§.*14. *in fine. nu.*16. interpretatur idem verbum(de parent daeventur) excludi vult affines cum non dicantur per sanguinem conjuncti, & ita se judicasse testatur, idque extendit etiam ad socerum, & generum: in quibus major videbatur difficultas propter *Glo.in §.mariti.*verbo postea in fine *Insit. de nupt.cum.Bald.in l.1.vers.item quaero si non extat.C.unde vir, & uxor,* quibus ipse *Tiraq. respondeo num.*19. idque clarè sentit in nostris terminis juris protomiseos Maranta *Venus. in tract. de multipl.alien.prohib.num.*118. *vers.quo ad primam quaestionem.*

SUMMARIUM.

1 *Parentum appellatione qui veniant?*

Glossa Ant.de Caputis.

Parentes.

1 IN primus vocentur parentes) Nota ordinem hujus juris, quo admittuntur conjuncti, & primo parentes quorum appellatione videtur, quę ex propria significatione vocabuli comprachenduntur ascendentes usq;ad Tritauum.*not.D.de gradi.l.Jurisconsultus.§.parentes,* sed de interpretatione lineae comprehenduntur omnes usq;in infinitum. *not. ff. de in jus vocan.l.4.§.parentes.* Et intelligentur parentes utriusq;sexus, ut ibi in *Glos.*

Ant.de Caput.

SUMMARIUM.

1 *Socii qui sint.*
2 *Socii praeferendi etiam ex consuetudine Neapol.*
3 *Consuet. Neap. de congruo non corrigit jus antiquum contra Napod.*
4 *Differentia juris congrui consuetudinarii, & juris hujus protomiseos, quoad correctionem juris antiqui,*
5 *Societas habet jus quodam fraternitatis, & alia pulchra de sociis.*
6 *Socii, & consortes inter quos habet locum retractus, qui accipienti sunt.*
7 *Socius etiam in minima parte rei vendita praefertur, & an idem fit in aliis remissive*
8 *Socios praeferendos, & si rem divisam possideant ex verbis constitutionis resolvitur.*
9 *Socii praeferendi sunt etiam ex consuet.Bari.*
10 *Denunciari oportet omnibus sociis, ut emant, & potius duobus quam uni vendi debet.*
11 *Uxor an praeferatur sociis viri?*
12 *Jus protomiseos regulatur secundum naturam successionis in gradu consanguineorum.*
13 *Uxor praefertur socio, in re ab Imperator.donata.*
14 *Societas est intra virum, & uxorem, omni ratione, praeterquam respectu bonorum.*
15 *Socius praefertur ratione propinquitatis in electione partium in judicio communi dividundo.*
16 *Socius quare praefertur aliis vicinis secundum Joannem de Amicis.*

Socii.

1 SOcii,) Hi putandi sunt; quos inter res communicata est, *Cic. docet accusat.3.* res autem accipitur sive specialiter, sive universaliter, in qua societas contracta est. *l.societas contrahitur. D.pro socio.l.nihil,ubi Bart.commu.divid.*

Et quidem rationabile est socios, sivè consortes rerum praeferri aliis,secundum hanc constitutionem, quam comprobabis in hac parte ex *Anch. consil.160.Alex.consil.126.in princ.vol.5.decis.107. num.3.Hippoly.Marsil.sing.64. Traquell.in praefat. num.15 Deci,consil. 619. Maxill. per illum tex.in consuet.1.eod.tit.de jur. protomiseos.*

2 Concordat consuetudo *Neap.si quis habet,titu. de jur.congr.* cujus verba sunt: *Insuper, si quis habet domum communem pro indiviso cum aliquo,& partem suam vendat, tunc alius, qui partem suam non vendit, potest jure congrui ab emptore alterius partis partem ipsam petere, exclusis omnibus aliis, & idem in fundis, terris, & aliis rebus immobilibus.)*

3 Quem versiculum sumans Napod. sentit clarè per suam consuetudinem corrigi, *l.dudum. in princ.C.de contrah. empt. & l.falsò de commu. rer. alien.* quasi velit consuetudo, ut ipse ponit, quod quis tenetur vendere rem suam potius consorti suo, quam aliis. Cui tamen non assentior, cum diversus sit sensus illarum ll, a dicta consuetudine, nullib enim legimus in consuetudine dominum, & consortem teneri vicinis consortibus potius vendere, quam extraneis: quod per leges citatas reprehenditur, sed benè,quod rem extraneis venditam licitum est consorti ab ipso emptore, vel emptoribus petere. Quia igitur nihil est impedimento, quin dominus suo arbitrio vendenda distrahat; cujus non interest postea ab extraneo emptore, soluto precio avocari, non sequitur legum correctio, patet in dict. *l.dudum, ibi (nec homines suo arbitrio vendenda distraherent,)& deinde (homines de rebus suis facere aliquid cogantur inviti) & dum sequitur tex. (Unusquisq; suo arbitratu quaerere, & probare possit emptorem)* videtur consuetudini concordare: qua ut dictum est, nullibi prohibetur dominus, cui magis ei placuerit vendere necessitate tantum tenente emptorem, ecce in prima *consuet. eo.tit.* si quis emit tui emptor tenetur) & rursus ibi (petere ab emptore) *in 2. consuet.* (petere rem emptam ab emptore) iterum in d. consuetu. si quis habet litera plana est, ut vides, minimè gravatur venditor, Ideo N. podan.non benè summat dictam consuetudinem: quae non adversatur juri scripto, nec jus scriptum consuetudinibus retractus obstat secundum veriorem, & receptiorem intellectum: quem probat *Jo: Igneus in repet. d.l. dudum per tres col.*

Grave est si domini tenerentur inviti proximis, & consortibus vendere, & tantum socio, non etiam extraneo *d.l.falso, & l.dudum.* In retractu vero non inspicitur principium, ut cogatur invitus quis rem suam vendere, sed finis, atq; exitus quo ab emptore conjuncti retrahunt, sive revocan.precio restituto,ex *Ferron. in consue.Burdeg.de retract.§.1.* ubi jus retractus definit, quem refert *Bened.in rubr.nostri tituli num.9.&.11.*

4 Sed non rectè *Bened.* confundit retractum consuetudinum: in quo nullum est onus vendentis domini, cum jure hoc protomiseos: quo vendens tenetur ante vicinis denunciare. Unde puto hanc legem Federici magis adversari dictis ll.communibus,quam praedictas consuetudines: quae multis legibus consentaneae sunt, ut dd. in suis quisq; consuetud.probant, & in proposito de sociis, & consortibus videtur notabilis *l.ad officium. C.commun. divid. in fin.* Cujus verba sunt *(ad licitationem nonunquam extraneo emptore admisso, maximè si se non sufficere ad justa precia alter ex sociis sua pecunia vincere vilius licitantem profiteatur)* concordantes per *Manticam in princ.d. l. dudum,* post *Salycet.* & notanter *Lud. Bologni, consil 25.* qui dicit retractum esse magis secundum jus commune, quàm contrà jus,commendat *Cassaue,rubr. 10.de retract.in princ. §.1. ante istos Gerar. Bapno. in q. retractus Aureliis disputata in princ.* quem meminit hic *Bened.in rubr. num.24.*

5 Nec mirum, si post parentes: quorum ob rerum vicinitatem frequens conversatio auxit affectionem.*l.cum alleget.C.de castren.pecul.lib.12.*

Sequuntur in ordine socii;quia jus quodammodo fraternitatis societas habet. *l. verum est. D. pro socio* faciunt dicta per *Odoff.in l. unica. C. de vend. rer.fiscadib.10,* & optimè sentit *Affl. §.1. num.17. ante 5.notab.Paul. de Castr. consil.314. & 343. Fabia.de empt.& vendit.q.33.*& haec comparatio habetur ex *Tullio lib. offic. 1.* Quod si quis non defendit socium injuratum,tam est in vitiò, quam si parentes,aut patriam deserat, vide *23. q. 3.c. non infe-*

inferenda. Alber.de Rosat. in l.ut vim. de justit.& jur.

Et quidem magna est conjunctio realis, idest, quæ habetur per communionem rei ad præferendum socium aliis, modo non sint consanguinei vicini. *Marant.de multi.alie.probib.num.*120. & habes rationem *Jo: de Amicis infra num.*15.

6 Sed qui sunt isti socii? respondeo iidem sunt, qui & consortes rerum: quos meminit *tex. l. dudum. C.de contrab. emp.* eosq; exponit *Bald. ibi in fin.* per participationem dominii, & alii dd. sequuntur, ideo *Napoda.* oculatissimè *in consuetu.si quis habet.ver.insuper, de jur.congrui*, exponens illum tex. dicit, *ibi tractari de congruo communionis, quod quis tenetur vendere rem suam potius consorti suo*; quàm alii, & in consuetu. si domus. Hinc sequitur rectè sensisse *Ant. Gomez in l. 70. Tauri. num.*27. tandiù esse locum retractui inter socios,*quamdiu retrahens est socius venditoris in re communi pro indiviso, secus tamen si prædicta res esset inter eos divisa, ut quilibet eorum cognosceret suam partem divisam, & distinctam de per se ex l.magis puto.§.si.D.de reb.eo.* cum multis concord.ibi relatis, cujus decisioni simpliciter adhæret hic *Bened. num.* 31. *verf. quid si duo haberent duas possessiones.* Tu adde *Maran.de multi.alie.prohib. num.*120. qui in idem citat loca *Napoda.*

7 Ubi verò est societas in communione rei: quæ venditur, notanter extendit *Gomez.* & intelligit procedere retractum, etiam si qui retrahere intendit,sit socius in minima parte ipsius rei, & fuit resolutio *Baldi.per illum tex,in l.unica.C.de commu. ser.manum.§.bis itaque*, quod valde notandum est ne decipiamur ex textu legis Græcorum infra, ubi ostenditur majoritas partium in vicinitate, quoniam oportet in elligi, dummodo qui ex minima parte conjungitur,non sit socius, vide quæ ibi notavimus, etiam pro consanguineis conjunctis ex minima parte,

8 Mihi tamen videtur hic textus, ut minimè restringi debeat ad solos socios, & consortes. qui rem; quæ venditur pro indiviso, atque communiter possident, quicquid de suo statuto sentiat *Anto.Gomez.loco ante citato,*moveor ex principio hujus constitutionis, ubi ad literam habetur) divisam, vel indivisam, aut in communi emptione) ad quæ non advertit *Bened.* dictaq; verba exprimit *Affl.c.num.*15.*in* 4.*notab.* qui dicit, quando agitur jure congrui,non est in consideratione,an res vendita sit divisa, vel indivisa, *& sic non est considerabile,an sit unius persona,vel plurium:nam res communis propria dicitur)*

Unde & illud consequens est per hunc textum, quod sive res sit communiter possessa, sive divisim, cum unus ex sociis partem suam vendit prima causa est consanguineorum: qui vicinitatem habent, & hi præferuntur sociis, & consortibus, attento ordine hic polito. In primis vocentur parentes,& ità expressè decidit *Affl. eod.*4. *not. in fin.*dum format. *Habeo unam domum communem, illam volo vendere Titio, quis præfertur socius, vel parentes) certè parentes præferuntur, per istum tex. sed socius iste præfertur vicino extraneo, ut hac litera probat, dum dicit, postea socii*) & idem sentit *Maranta de multi.alie.prob.num.*120. Pro qua resolutione vera allego *Deci.consil.* 619. *& in specie Jacob.Novel.in princ.constitut.num.*6.

9 Barenses verò consuetudinem habent expressam, quæ incipit, *dudum §.sed si res eod. tit.*cujus verba sunt, (*Sed si res: quæ venditur, communis fuerit,licet partem minusculam aliquis eorum habuerit, jure tamen communitatis omnes extraneos, & si protomisim habeant, in solidum superabit. Nisi, ut dictum est, res: quæ de parentela fuerit vendatur,*

His adde, quæ diximus supra in primo textu. *verf.ex parentela.*

10 Adde,quòd si plures sint socii, omnibus denunciari oportet, nec sufficeret uni ex pluribus sociis vendere, sicut in parentibus supra Glos. præcedenti notavimus, in terminis allego *Jacob. Rebuff. in l.quoties.C.de agric. & manc. domin. lib.*11.*qui argumento.d.l.dicit,quod si res communis vendatur potius debet duobus sociis, vel consortibus vendi, quam uni soli, ne molestus sit aliis.*

11 Pone,quòd uxor ad rem per maritum venditam juxta prædium: quod est ipsius uxoris proprium concurrit cum sociis mariti jure hoc protomiseos, nunquid erit potior, & socios excludat, hic tex. videtur pro sociis in defectum parentum.Parentes verò exposuimus consanguineos supra *verf. Parentes, & verf. Ex Parentela.* ergo socii præferuntur.

12 Pro uxore facit, quia diximus jus protomiseos, regulari secundum naturam successionis hæreditariæ in gradu consanguineorum ex antiqua lege *Mosis,ut Jerem. cap.*32. *Posside agrum meum: qui est in Amathot in terra Beniamin: nam tibi competit hæreditas, & tu propinquus es,ut possideas(Item Ruth. c.*4. *nullus est propinquus.excepto te,qui prior*
13 *es.*)consequens est,quòd quemadmodum præfertur consorti uxor viro mortuo in re ab Imperatore donata, juxta *l.jubemus secundum unam lecturam:* quam latè probat *Odofred. C.si soci.liber. Impe. lib.* 10.ita & in hoc casu.

Item pro ea est. *C. undè vir, & uxor.*

Rursus facit. Nam, & si jure communi societas bonorum non contrahatur inter virum, & uxorem, ut post alios *Covarru.* 2. *part. relecti cap.*7. *num.*5.

14 Socia tamen est non tantum rei humanæ, verum & divinæ domus.*l.adversus. C.de crimi.expil. bæredi.* & consortium omnis vitæ, & divini,& humani juris communicatio nuptiæ sunt.*l.*1.*D.de ritu nupt.*

Prima naturalis humanæ societatis copula vir, & uxor dicitur. *Pennus in l.* 2. *C. de proxi. sac. scrin.ver.societas.lib.*10.

Et societate,quæ est inter virum,& uxorem non esse minus privilegiatam expressa: quæ inter alios contrahitur,notat *Bald.in l.ex diverso, quam legit cum §.socero.l.rei judicatæ.D.solu.matrim.*

Aristoteles melioris naturæ lumine ductus *Econom.lib.*1.*tex.*3. societatem esse, ait, maximè secundum naturam maris,& fœminæ, eorumq;societatem necessitate constitutam.

Præterea diximus, attenta hac constitutione non requiri communionem rei,quæ venditur:cum protomisis locum habeat,tàm si pro diviso,quam si pro indiviso res vicina vendatur, quod & tetigimus

mus *in princ. constitu. vers. ex parentela*, *meritò,&c.*

15 In judicio autem communi dividundo sociorum privilegium est in electione partium, ratione propinquitatis rei propriæ ipsius socii eligentis ad rem communem divisam, ex relatis per *Ant.Capi. dec.42.*

16 Non est silentio pretereundum, quod *Jo; de Amicis consil.20.* ad secundum, inquirens qua ratione socius in re communi vendita aliis præferatur, dicit,præsupposita hac *l.* per quam attenditur majoritas vicinitatis, socium habere vicinitatem, non solum per decem, sed etiam pro infinitis
„ partibus; nam in re communi pro indiviso quili-
„ bet sociorum habet in qualibet parte, & cespite
„ partem, secundum *Glo. in l. qui Romæ. §.duo fratres de verb.obli.videtur tex.in l.2.C.quando,& qu.*
„ *4.pars deb.lib.10.* deinde subdit. Consocius exclu-
„ dit omnes collaterales, quamvis conjunctos in
„ mille lateribus, ut in *d. constit.* ibi postea socii,
„ qui sunt conjuncti. Et non est ea ratione scilicet
„ privilegii societatis principaliter, ut quidam Nea-
„ politani dicunt (Afflictum intelligit) Sed est ra-
„ tione majoris vicinitatis, & conjunctionis; quia
„ quilibet sociorum in re communi habet in quali-
„ bet cespite partem suam pro indiviso.

Exinde infert ipse Joannes de Amicis ad protomisim domus habentis plura solaria, vel furnum inferius, sequens *Napodan.in consuet.Neap.eo.tit.*

SUMMARIUM.

1 S*ocii unde,& quid dicantur.*

Postea socii. Glosa Antonii de Caputis.

1 SOcii secundum derivationes dicuntur propter periculum,vel operis societatem,vel à sequor eris, Unde propriè socius in periculis, collega in officio, Comes in itinere, consors in præmio, sodalis in mensa. Et de multiplici societate tractat *Gl. in clem. 2. de pœnis* sed hic accipitur societas, prout est communionis, per ea; quæ dicuntur supra ea,constit. ibi communem domum, vel rem immobilem divisam, vel indivisam) facit *instit. de oblig.quæ ex quasi contra §.item si inter,& est tex. pressum ff.pro socio,l.ut sit,cum seq.& commun.divid. l.2.cum simil.Anto.de Caput.*

SUMMARIUM.

1 P*Arentes, socii, & qui sunt sub uno servitio, etiam ex minima parte conjuncti omnibus præferuntur.*

Ex aliqua parte,

1 ISta dictio est relativa diversitatis;quia refertur ad diversas partes, & in modica parte verificatur,ut nota,*extra de prab. c.cum jam dudum.*

Et ex hoc puto, quod his tribus personis, scilicet parentibus,sociis,& qui sunt sub uno servitio si ad rem alienandā conjunguntur pro aliqua parte, quod antefe.untur omnibus aliis quantumcunq;conjunctis,etiam pro majori parte,& sic fallit in fine hujus legis ibi (qui habent protomisim à tribus partibus,*Anton.de Caputis.*

SUMMARIUM.

1 C*Onservi, an sint præferendi vicinis.*
2 *Conservi qui sunt, & an curiales.*
3 *Curialium res non nisi necessitate urgente venduntur.*
4 *Curiales, consortes sunt.*
5 *Curialium tres species.*
6 *Curialium hodie libera alienandi facultas.*
7 *In feudis an sit locus protomisi,cum ratione feudi teneatur suscipiens servire.*
8 *Vassallus non ideò dicitur servus, & si teneatur prò feudo præstare servitia.*
9 *Notantur Federic. quod in quandam servilem conditionem vassallos ratione feudorum redegit.*
10 *Vassallo vendente feudum, cessat jus protomiseos.*
11 *Qualitas personarum in feudi alienatione indagatur,nec fit absque consensu Regis.*
12 *Consentire in feudi alienatione est donare, ideo consensus est strictè intelligendus.*
13 *Servitium quod pro feudo præstatur, si personale, cessat jus protomis.secus si reale, & quæ sit differentia.*
14 *Feudum possidentes pro diviso sub annua pensione quæ dicitur reale servitium,habent jus protomis.*
15 *Investiti de eodem prædio sua reali servitio videntur socii, ideò secundo gradu invitandi.*
16 *Feudum emens pro se, & cui dederit, tenetur vicinis jure congrui, & quid illa verba investitura importent.*
17 *Dominus est honorandus, cum feudum alienatur, & quandoque Rex, quandoque Baro.*
18 *Domini assensus non requiritur data licentia alienandi ex forma investituræ.*
19 *Clausula ad habendum,tenendum, & possidendum feudum,& quicquid sibi placuerit faciendum quid importet;*
20 *Licentia alienandi feudum in investitura concessa, intelligitur secundum formam legis.*
21 *Feuda indistinctè, & quibuscunq; vendi possunt, nec domini requiritur assensus ex Gallia consuetudine, ubi feuda instar Patrimonialium sunt.num.25.*
22 *Novus vassallus jure investiruræ nihil Domino debet,cum ejus assensus non requiritur ex consuetudine.*
23 *Agnati post dominos invitandi sunt, quasi jure protomiseos in feudi alienatione.*
24 *Agnatorum prelatio in emptione feudi non dicitur protomis. nisi quoad quid.*
26 *Feudalis retractus cum consuetudinario magis, quam cum jure hoc protomis.convenit.*
27 *Juris congrui quatuor species.*
28 *Feudum emens cum licentia alienandi, tenetur Domino,& Agnatis, quo ad retractum.*
29 *Dominus jure consolidationis utilis Dominii cum suo directo est emptori præferendus,& infra quod tempus.*
30 *Agnati ratione sanguinis admittuntur, & vicinos excludunt in feudi emptione, & infra quæ tempora.*

13 Feu-

31 *Feudi revocatio, differt à prælatione ad feudum.*
32 *Feudi alienatio valida est supponenda, cum quæritur, an in illa sit retractui locus.*
33 *Domini consensus, an præjudicet filiis; & agnatis.*
34 *Dominus, an Agnatus præferendus est, remissivè.*
35 *Agnati tàm proximi, quàm remoti invitandi sunt.*
36 *Vicini admittendi sunt ad rem feudalē, cum venditur, domino, & agnatis non contradicentibus.*
37 *Domino infeudante an sit locus congruo.*
38 *Principis quanta sit in feudis authoritas, cum sit legibus solutus.*
39 *Princeps ex sola concessione transfert dominium, & possessionem.*
40 *Inferior à Principe in feudis dat, & cessat protomisis.*
41 *Feudum ex benevolentia datur, ideò & si pro præstandis servitiis concedatur, quoniam præponderat beneficentium, dicitur species donationis, si non simpliciter, saltem ob causam.*
42 *Feudum si precio detur, an sit locus congruo.*
43 *Feudum pecunia quæsitum à benevolentia investientis adhuc proficisci dicitur, & si à propria, & vera feudali natura deviet.*
44 *Læsio quomodo considerari potest in feudi concessione ad intellectum cap. ad nostram, de reb. eccl. non alie.*
45 *Feudum possidetur, uti tale, etiam quod necessitate urgente conceditur, ejusque possessio semper favorabilis.*
46 *Vasallo propter servitia rei utilitas naturaliter cedit, unde fructus feudi apud Dominum pignorati non lucratur, quoniam non servit.*
47 *Læsio considerari non potest in feudo absque ulla necessitatis causa concesso.*
48 *Servitia regulariter sunt personalia, & an sint ex feudi substantialibus.*
49 *Labor personæ in feudis major est qualibet precio, quod facit pro vitandis scopulis, qui occurrunt ad intell. c. conquestus de usur.*
50 *Inferior à Principe dicitur, qui nullum habet Principatum.*
51 *Feudi investitura ubi in fraudem fit, locus est protomisi.*
52 *Vasalli inviti alienari non possunt, nisi Domini necessitas urgeret.*
53 *Vasalli habent jus prælationis, veluti promis. ut pretium offerentes, possint se redimere, atque in dominio Principis ex tunc haberi, & quid intersit esse demaniales.*
54 *Universitates Regni post anni spatium à die nota possessionis, nec per viam restitutionis possunt se redimere.*
55 *Consortes ratione unionis jurisdictionis, habent jus retractus.*
56 *Civilis, vel criminalis jurisdictionis appellatione, quid veniat.*
57 *Ecclesia est manus mortua, ideo non præfertur.*
58 *Manus mortua, quid, & unde dicatur.*
59 *Consors non potest vendere partem jurisdictionis, quam habet in castro ad æmulationem.*
60 *Habens rem feudalem, cum dicatur esse in ejus bonis, an retrahat rem vicinam venditam?*
61 *Feuda quædam sunt juris publici, quædam pri-*
62 *Limitaneus ager qui dicatur, & an feudum sit ager limitaneus, cum in eo non detur accessio?*
63 *Barones non possunt mandare vassallis ne vendant aliis, quam sibi, & an præferantur in locatione.*
64 *Universitas vendens, vel locans, non tenetur invitare vicinos remissivè.*
65 *Coloni fiscales habent jus prælationis in primo gradu, & qui sint.*
66 *Patronis competit jus accrescendi in duobus, vel pluribus libertis.*
67 *Verus sensus eorū, qui sunt sub eodē servitio itidem qui possident in eodem territorio & cives sunt.*
68 *Cives, & municipes præferri extraneis forensibus ratio est, & favor.*
69 *Cives qui, & qui Forenses prohibita venditione alii, quàm Concivi suo.*
70 *Retractus jure communi comprobatur.*
71 *Retractus conterraneorum, & Concivium est favorabilis.*
72 *Retractus contra forenses, an comprehendat filium retrahentem bona patris, vel majorum.*
73 *Constitutio Sancimus debet dici jus commune.*
74 *Metrocomia quid sit ad intell. Rubr. C. de habit. metroc. lib. 11.*
75 *Conservi, seu sub eodem servitio quoad eundem Baronem, qui sunt.*
76 *Servitium præscriptum in regno subditis Baronum.*
77 *Nemo potest effici homo alterius sine assensu Regis.*
78 *Verbum servire quid?*
79 *Verbum dominii largum, & in quacunque modica superioritate ejus significatio salvatur.*
80 *Retractus in favorem civium secundum statutum Venafri.*
81 *Uxor effecta de domicilio viri, an gaudeat retractu sui fori originalis.*
82 *Forensis effectus civis tempore traditionis rei venditæ an petat ut civis.*
83 *Alienatio rerum stabilium potest prohiberi in forenses favorem civium.*

Sub eodem servitio.

1 Servitio) iste versiculus, ut tertio ordine vocentur hi: qui sunt sub eodem servitio, habetur vario modo, nec fuit in omnibus æditionibus, quidam habent (Postea socii: qui sunt similiter conjuncti post hos illi, qui sunt conjuncti tantum, etiam qui extranei sunt, post omnes istos vocentur illi: *qui sunt sub uno servitio, & sunt conjuncti ex aliqua parte*) secundum quam lecturam consortes servitiorum essent in ultimo gradu, quod non est. Alii non habent versiculum de his, qui sunt sub uno servitio, sed tantum ponitur tres gradus invitandorum jure vicinitatis, ideò *Afflict.* nec verbum quidem dicit de hujusmodi conservis. Novissimæ impressiones communiter habentur, sicut & ego *textum* fideliter posui, collocando in tertio ordine consortes servitiorum, & est rationabile, ut in discursu patebit, & hanc lectionem agnovit *Caputus* ut patet *Gl. sup. vers. ex aliqua parte.*

2 Qui sunt igitur hi sub eodem servitio? *Robertus Maranta Venusinus in sollemni tractatu de multipl. alie. prohib.* novissime in lucem ædito, à me tamen antea viso penes doctissimum, & humanissimum domi-

dominum,& præceptorem meum Robertum nepotem, *num.* 121. exemplificat in curialibus, ut cum feudum curialis vendit,& alter curialis est vicinus, is præferatur tertio loco, excluso non curiali vicino.

3 Sed non transit sine difficultate; quoniam res curialium immobiles vendi non possunt sine decreto *l.curiales.C.de præd.curial.lib.* 10. Nec passim venduntur, sed necessitate cogente *l.* 1 *eod.tit.* ubi dd.notant.

Re autem ex necessitate vendita cessare dicimus jus protomiseos.

4 Præterea si de curialibus intellexisset *Federic. Imp.* illi fuissent secundo gradu positi;quia consortes sunt *per tex.l.* 1 *C.quando, & quib.* 4. *pars debe. lib.* 10.

4 Nisi dicas esse alias species curialium: tres enim ponit *Lucas Pennius in d.l.curiales*, est mentio *in constit.reg.statuimus,ut magna.de offic.magi.instit. ubi Glo. & Napod. in consuet. Neap. de instrum. confect.per curial.*

5 Et in qualibet specie intelligas, hodie cum libera sit Curialibus potestas alienandi sine decreto,& ad domini libitum, dictum domini *Maranta* est notabile, ut ipsi Curiales tertio loco admittantur ad jus protomiseos, duobus modis privilegiati per hanc constitutionem. Primo, ut præferantur aliis extraneis. Secundo, quod ex minima parte conjuncti alios excludant: qui conjungerentur etiam ex tribus partibus, ut valdè notanter declarat hic *Ant.de Capus. vers. ex aliqua parte*, quod poteris notare, si casus accideret inter decuriones alicujus oppidi, & alios officiales collegiis: quoniam hi essent invitandi, ut emant magis quam vicini extranei.

7 Si diceremus hunc textum intelligi posse in duobus vassallis: qui sunt sub servitio ejusdem domini, conveniunt quoque verba hic posita; Nam in id datur feudum,ut suscipiens,& hæredes serviant, sive servitium sit certum, sive incertum, habetur *in cap.* 1.*§.beneficium, in quib. cau.feud. amitta.* Et sive sit Baro, cui pro feudo præstatur servitium in Regno per *cap.* Caroli II. cujus est initium Comitibus, & Baronibus.

Sive Rex ipse puta pro feudis quaternitatis, ut dicit *And.in cap.* 1.*§.similiter. de capit. Corradi, & in constit.domini à vassallis*. facit,quod legitur in *cap.* 1.*§.& quia.vers. cum verò Corradus tit. incip. consue feud.ibi.* Petitum est a fidelibus:qui in ejus erant servitio. Item vassalli de familia domini esse videntur secundum *Affl.in cap.* 1.*§.item si quis nu.* 70.*causa.*40.*quib.mod.feud.amitt.*

8 Non tamen intelligas per hæc dici servos,etiam si non possent à loco Vassallagii recedere. *Bald.in l.summa D.de statu.homi.*

9 Inter scelera Federici Imper. quem tenui fuisse hujus constitutionis authorem hoc notavit, improbavitque Innocentius IV. in Concil.Lugdun. quòd homines Regni redegerat in servitutem, ac sub quadam servili conditione vivere compellebat *de senten.& re jud.lib.6.cap.ad apostolicæ.*

Et hic intellectus optimè facit pro iis: qui tenent jus protomiseos habere locum in feudis: qui opinionem verissimam asserit, & de ea nunquam fuisse dubitatum per feudistas peritos. *Fab.de Anna pract.obser.*10. *obser.* quem quoque memini supra *ver.per emphyteosim.*

Tu tamen adverte,cum quæritur an jus protomiseos, & congrui locum sibi vindicet in feudis? oportet enim primò distinguere causarum figuras, deinde jura,figurari potest,uno modo,quando vassallus vendit altero modo, quando dominus de re immobili aliquem infeudat. Quò verò ad jus,aliud erit quæsitum an sit locus protomisi per istam legem, aliud si per consuetudines feudales, nec temerè, & simpliciter respondebis quæstioni propositæ: quæ uno, vel altero modo intellecta diversam admittit juris interpretationem.

10 Primò,cum vassallus vendit feudum, respondet *Afflict. hic* 3. *Notab. num.* 7. *vers. item quæro* an istud jus protomis. habeat locum in feudis, quòd
,, non,quia,inquit,in generali appellatione bonorum
,, non veniunt feudalia,& quia alienatio non potest
,, fieri vicino de re feudali sine consensu Regis. Et
,, quia si Princeps consensit Titio extraneo ementi
,, non propterea sequitur quòd consenlit Sempronio
,, vicino;quia alia est persona extranei,alia vicini.Et
,, Princeps non debet habere eum in vassallum:
,, quem nollet. Alias sequeretur, quod feudum jure
,, congrui posset alienari vicino sine consensu Re-
,, gis, quod est contra constitutionem *Affl.* Eandem conclusionem firmat *Jacob.Novel.num.*129. *& seq. fol.*33. non faciens mentionem *Affl.*

11 In feudis discutitur, & indagatur qualitas personarum,an sint habiles ad servitia; & fidelitatem. *Signor.de Homod.consil.*221.

12 Et consensus domini limitatè,& strictè intelligitur super feudi alienatione,quia consentire est donare. *Andr.cap.*1.*in princ.de probib. feud. alien. per Feder.& in constit.Regn. in aliquibus. vers.si verò minores filiæ.Frecc.de subfeud.auth.*2. *num.*12.

13 Limita, & declara conclusionem in feudo: pro quo præstatur servitium personale; quoniam si esset concessum sub avvo redditu,non esset feudi natura censendum, sed magis emphiteoticus, & censualis, etiam si verba concessionis concepta essent de feudo, ideo in tali re haberet locũ jus protomiseos per hanc constitutionem.ita *Sempro.Ascia determi.*34. inter. *Antonellum*,quem,& supra meminimus, *vers.per emphiteosim. in fin.ex dicti sThom. Grammat. dec.*77. *Frecc.Joan.Vinc.Annæ*, & aliorum,ut ibi, quibus commodissima sunt,quæ colligit *Bartolo.Cassan.in consuet. Burg. de fieds rubr*;3. *in princ.num.*7. & inde post *Pyrrum, & Joan.Sayson.in suis consuetud.*

14 Vnde sequitur,si duo,vel plures possiderent pro diviso prædia quædam de feudo, pro quibus quilibet eorum teneretur domino ad annuam quantitatem frumenti fortè, vel alterius rei, qui vendere vult suum prædium, debet denunciare vicino habenti jus protomiseos ratione prædii de eodem feudo depredentis, per hunc *tex.* constitutionis Federici;quoniam omnes sunt sub uno servitio,non certè personali,sed reali, secundum distinctionem *Cyni in auth.Ingressi,num.*22.*vers.circa præmissa adhuc quæro.C.de sacr.san.eccles.* sequitur *Alex.consi.*136.*num.*4.*vol.*1.annua enim præstatio dicitur reale servitium,dicit *Cyn.ibi.* idem *Alex.consi.*79.*num.*17. *vers. & licet ultra juramentum. vol.*1. allegat *Bald.in feud. de pace constant. vers.libellarium.*

15 Fortius hi si essent de eodem prædio investiti sub

sub hujusmodi annua præstatione realis servitii, uno eorum vendente, alter esset invitandus, ut emeret secundo gradu in ordine sociorum, & consortium, non autem tertio, de quo nunc agimus, existentium sub eodem servitio, juxtà ea: quæ diximus supra *vers. socii qui sunt conjuncti.*

16 Item is; qui feudi investituram habuit pro se, & cui ipse dederit, cum postea vendit subjicitur huic legi congrui, & protomiseos: illa autem verba investituræ, pro te, & quibus dederis, non solum operantur licentiam alienandi irrequisito domino, sed plus, quòd ille: in quem sit postea alienatio retinebit illam rem liberam expeditam, & tanquam allodialem, non autem jure feudi, secundum *Glos. Isern. Bald. Alver.* & communiter feudistas in *cap. 1, de feu. non hab. propr. natur.* quod mirabile singulare, & perpetuò menti tenendum reputat *Curt. in tract. de feud. relatus in syntag. commu. opin. uni. jur. tit. de feud. emphyt. & locat. loco 5. cap. 18. fol. 81. lib. 2.*

Hæc vera sunt quantum attinet ad ipsum jus protomiseos introductum ratione vicinitatis rerū Sed est aliud jus prælationis, cum feudum venditur partim ratione directi dominii, partim ratione sanguinis, & in eo respondendum est, affirmativè, idest, retractui locum esse.

17 Verum Præcipuus honor exhibendus est Domino, quoties feudum alienatur: cujus assensus si deficit, alienatio nihil valet, ac Vassallus feudo privatur, est *tex. vulgaris in cap. Imperialem. de proh. feud. alien. per Feder. & in reg. constitu. Constitutionem divæ memoriæ.*

Dum tamen advertamus, quod in alienatione feudi: quod vocant planum, & de tabula, alias excadentiale, vel Actenesia, vel rusticum à Barone concedi solitum, satis est honorari pro assensus impetratione eundemmet Baronem, non etiam Regem. In alienatione verò feudi quaternati, vel alterius: in quo Rex debet consentire ei supplicandum est, honorque exhibendus ex decisione Sacr. Consilii Neapolitani, juxta usum Regni. per *Afflict. decis. 243. Nardus Cocus,* latius in *d. cap. Imperialem. in princ, qu. 6, & in d. constit. constitutionem post Glos. & Andr. Isern.*

18 Sed ex forma investituræ id quandoque pretermitti potest namque si depositivè exprimatur feudum concedi, ut habeat ipse, & sui hæredes, & cui ipse dederit, qui sic accepit, poterit id vendere, & cæt. etiam non requisito domino, quasi quoad hoc non reguletur secundum propriam feudi naturam tex. est in *cap. 1. de feud. non hab. propr. natur.*

Qui effectus resultat ex clausula ad habendum, tenendum, & possidendum, & quicquid perpetuò sibi, & suis placuerit faciendum, dummodò non sit posita in executivis, nec per eam inducatur repugnantia, vel contrarietas propter formam ipsius investituræ, & feudi propriam expressamque naturam in præjudicium vocatorum, & comprehensorum in investitura, juxta communem, & receptam plurimorum sententiam ex relatis per *Octav. Cacher, decis. 164. per Rotam Lucenem, & Januensem in locis citatis ab Illustri Præsid. Vinc. de Franch. decis. 6. num. 7. & inde.*

19 In dubio enim cum alienare, & disponere de feudo non sit de natura contractus feudalis, videtur data licentia alienandi secundum formam legis, idest ipso domino requisito, ex magis communi opinione dd. quam testatur *Hippoly. Rimin. consil. 176. num. 33.* ubi in id citat *Afflict. decis. 307. nu. 21. & n. 37.* respondet textui *d. cap. 1. de feud. non hab. propr. feud. natur. ex Calcaneo consil. 50. col. 3.*

20 Præter formam investituræ, idem evenire posset propter consuetudinem adversantem feudi naturę, sicut est in Regno Franciæ, quia bona feudalia indistinctè vendi, & de eis ad libitum disponi à Vassalis, omnesque personas esse capaces, mutos, surdos, decrepitæ ætatis fæminas, & similes, jure tamen feudi prohibitas, asserunt DD. Galli, quorum primus assertur *Jo: Fab. in §. adeo. Instit. de loca. & cond. in §. fin. de assignat. libert. & de empt. & vendit. post. principium Andr. Tiraq. de retrac. lign. §. 1. Glos. 3. num. 10. & seq. Joann. Bessia in consue. Alver. des fiefs art. 16.*

21 Qua ratione ipse dominus non posset à novo vassallo aliquid recipere jure investituræ ex eorum generali consuetudine testatur *Nicol. Boer. §. 5. des costum. des fiefs. vide Guid. Pap. q. 415.* & concordantes latè per *Franc. Becci. cons. 2. laudemium, seù majus laudativum. lib. 1.*

22 Successivus honor Generi debetur, idest Agnatis quibus offerri oportet, ut pro æquali precio ipsi accipiant, ut est *tex. in c. 1. §. sed, & res*, per quos fiat investitura, cujus verba retulimus supra in *Glos.* per emphyteosim.

Quo respectu *Bald. in suo præsertim tractatu n. 12. in fine*, videtur, inquit, quod jus protomiseos habet locum in feud.

Latius explicat *Afflict. hic 3. not. ante numer.* 8. *in feudis habere locum jus protomiseos ratione sanguinis; nam proximior consanguineus poterit agere jure congrui, & proximior venditor tenetur illi vendere per tex. in terminis d. §. sed., & res.*

Baldum, & Afflictum meminit, & sequitur *Andr. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Glos. 3. num. 11.* citatque *Jo: Fabr. Bartolo. Cepol. & Jaso. pro statuto.*

23 Rectius tamen loquutus est *Bald.* per verbum videtur, quoniam, ut vides, retractus iste in feudis, sive ratione præheminentis dominii, sive ratione sanguinis non regulatur cum nostro jure protomiseos: quod est propter vicinitatem rerum, considerata nihilominus ipsorum vicinorum qualitate secundum nostram constitutionem. Videtur autem protomisis dici posse quoad quid, idest quod in venditione feudi, alienans preferre debet eos: qui ex consuetudine feudi invitandi, & honorandi sunt, quemadmodum fit hic in venditione rei immobilis conjunctæ jure vicinitatis, quamvis modi, termini, & rerum & personarum conditiones valdè distent,

24 Ad feuda igitur, cum de agnatorum prælatione agitur, præsupposita alienatione, magis conveniunt ea; quæ de retractu habentur per locales consuetudines, & statuta consanguinitatis gratia,

25 quam jus hoc protomiseos, ubi præsertim feuda instar patrimonialium sunt, ut & alienari, & dividi possint, quoad apud Gallos testatur *Jo: Fab. in princ. Instit. de empt. & vendit. Arnol. Ferro. Boer.*

Jo:

Jo:Sanf.Pirrus, Cassan. quod, & tetigi supra proximè, *vers.præter formam.Guid.Pap.q.*59.

26 Ideò oculatifs. *Napol.in rub. consuet.Napod. de jure congrui distinguendo species quatuòr juris congrui, ponit primum consanguinitatis, pro quo, ait ipse, facit in* 10. *collat. per quos fiat investitura, in fin.in Glo.qua incipit nam & aliàs.*

*Secundum verò vicinitatis, & propinquitatis hæ, & istud dicitur protomiseos, ut not. dominus Andr.de Bajulo C.de præd.cur.l.curialis lib.*10.

27 Ex quibus sequitur, ad quæsitum principale benè responderi negativè. In venditione feudi non esse locum juri Protomiseos nostræ constitutionis. Verum congruo, & retractui consanguinitatis, ac dominii. Quoniam & si permissa sit alienatio feudi, nihilominus videtur tacitè cautum, ut sit salvum jus domini, & agnatorum nolentium uti retractu, cum tale jus redimendi non reperiatur eis id emptum, *Bald.in c.*1.*§.porro,ante fin.quali. olim pote f.n.alien.Barto.Cassan. in consuet. Burgun. des fiefs.§.*8.*Paris de reint.feud.tit.jus congr. vel protomis.in feud.num.*8.*fol.*133.

28 Ut dominus ad retractum admittatur, & restituto pretio emptori præferatur, facit ratio consolidationis utilis dominii cum suo recto, de quo diximus supra ver.per emphyteosim. *Joan: Bessian. in consuet.Alvez.des fiefs.art.*20.*& des emphit.art.* 11.

Idque habet infra annum adversus extraneum emptorem, cum de sua prælatione contendit, *tex. est in d.c.*1.*§. porro,& ibi Bal. Paris de Put.ubi supra in prin.*concordantes allegat *Tiraq.de retrac. lign.*18.*§.*1.*Glos.*10.*num.*5.*&* 6.

29 Ut admittantur Agnati, est ratio sanguinis, quare proximus agnatus excludit pro æquali precio extraneum emptorem,*tex.est non semel citatus in d.§.sed, & res*; per quos fiat investit.secundum *Bal.hic, & Afflict.* & alios, quos allegavimus per *Fabium Ann.observat.*10.*Paris Put.d.tit.jus. congr.vel protomis.in feud.*

Et infra quæ tempora liceat consanguineis agere,*not.in c.*1. *§.Titius filios.si de feu.defun.controv. fuer. ver.* per annum, de quo Paris ubi supra.*Decius consil.*395.*&* 328. *alios* congerit *Jul. Clar. §. feudum.q.*42.*vers.scias tamen Octav.Cacheran. decis.*176.

30 Cum verò agnati alienationem revocant impugnantes eam, fortè quod malè à proximo distractum esse asserunt nec ad precii restitutionem teneri volunt; de qua re *Ruin.consi.*69.*num.*17.*lib.* 3. *post Afflict. in §. hoc quoque, titul. de success. feud.*

Talis dici debet revocatio alienationis feudi; non autem ad feudi prælatio, & qua agimus; & quæ fit per restitutionem precii, præsupposito, quòd feudi venditio tenet ipso jure. *c.*1.*§. Titius, si de feud.defun.conten. sit int.dom.& agnat.*

31 Quoties enim asserimus locum esse retractui in feudi alienatione,valuisse alienationem supponendum est. *Bartol.Capol. consi.civil.*47. in causa vertente inter dominum *Jacob.Tiraquell.* comprobat *in §.*1 *Cl.*3.*num.*11.

32 Et an per consensum domini præjudicetur filiis & agnatis? videatur post alios *Jo. Cephal.consi.* 608.*num.*34.*& seq. vol.*4.*&* 694. *pro Marchione Camillo vol.*5.

33 Cum verò concurrunt dominus directus feudi & agnati ejus; qui vendidit, quis præferendus? distingui oportet, ut per *Glos. & Scribentes in d. §. porro. Arnol. Ferron.* notanter *in consuet. Burdig. de retract. §.*2. *Tiraq. de retrac. lignag. §.*21. *Glos. unic. in princ.* dilucidat magis distinctè *Jul. Clar. §.feudum. q.* 66. *vers. sed quid si vassallus cadat, Pyrrus in consuet. Aurel. de retrac. c.* 13.*fol.* 149. *Thom. Grammat. decis.* 77. *Mi. Crass. in syntagm. com.opin.loco* 5. *de feud.cap.*27.

Novissimè ad plures quæstiones retractus in proposito alienationis feudi videndus est *Andr. Pachin. controvers. jur. lib.*7. *cap.* 15. *& pluribus sequentib.*

34 Et quod oblatio non solum filiis, & agnatis proximioribus, sed etiam aliis ulterioris gradus fieri debet, ubicunque alienatur feudum in extraneum,decisionem refert *Octavi. Cacher. dec.* 175. quarta,& ultima qualitas.

35 Quid si neque dominus velit, neque Agnati; cum res feudalis venditur,utrum vicini petere possint ex jure congrui,& retractus admitti,& extraneis emptoribus præferri? respondet *Alex.consi.*27. ad secundum dubium, habere locum retractum, quia ubi non contradicitur alienationi, judicamus de illa,prout de qualibet alia rei liberæ alienatione spectantis ad alienantem,quod credo notatu dignū pro istis feudis rusticis: in quibus cessat cēsura cōstit.reg.constitutionē divæ memoriæ.*Affl. dec.*243. & latiùs *in dict. constit. constitutionem*, quem sequitur *Thom. Gramm. d. decis.* 77. *vers. Nec suffragatur*, vide quoque *Napod. in consuet. in bonis vers.sed in bonis tit.in quib.reb.hab.loc.quarta.*

36 Quid si dominus est, qui infeudat, nunquid locus erit congruo, & retractui? videtur quòd sic, quoniam sic contractus feudalis habeat singularia quædam ab aliis contractibus, accedit tamen ad contractum emphyteoticum, per *Jason. in prælud. feud.n.*63.*Socci.jun.consi.*72.*n.*57.*lib.*1.

Sed in emphyteosi locum sibi vendicat jus protomiseos, per hanc constitutionem, ergo, & in feudo, ut in procedat argumentum ab emphyt. ad feudum.*Everar.in Topic.*& diximus supra *vers. per emphyteosim.*

37 Contrarium tamen concludimus. Nam considero si Princeps est, qui concedit, ejus enim authoritate omnia feuda consistunt. *c. imperialem. §.* 1. *de prohib.feu. alien. per Federic.* ideò cessat ista lex:quæ cum sit positiva, ei nequaquam subiicitur Princeps vi coactiva. *D. de legib. l. Princeps*, quia ab omni regula negativa, seu prohibitoria intelligitur exceptus, ad *not.in l.humanam C. de legibus, per l. quominus. D. de flumin. Bald.consi.*324. quæritur utrum *Papa. vers. Nec obstat prædictis*, de qua re *Zasius in Catal. ll. antiq. de leg. Cornel.* ubi quomodo Princeps solutus sit. *ll.Petr.Gregor. syntax. art.mirab. lib.* 39. *cap. de legib.observ. & contemp. Mar. Ant. Muret. in annota. ad l. Princeps, de legib.*

38 Item Princeps ipse ex sola concessione transfert dominium, & possessionem secundum.*Bald. in l.*11. *C.de rer.permut.& in prælud.feud.col.*6.*vers.sed advertendum est.Sigis.Loffr.in suis prælud. col.*2. *in §.* 6.*quæritur.*

Præsertim cum Princeps verbis utitur: ex quibus

bus mens arguatur, ita voluisse. idem *Loffred.post Pennensem*. quem refert, & Baldum, quibus addo *Didac.Covarr.variar.resol.lib.2.cap.19. num.3.*

39 Sed ponamus, quod quilibet à Principe inferior, etiam si esset rusticus, rerum tamen suarum administrationem habens rem daret in feudum, juxta *c.1.§.novi.per quos fiat investit.Bal.in c.1.de his, qui feud.dar.poss.Andr. in cap. si verò contingerit. vers. patet. de allodi. Jo. Ceph.* qui de communi opinione testatur *consil.608. à num.2. vol.4. post Curt. Iun.* quem meminit *de feud.2.par. qu.4. habetur in Syntag.comm.opin. uni. jur. loco 5. de feud.* quamvis adversetur *And. Facchin. noviss. controver. Iur. lib.7.cap.74.*

40 Alia ratione concludi oportet protomisim cessare, quoniam feudum est, quod ex benevolentia datur. *cap. 1. §. fin. in quib. caus. feud. amitt.*

Ideò dicunt esse speciem beneficii, velut est donatio, si non simplex, saltem ob causam, ut per *Oldr. cons. 159. num.3. Bald. consil.300. vol.2.Soccin. consil.30. num.9. vol.3. & consi.53. num. 14. vol.4.*

In donatione autem quocunque nomine censeatur protomisis locum non habet, *tex.est ubi notavimus infra.§.causa dotis.*

Nec quia in definitione feudi, illud ad hoc concedi, habetur, ut suscipiens, & ejus hæredes fideliter serviant, eò minus concessio dici debet gratiosa; cum præponderet beneficium, ex dictis *Bald. in prælud.feud.vers. pro intellectu horum. num.9. & 10.*

41 Plus quoque videtur obstare, ut jus ipsum protomis.locum habeat, quòd per consuetudinem usurpatum est feuda posse pretio acquiri, teste *Bal. in cap.1. §. ex eadem. num. 2. de leg. Corradi. contra Glos.in cap. 1. de benefic.fratr.* de qua re notanter *Garzoni. tracta. de fœmin. ad benefic. recip. limitat.6.*

Undè videtur saltem hoc casu, cum sit emptio rei stabilis, debere vicinos præferri, ne alias fraus, fiat huic legi. Non enim censendum est feudum si non gravitate concedatur. *Jaco. de Belvis. & Nicol.de Neap. in cap. 1. de ben.fratr. & quali. fiat fratr.succed.* quos refert *Gueri. Piso. in prælud. feud.cap.an feudum pecunia acq.poss.*

42 Sed respondetur ex communi dd. resolutione pecuniam non obstare, quominus feudum pecunia quæsitum a benevolentia domini investientis proficisci dicatur, & si à propria, & vera feudali natura deviet, secundum *Bal.in l.si quam.C.de oper.lib. & l.qui se patris.C.und. lib.idem Bald.Isern.Alvar. Card. & alii in cap.1. de natur.feud.* allegant frequentes locos *in usib.feud.Canenista per illum tex. cap.ad nostram, extra de reb. eccl. non alien.* & de communi testatur *Guerin. in d. cap.An feud.pecun. acquir.in prælud.*

43 Nec præteribo, quo ad *d.c.ad nostram*, quomodò in concessione feudi consideretur læsio; ut sit locus remedio *l.2.C.ad rescin.vend.*

Prompta enim resolutio haberi potest, si consideremus, quòd licet regulariter feudi concessio sit actio ex munificentia, & prælati ecclesiarum possint cum capitulo infeudare, attamen cum necessitate urgente in feudum dederint rem Ecclesiæ, ut occurratur necessitati; quoniam eo casu nulla videtur haberi liberalitatis ratio, attēta necessitate. *l.rem legatam.D.de adim. leg.* Ex fine intento magis colligitur principale propositum vendendi, quam in feudum concedendi, ubi plurimum est liberalitatis, cum dicatur ex benevolentia dari, ut in definitione tradita *c.1 .§.fin. quib. caus. feud. amitt.* quæ communiter recepta est.

Ideo sequitur meritò locum esse, data læsione, remedio *d.l.2.de resc.vendit.*

44 Cum verò mentio habita fuerit de feudo, eodem themate retento, sub interminatione servitiorum interim possessum est, ut feudum: cujus possessio est favorabilis, probat *Bart.Cassan.ad consuet.Burgun. des fiefz.§.1. text. dedans lau. num.2. post Nicol.Boer.*quem allegat.

45 Ut non ab re decreverit ibidem Summus Pontifex fructus exinde perceptos compensari cum labore. Naturale est enim servitiis vassalli utilitatem rei feudalis cedere secundum feudistitas in *§.beneficium. d.tit. in quib. caus.feud. amitt.facit text. in cap.1.* ubi casus est singularis, extra de feud.in eo, quòd abstinendo se vassallus a servitiis fructus feudi apud dominum pignorati non lucratur, ad *Panorm.Abb. in cap. at si clerici, extra de judic. Cassan. in consuet. Burgund. des fiefz §.2. in fine primæ Glosæ*, ubi meminit *Francisc. Curtium consil.6.*

46 Quòd si ex parte illius monasterii depressi maximo debitorum onere propositum fuisset infeudandi, circumscripta necessitatis causa tunc imminente nullam læsionem allegare potuisset, ex quo cum pro feudo debitum esse servitium, quamvis

47 illud non credatur esse ex substantialibus feudi. *Andr.in c.1. §.hujus autem generis, in quib. caus. feu. amit.* de qua re *Camerar. in sollemni repet.cap. Imperialem . in prin.col.2.*

Et servitium regulariter fit personale juxta theoricam *Cyni in auth. ingressi. C.de sacr. sanct. eccl.* cui concordantes citat *Cassan. dict. tit. des fiefz in princ.num.7.& 8.*

Et dicit *Bald.* causam feudi esse radicatam in persona idest in servitio personali, *in l.si quas minas. col.antepen.C.de sac.san.eccl.* nec aliter esset propriè feudum, nisi servitium personale deberetur. *Thom. Grammat.* sequens *Cynum. decis.77. num.10.*

48 Sequitur quòd labor personæ etiam minimus omnem læsionis materiam tolleret tanquam major quolibet precio. *Bar.in l.1. 3.par.princ. Cod.de senten.*quæ pro eo quod inter, vide notabile verbum *Bal.in d.l.2.C.de resci.vend.vers.sed an habeat locum hac l.in concessione feudi.*

Quæ quoque ratio facit ad *tex. cap.conquæstus, extr.de usur.* & isto modo evitantur scopuli, quos opponunt dd. nostri, ut per *Didac.Covar. lib.1.variar. resol. cap.3. num.3.* & inde *Ary. Pinel. in repet.d.l.2. C.de rescin. vendit. 2. par. c.4. num.14. & seq.* ubi bona additio *Suarez.*

Quare sive Princeps investiat, sive inferior, sive ex mera gratia, sive etiam precio (cum & in precio sit beneficium) cessare dicimus, & tenemus jus congrui, quicquid sit dictum in emphyteusi; quoniam receptum est in hac exorbitanti retractus; & protomiseos materia post fieri extensionem

nem ad alios contractus quamvis similes.

49 Interiores autem à Principe eos intelligi, qui nullum habent principatum, declarat *Gai zon. de fami. ad feu. recip. limit. 44.*

50 Sed videntur hæc restringenda, nisi in fraudem vicinorum feudi investitura fieret pro investitura venditionis, quod in alienatione feudi *Jac. Cujac. de feud. lib. 2. tit. 4.* cum enim ex moribus non possit quis feudum alii vendere, quam agnato, in feudum tamen dare cuilibet posiit, *In feudum inquit, dari extraneo potest, neque tunc locus est juri protomiseos, nisi hoc fiat in fraudem consuetudinis, ut si ac simuletur investitura feudi pro investitura venditionis quo casu jus protomiseos locum habe. Idque clarius habetur, ipseque annotat eo. lib. 2. tit. 9.*

51 Alius est casus; in quo solet esse quæstio; sit necne locus congruo, & prælationi, & quomodo? cum scilicet Dominus intendit vassallos alienare, requiri enim eos debere, ut consentiant, ac invitos non posse alienari; deducitur ex *l. invitus, ubi not. D. de fideic. libert. Paul. de Castr. consi. 70. col. 3 num. 6. lib. 1. Aym. Crave. consil. 54. num. 3. 1. part. Iul. Clar. in § feudum q. 28. in princ.* ampliat, & limitat *Forti. lib. 5. conclus. reg. 21. in Syntagm. comm. opin. loco. 5. de feud. c. 20.*

Nisi inquiunt, necessitas esset urgens domini, ut alienet, lex namque cum necessitati cedat, liceret domino eos alienare etiam dissentiens. *Franc. Rip. respons. 25. Joan. Fab. in §. item serviana. Instit. de actionibus. Ioan. Cephal. consil. 451. num. 313. volum. 4.*

52 Sed isto tamen casu habent vassalli jus prælationis, veluti protomis. ita ut precium: quo fuerunt venditi offerentes possint se redimere, atque in demanio Principis ex tunc haberi; quoniam illorum interest alteri non subiici, cum semel fuerint demaniales, *Andr. in cap. 1. §. præterea ducatus, nu. 45. & seq. vers. ita tamen, ut vassallus, de probib. feud. alien. per Feder.* declarat notanter *Freccia lib. 2. de subfeud. 2. author. num. 26.* & secundum Frecciam fuisse decisum, refert *Io. Vinc. Anna allegat. 27. num. 20.* & ad materiam notabiles remissiones vide per *addent. ad Napodan. in probem. consuet. § præfatis, eundem Annam allegat. 87.* ubi an exceptio pragmaticæ solitæ juri obstet universitati retrahenti,

53 Verum hujusmodi facultas est hodie restricta infra unius anni spacium tantum à die captæ possessionis, quo elapso Regni Universitates sunt exclusæ, etiam per viam restitutionis in integrum; ut est novissima pragmatica; & vide dominum *Præsid. de Franchis dec. f. 17. par. 5.* quod, & notavimus in *fragment. jur. patrii vers. Universitas cum alienatur*, ut dixi super *vers. denuncietur, numer. 93.*

54 Similis quæstio retractus, & prælationis, neque ratione majoritatis dominii; ut cum vassallus vendit feudum; neque ratione sanguinis, ut cum Agnatus feudum vendit, neque ratione subjectionis, ut cum dominus vendit vassallos, sed ratione æqualis dominii, sed jurisdictionis occurrit inter duos pluresve dominos jurisdictionis consortes: quorum unus vendit, an alter præferatur, qui reliquæ jurisdictionis est dominus ratione unionis; cui respondet *Arnol. Ferron. in consil. Burdeg. de retract. §. 2. Consortem admitti, ubi vendita fuerit pars consorte, si quidem agatur de jurisdictione jurisdictionis favore, & cæteris præfertur*, ut docet *Bald. in l. 1. C. qui testam. face. poss. per l. quicunque, C. de fund. limit. lib. 12.* idque comprobat ipse ratione, & authoritate, subdit tamen contra opinionem *Baldi in suo Senatu judicatum in causa Regis Navarra, & Dominici Casii; qui tanquam consors ad castri partem venditam: cujus pro parte erat dominus admitti volebat, nec est admissus.*

In S.C. Neap. decisio est pro consorte, ut præferatur ratione unionis jurisdictionis: quòd evenire solet; cum alter civilem habet, alter criminalem de qua re *Mari. Frecc. lib. 2. de subfeud. d. auth. 2. num. 26. vers. si dominus, moderni addent. ad Napod. in prohemio consuet. Neap. §. præfatis, litt. F. Vinc. de Franch. decis. 17.* ubi notanter, & vide *Francis. Marc. decis. 359. part. 1.* ubi de jurisdictione communi cum fisco, an consors jurisdictionis debeat præferri hominibus loci offerentibus precium ipsi fisco, allegavi pro domino Duce Neritoni meo domino.

Fortius dico ex facto: Universitas Terræ Cisternini: cujus civilis, & mixta jurisdictio est Ecclesiæ Cathedralis Monopolis fuit ipsa prælata in jurisdictione criminali contra D. Vincentium de Tolf: qui eam emerat, restituto precio: quod ille solverat, cum non competiisset jus congrui, & prælationis Ecclesiæ Monopolitanæ consorti dictæ jurisdictionis, si enim competiisset Ecclesiæ, excluderetur Universitas, facto verbo in Collat. Consil. salutis anno 1581. Antonio Portio Episcopo pro sua Ecclesia stante, in cujus rei memoriam.

Inscriptio extat in porta Castri Cisternini.

DOn Joannes de Zunica Petræpretiæ Principi Castellæ majori commendatario, & in Regno Neapol. Prorege.

Quòd criminalem Cisternini jurisdictionem post annos quinquaginta à sævis Dominis ad Regiam potestatem revocavit. Cisternitates in tanti beneficii memoriam Principi justitia, & pietate clarissimo dedicarunt Salutis Anno M. D. LXXXI.

55 Quid

55 Quid autem veniat appellatione civilis, vel criminalis jurisdictionis, ubi duo sunt domini, declaravit Rex Ferdinandus per *pragmat. Graviter coram, inter cap.Reg.Io.Ant. de Nigr.fol.237. Arnol. solil.24.*

56 Ecclesia Monop. non potuit prætendere prælationem, quamvis conres esset in jurisdictione ratione unionis, ut tactum est, quando enim res devenisset ad Ecclesiam, incidisset in manum, ut vocant mortuam, idcò non patitur Rex directus Dominus in ipsam Ecclesiam fieri consolidationem, & acquisitionem ex dictis *Specul. titu. de locato. §. olim, est tex. in cap. 1. §.1. de alien. feud.* ponit *Mansuer. in sua practic. eod. titul. de locat. & jur. emphyt. num.14. vers.item si res. quæ data fuit* latius *Bart. Cassan.rubr. des mainsmort.§.10.in prin. num.54. vers.ex quibus omnibus,*

Et ego de mano mortua do tibi *text. in l.ut ubicunque in Longobard.quando lice.rector.eccl.*

57 Manus autem mortua non solum intelligitur Ecclesia, verum etiam Civitas, Collegium, & quodcunque corpus sæculare, vel Ecclesiasticum, ita dictum, quia sicut semel mortuus amplius non moritur, sic & hujusmodi corpus cum non mutetur, licet personæ: ex quibus consistit, mutentur.

58 Cum de duobus dominis egerim, & prælatione alterius ex eis, cum alter feudum, aut jurisdictionem venderet, non est silentio prætereundũ, quod si ille; qui sic vendit, extraneo venderet ad æmulationem consortis, non utique posset, juxta singularem doctrinam *Bald.in l.1. ad finem. Cod.qui testa. face. poss.* qui dicit istud esse specialissimum in jurisdictione, sequitur *Jaso. in l.2. C.ne fis.vel respub.* cum aliis per *Joan.Arno.dial.90,*

59 Sed hic quæro tandem, sitne dare casum, in quo attendatur jus protomiseos ratione vicinitatis, sive propinquitatis rei immobilis? resolutivè sic quòd sic, authoritate *Napoda. in consuetu. Neap. si quis emit. ver. alicujus, ante finem, titu. de jur. congr.* asserentis, quod qui possidet rem feudalem juxta feudum venditum habet jus congrui, sicut in agro vectigali idem concludit. Unde sequitur quod pro feudo competit jus protomiseos: licet contra possessorem feudi jus protomiseos non militet, ex antedictis ratione vicinitatis. Movetur *Napoda.* quia feudum est in bonis feudatarii ut vectigale prædium, ad *Glos.D.de verbo. & rer. signf. l.bonorum, & not.Andr.per quos fiat invest.circa princ.*

Cui tamen resolutioni obstat, quia quæ publica sunt, jus protomiseos non habent infra *§. fin. vers. Via publica.*

60 Feuda autem sunt de publico, dicit *And. in cap. imperialem, in princ. num. 7. de probib. alien. per Feder.* & alibi sæpè, & patet in *Longob. de benefic. & rer. tribut. l. in nomine Sanctæ* Concordat *Napod. in consuet. in bonis, tit. in quib. reb. loc. hab. quarta, vers. concessa feuda*, inquit, possunt dici, quod sunt in usu publico propter servitia: quæ præstantur pro re publica, & propterea commertium eorum sine jussu Principis non est.

61 Rursus videtur, quia in re feudali non datur accessio ex re uicinorum priuata; ex quo feudum creditur à quibusdam instar agri limitanei omninò sejuncti à Burgensibus, *arg.tex.l.in agris.D.de acq. rer. dom. not. instit. de rer. divis. §. præterea per alluvionem,* de quo *Alcia.lib.prætermis.ver.limitati agri, & in tres poster. lib.C. de fund. limit. habetur, & not. in cap.1.§.si quis de manso, si de investit feud.ubi Isern.Alvar.* & alii differunt.

Sed hæc ratio tolli potest, licet enim feudum sit designatum certis limitibus, non dicitur per hoc ager limitaneus. *P. Phil. Corne. consil. 15. col. fin. vers. nec obstat 6. vol. 4,* Nam tunc demum dicitur limitatus ager, quando feudum datur certis finibus & mensura limitatum, ut puta si concederentur centum jugera in feudum, secundum *Bald. in l.certa forma in fin. C.de jur. fisc. lib.10. Guer. Pison. in prælud.feu.cap. An feudi aumentum.*

Resolutè dico, quod Napodanus format quæstionem in habente domum, vel fundum feudalem, propè rem. quæ venditur, & ita intelligi oportet non simpliciter de feudo nobili, & dignitatis, sed de ignobili: quod burgensi vocant, & quod à plebe, & privatis personis dari solet minoribus, & minimis valvasoribus ad *cap.1. de his, qui feud.dar. poss.* & videtur sentire per *Napod. d. consuet. in bonis, vers. concessa, vers.sed feudorum commertium, & Glos.vers.sed in bonis.*

62 Præterea Barones feuda tenentes, uti potentes prohibentur per hanc constitutionẽ accipere quovis prætextu à subditis, per ea: quæ notavimus in *§.probibemus.*

Rex Ferdinandus pragmatica sanctione anno 1466. ædixit, Ne liceat Baroni prohibere, ut vassalli non vendant cuicunque eis placuerit, sed vendant ipsi Baroni incipit, officii nostri debitum. *tit.de Baron. & eorum officio.) Vide Annam singul.493.*

In quam pragm. novissimè ædidit locupletissimos commentarios *Ioann. Franc.Capob.* isque *num. 812. dum asserit Barones non solum cogere non posse subditos ad vendendum, sed neque ad sibi locandum rustica, vel urbana, præfertur verò in volentibus locare, dicit ipse citans Tiraq.in præfatis operis de utro. retr. num. 15.* ubi tamen *Tiraq.* nihil de Baronibus ponit, quamvis statuta, & consuetudines probet; quibus prohibetur locator alteri vendere priusquam requisierit conductorem an velit emere, esseque certos casus, quibus cum vendere aut locare volumus: debemus magis uni cuipiam. quam aliis vendere, aut locare, quod nos quoque recipimus, *ut in Glos. per locationem adnotavimus.*

Subdit Capoblanc. ita judicatum fuisse in Sacr. Consil. inter Marchionem Lauri, & Universitatem, Actuario Cioffo. Sed forte illa Universitas habebat quædam communia cum suo Domino, ut ratione consortii ille fuisset prælatus. Ex his, quæ adnotavi in *tit.de feud.forest.& aq.par.2.de defens. Baron.& 3.de defens. Univers.*

63 Cæterum Universitas cum vendit, vel locat, nõ tenetur denunciare, & invitare alios vicinos, ut emant vel conducant, infra *§. fin. vers. Via publica.*

64 Potest quoque intelligi, & exemplificari *text.* hic sub eodem servitio esse ad effectum prælationis in colonis agri privati Imperatoris. Sed de iis specialiter cautum est, ut primi sint requirendi, non tertio gradu, ut hic, cum aliis similis originis, &

Iuris, *tex.est in l.quoties. C. de agricol. & mancip. domini. lib.11.* ubi *Jo.de Plat.Penneus, & Rebuff.* notant.

Isti erant veluti Massarii: quos vulgò appellamus: quorum est mentio in *cap.reg.de offi.Magi. Massa.*

65 Item exemplifica in duobus libertis, propter jus accrescendi: quod in eis respectu patronum consideratur. *l.communi liberto.D.de bon.libert. l. utrum portio.de assign.libert.*

66 Ego teneo indubitanter Federicum Imper. intendisse, ut hi; qui habent possessiones in territorio alicujus Baronis, non aliter permittantur alienare per venditionem, emphyteosim, vel locationem cæteris vicinis nisi post ordinem parentum, & sociorum. Tertio loco requisiverint conterraneos vicinos subjectos eidem domino: Itaque concordat in hoc nostræ constitutioni consuetudo Barensis; *eod.tit.de jur.protomis.§.* jus protomiseos fines territorii non excedit.

Verum constitutio vlterius procedit vocando etiam cæteros: quod intellexit sequenti *vers. ibi.* Post omnes istos illi: qui sunt conjuncti tantum, etiam si sint extranei (quem sensum non habuit *Max.l.ibi. Nec in prima consuetud. ejusdem tituli num.13.*

67 Hæc prælatio civium, & municipium contra mines alterius domini potuit induci per legem propter id: quod de habitatoribus Metrocomiæ, habetur in *l.unic.C.de habit.Metroc.lib.11. quem text.Luc.Penn.* trahit ad statuta terrarum, ut nullus audeat vendere domos, aut possessiones suas aliis quam concivibus suis.

68 Ita se habent multa statuta per Italiam, & qui sunt in his casibus forenses, & qui cives, vide apud *Alex.consi.157.num.14.vol.2.* latius, & clarius per *Jo:Ceph.consi.246. Magnificus Dominus Galea. Malvas.consi.93. num 51. & Boer. decis. 13.* plura congerit *And. Tiraqu.in præfat.operis de utroque retr.num.14.§.1.Glo.9.nu.164.*

69 Et ex *d.l.unic.de habit.Metro.*& eadem ratione fundantur consuetudines retractus, ut in locis civitatis, per *Cassan. in consuet. Burgund. des Majns mortes, rub.9. §.11.* in secunda regula prohib.quædam quoque loca doctorum allegat *Maxilla Barensis de jur.protomis.§.colonus.in fin.& §. seq.circa finem.*

In primis verò *Azo in summa d. tit. de habit. Metroc.* intelligit illum textum, ut habitatores unius villæ nullo modo sua extraneo alterius villæ alienet, quod inquit *Azo* forsan receptum est; ne termini villarum confundantur, vide *Barto.& dd.in l.dudum.C.de contrah.empt.*

Proprior est colligatio, interiorq; societas cum civibus: cum quibus est ejusdem lingua commertium, quàm cum cæteris, eccles.c 8.

70 Unde in hac parte fauorabilis uidetur hæc constitutio juris protomiseos: præferens conterraneos extraneis: nam, & ciues facilius possunt sustinere onera publica possidentes immobilia eidem domino subjecta, *Alex. consi. 116. vers. posset respondere, vol.6.* & est communis conclusio. *teste Jo: Ceph.* qui alios citat *consi.55. vol.1.* cui addo *Hyppol.Rimin.consi.221.nu.9.& 11.vol.2.* ubi propterea dicit principaliter ob fauorem publicum hoc induci, post *Phil. Corne.consi.78. vol.1. cum concord.*

Et in terminis statuti; quo forenses, & non subditi excludantur à facultate redimendi predia ab agnatis distracta *Tiraq.d.trac.de retrac. lignag. §. 1.Glos.9.nu.164.Plot.consi.19.nu.33.& seq.Franc.*

71 *Bursat.consi.8. lib.1.* Ubi quod non comprehendit filium; qui non intelligitur exclusus à beneficio statuti concedentis retractum, uolens recuperare bona patris, uel majorum suorum, pro qua conclusione habemus in terminis hunc textum constitutionis Federici; quia primum uocantur parentes absque distinctione ciuesne sint, an cæteri. Sed *Jacp.Menoch.consi 756. in prin. vol.8. videtur nimis obstare. qui probat, quod quando statutum excludit forenses à beneficiis, & commodis; quæ ipsummet statutum concedit contra jus commune, sicut est facultas concessa retrahendi rem ab agnatis a senatam stante altero statuto, ne statuta oppidi prosint forensibus, non debet esse permissum forensibus jus ipsum retrahendi, rationem ipse affert: quia statutum non aufert à forensi ea: quæ juris communis sunt, cum jure communi non sit permissum retrahere à majoribus, & agnatis alienata, juxta l.dudum C.de contrah.empt.cum simil.*

Cui respondeo pluribus modis. Primò, quod facultas hæc pretendi prælationem ciuibus concessa in forenses non est apud nos ex diuersis statutis, sed ex eadem constitutione, quæ gradatim præfert uicinos, in primis uerò parentes indistinctè, & tertio loco ciues extraneis, idest cum neq; sunt parentes, neque socii; qui secundo gradu collocantur, ut eis denuncietur, & cum habeamus ordinem expressum in lege hac, non uidetur disputandum.

72 Secundo respondeo, quod authoritates à *Tiraquello* desumptæ non probant, ut ipse *Menochius limitat*: quando consanguinei ueniunt ex beneficio juris communis, sed, & beneficium ex hac nostra lege potest dici ex jure communi competere: cum sit constitutio Imperat. generaliter promulgata, meritò cessat argumentum *Jacob. Menoch.* pro qua responsione faciunt dicta in *rub.jur. protomis.post princ.*

73 Sed, & antequam hinc habeamus ad *d. l.uni. C. de habit.Metroc.præter ea;* quæ adnotat *Andr.Alciat.* ibi: qui per Metrocomiam intelligit pagos majores; qui paulum infra Urbis dignitatum sunt idest pagus cæteris major, & caput aliarum uillarum, ut in Mediolanensi agro uernacula simplicitas capita plebis appellat, interpretationi tamen Accursii intelligentiis per metrocomiam uillas; quæ ex jussu Principis peregrinis transmigratoribus distributæ sunt mensuratæ: non autem est contradicere *Simon Schardius in Thesauro verb. & rer.ver.Metrocomia*, & uide *Franc.Marc.decis. 355.1.par.* ubi subditos translatos uult dici Metronomicos, sequens *Bart. & Jo. de Platea in locis suis.*

74 Hic quoque aduertendum censui dictionem (sub seruitio) in *tex.* constitutionis nostræ, non ita strictè intelligi, idest in his solummodo subjectis, qui à Barone possunt uindicari, puta quod ab eo, ac sub illius dominio tenent prædia, de quibus *Penneus in* ultimis uerbis, *l.si ille C. de decur. lib.*

lib. 10.*per constit.reg.*quam allegat, probationum defectum,*tit.quæ probat.in causa homag.exig.*

Verum, & si contingat esse baroniam cum vassallis Angariis,vel simpliciter villanis cujuscumq; conditionis sint. possidentes bona burgensatica in territorio Baronis, licet possent talia bona uti franca vendere, & alienare absque licentia baronis,ut in *l.regni si quoniam lib.*3. *constit.*

Nihilominus ex jure protomiseos debent denunciare tertio gradu ipsis concivibus subjectis eidem Baroni,ut hic.

75 Et quod in textu habetur servitium,non significat personale simpliciter,& omni respectu: quoniam sunt præscripta servitia: quæ Barones Regni à suis hominibus,idest à Burgensibus exigunt, ut est constitutum per *l. quamplurimum tit. de adjut.exig. ab homi. cum his*: quæ notanter ponit *Frecci.ad intellectum d. constit. lib.*2. *de subfeud.*2. *author. nu.*10. & de eis aliquid habes per *Bartol, Cassane rub.*9.*des majus mort.nu.*22.*& seq.*

76 Namq; perpetuò,ac omni respectu nemo potest fieri homo alterius servitiis personam obligando sine Regis assensu, *constit.*quia frequenter, *titu.de homin.non tenend.* vide *Parid. in tract.syndic. ver, excedunt autem Barones*, *Anto. Capit. decisio.*118. *Prosp.Caravi. ritu.*45. *nu.*6. ubi quid de consuetudine servetur in Regno.

77 Et nota in proposito, quòd servire, & operas præstare, & in alterius ministerio esse idem sunt, *Luc. de Pen. in l.* 1. *C. de agric. & mancip. domi,lib.*11.

Et quamvis homines dicantur subjecti ratione jurisdictionis, nihilominus Baro eorum dicitur esse Dominus, sicut & territorii,cum saltem civilem jurisdictionem habet, quòd ab Alfonso Rege diffinitum, testatur *Freccia lib.*1. *de subfeud. de offic, Mag.Justit.nu.*26.

78 Verbū dominii est valdè largum, dicit, *Oldrad. consi.*159. *vers.non obstante in contrarium allegata*, & subdit quòd ejus significatio salvatur in quacunque modica superioritate, etiam solius jurisdictionis,& protectionis, sicut nec præstationes servilis ministerii faciunt, vel arguunt aliquem de necessitate servum,hæc *Oldrad. not.*

79 Adde his dictis, quæ in propriis terminis hujus constitutionis respondet *Joannes de Amicis consil,* 20 ubi de statuto Civitatis Venafri,dicit observari hanc constitutionem in favorem civium, & non forensium, quasi super additum constitutioni huic nostræ, cum tamen probavimus esse secundum constitutionem, propter hæc verba (sub

80 eodem servitio) ibique agens de civilitate petentis jus protomiseos mulieris nuptæ alibi: quæ licet videatur effecta de domicilio sui viri, nihilominus debet gaudere privilegio statuti, ut ad retractum admittatur ratione fori originis propriæ Venafriæ, ex doctrina *Bart.in l. fi.* §. *pen. D. ad municip.Jo.de Plate. in l.pen. C. de munic. & origi, post Angel.Alex.consil.*20.*in fi.vol.*2.*&c.*

81 Quid si cum res venditur non est tradita, & deinde traditionis tempore is qui erat extraneus, & forensis,effectus fuerit civis,& conterraneus,an sit admittendus ad jus protomiseos, & congrui? respondetur quòad hoc inspici tempus contractus, magis quàm traditionis pro implemento contractus emptis, & venditi, ex quo vicinis petens ad jus cogrui admitti,potest ipse agere ad rei traditionem. quemadmodum potuisset extraneus emptor, cum jus protomis. sit tanslativum juris non autem extinctivum,ut alibi dixus, ita videtur in specie *Andr. Tiraq. de retr.lign.* §.1. *Glos.* 2. *num.*48.*& seq.*

Non tamen prohibetur petere tanquam extraneus secundum ordinem literæ, ut in *sequen. Glos. ver.extranei.*

83 Unde dubitatum fuit, an omnino prohiberi possit alienatio bonorum stabilium nisi inter cives? valere autem hujusmodi prohibitiones ex causa publicæ utilitatis, favore eorundemmet civium, resolutivè responsum est à *Crav. consil.*271. *Bertazol.consil.crimin.*285. *&* 485. *Joan. Vinc. Anna singul.*493. *And.Tiraq.de retrac.*§.1. *Glo.*9.*nu.* 162. Sed *Vivius disputat. decisio.* 477. vide *Jul. Clar. n prac.crim.*§.*fi.qu.*82. *statuto* 5. circa alienationes,ubi format, & resolvit pulchras quæstiones.

Post hæc venit in manus commentariolus doctissimi *Jacobi Cujacii* in hanc constitutionem Federici;& intelligit sub eodem servitio eos: qui communi census vinculo tenentur, licet non eodem loco censum exolvunt; à quo nihil ut puto, discrepant quæ nos probavimus.

SUMMARIUM.

1 *Extraneus qui, & quòt modis accipiatur.*
2 *Vicinitas, & conjunctio multiplici respectu considerata.*
3 *Vicini jus protomis.habent, sive nobiles, sive rustici, nec qualitas prædiorum distinguitur, non sic Neapoli,& qui rustici,qui nobiles relativè.*

Extranei.Glos.Ant.Caputi.

1 IN fine omnium vocantur extranei in hoc jure, & dicitur extraneus ab extra, ut ponit *Hug. eod.vers.* quasi extrapositus: facit quod dicitur in Psalm. Extraneus factus sum fratribus meis, idest extra positus.Sed hic accipitur extraneus à prædictis,idest extrapositus à parentibus,& sociis, facit *C.de rei uxor.actio.l.unic.* §.*extraneum*, ubi extraneus dicitur omnis citrà parentes, vel in potestate positos.Pro hoc.*instit.de hæred.quali. & diffe.*§.*sui.* Quamvis infra extraneus dicatur ille: qui non est conjunctus secundum materiam subjectam infra *ead. l.* ibi & extraneos emptores omnino repellere) Et quòt modis accipiatur extraneus, est *Glos. C. de impon. luc. descript.l.*1.*lib.*10. & per *Cynum Cod. de jur.dot.l.fin.Anto.de Caputis.*

2 Quarto vocantur penitus extranei, qui sunt solum vicini, & quomodo intelligitur ista vicinitas seu conjunctio realis, & an tali conjunctione sit aliqua prærogativa, dic considerari quinque modis.per subtus, per supra, per latera,per capita, & per consortium, seù communionem. *Robert. Marant.in tract.de multipl.alien.prohib.nu.*122. sequutus *Napod.in consuet.si domus. Glo.*1.*vers.* sed pone me habere, *& vers.seq. & Napoda. quoq; sequitur Jo.de Amicis consi.*20.*ad.*2.*dubium.*

Extraneum interpretatur hic *Bened.nu.*7.*fol.*41. qui ab intestato non succedit. *l.hæreditas,C.de pact.*

con-

convven. in Glos. l. unic. C. de impon. lucr. descript. lib. 10.

Tu dic extraneum hic duobus modis accipi. Primo vicinum illum dicimus extraneum: qui neque appellatione parentum, neque sociorum, neque eorum, qui sunt sub eodem servitio, continetur, ut hic.

Secundò, illum dicimus extraneum: qui cum ipse sibi rem immobilem emerit, in emphyteosim acceperit, vel conduxerit, rem non habet conjunctam, idest vicinitatem non habet rei emptæ, ut infra ibi (extraneum emptorem.)

3 Et adverte; quia per hanc constitutionem extranei vicinitatem habentes ad jus protomiseos admittuntur sine distinctione conditionis personę rustici sint, vel nobiles, sicut nec distinguitur qualitas prædiorum an sint rustica, vel urbana, ut in primo *tex. vers. Argum.* Et ita differt à consuetud. Neapo. ubi domus, *tit. de jur. congr.* ad cujus rei intellectu, & ad discernendum rusticos a cæteris, vide *Dominum Præsid. de Franchis decisio.* 337. Magister Andreas de Acampora,

SUMMARIUM.

1 *Iusta necessitate coactus, non tenetur expectare vicinos.*

2 *Necessitas quæ facit cessare legem, quæ & quotuplex sit.*

Infra 30. dies Ant. de Caput.

Hic quæritur per *Bal.* an transactis istis 30. diebus, habeat totum istud jus? vide infra *§. scriptum est*, in *Glo. Victoriam*. Sed quæro secundum *Bal.* videtur hic, quòd conjunctus requisitus debet venire, & solvere justum precium infra 30.

1 dies, quid si venditor justa necessitate coactus non valet expectare terminum 30. dierum ad recipiendum precium à volente emere per jus protomis. & protestatur, quod nisi citius ei solvat vendet alii? respond. quod propter justam necessitatem jus termini amittitur in sua quantitate, seu dilatione, cessat enim lex, ubi evenit necessitas. *D. de offic. cons. l. 1. & de oper. lib. 1. cum simil. sed Hostiens.* intelligit de necessitate proveniente sine culpa sua, alias necessitas non excusat, ut *D. de rit. nupt. l. palam. §. non est, & C. de mendic. valetud. lib. 11. juncta l. 1.* circa finem, *C. de sacr. san. eccl.*

2 Sed quæro, hic, quæ ita necessitas; quæ facit cessare legem? resp. potest esse duplex: Prima, quæ concernat personā. Secunda, quę rem; De prima necessitate personæ sunt multa exempla, sed dicamus de aliquibus. Prima potest esse, ut vivat, nā ut vivat potest mulier alienare bona stabilia in dotem data, vel promissa. *D. de jur. dot. l. mutus. §. manente, & D. sol. matri. l. si cum dotem. §. cum autem*, quia æquius est alimenta dari, quam negari. *D. de vent. in possess. mitt. l. 1. §.* sed & si incertum, & cui alimenta negat videtur necare. Item est necessitas, ut sanè vivat, cum similiter mulier prohibita alienare, ex hac causa tamen potest. *d. l. si cum dotem. §. si autem.* Item ut libere vivat, ut cum quis gravatus est debitis sub aliquo detrimento, & aliunde solvere non potest, ut dicimus in minore. *C. de admin. tut. l. lex quæ, & C. de præd. min. l. ob æs alienum, & D. de reb. eor. l. magis puto §. non possim*. Item si fuit captus ab hostibus, & debet redimi citò, ut *C. de capt. l.* ab hostibus, cum simil. item si est mulier, & ut nupta vivat, ut si non invenit virum idoneum, nisi cum dote in pecunia, vel contraxit, sed vir non vult eam ducere, nisi dos sit in pecunia, & maximè in secundo viro; quia fuit maritata de paragio, & hæ videntur justæ necessitates, & potest esse quoties Reipublicæ interest causa utilis, & necessaria. *ff. sol. matrim. l. 1.* Et sicut est in masculo necessaria causa, ut evitet fornicationem, secundum *Apost. ad Corint. 7. & in Authen. de nupt. §. si verò lector, ibi*, propter aliquam inevitabilem necessitatem. *Glos. ibi*, ut sanguinis caliditatem) sic est in muliere, præsertim juvene, in *auth. de non elig. §. si verò intestatus*. Est & secunda necessitas respectu rei, ut in expensis necessariis. *D. de expens. in re dot. fac. l. necessaria*, sed hæc non tollit hanc legem, item pro re ab hostibus redimenda, maximè si est preciosa, sed an hæc necessitas tollat legem? dubito. *Ant. de Caput.*

Ista dicta Caputus transcripsit ex *Napod. in consuetud. & si mulier, de contrac. int. vir. & uxor.* tacito authore.

SUMMARIUM.

1 *Terminus dierum 30. alibi 40. post denunciationem.*

2 *Dies 30. an continui, & de momento ad momentum.*

3 *Denuncians si protestativè dicat, se paratum cederem rem, quoties vicinus ipsam volet, non ideo intelligitur prorogasse tempus ad retrahendum.*

4 *Lite pendente, quando terminus vicinis currat.*

Triginta dies.

1 Triginta dies) usus habet 40. & ita communiter observari testatur *Maranta in tracta. de multipl. al en. nu.* 136. Sed nos practicavimus terminum 30. dierum secundum constitutionem.

2 Quomodo isti dies computandi? videntur continui, per *Glos. in cap. quam sit ver. Mensem. de elect. lib. 6. juxta not. in c. non solum. de appel. eod. lib. 6.*

Sed an de momento ad momentum curant? *Anto. Gomez. in l. 70. Tauri. nu.* 25. dicit statim incipere à notificatione de momento ad momentum cum ita sit regulare, nisi de contrario appareat. *l. denique. §. minorem. D. de minor. l. 1. §. dies*, juncta *Glo. ver. subtraxisse*, quando appel. sit *Gemin. consi. 91. præmitto. vers. 5. excludit.*

Contra sentit *Jo. Sayf. in consuet. Turon. de retract. art. 1. q. 2.* cum sit favorabile tempus. *Nico. Boer. in consuet. Bituri. eo. tit. §. 1.*

Veritas est; quòd hi 30. dies sunt continui, non tamen attenduntur dierum momenta, sed ultimus dierum post denunciationem dicitur pro homine interpellare absque spe purgationis moræ. *Afflic. hic nu. 24. Jacob. Novel. §. 3. num. 47.* quos sequitur *Ascia Barensis determi. 35. inter Antonellum*, addo *Bessian. in consuetu. Alver.* de simili termino loquentem *tit. des fiefs. art. 4.* & quæ supra dicimus contra impeditos hunc terminum currere, exceptis quibusdam causis: in quibus indulgenter quatuor menses *in Glo.* verbo vocentur, *vers.* quid si vicinus Invi-

invitus, & vide *de Roma conf.* 176.*num*.4.

2 Quid si denuncians extraneus emptor vicinis protestativè dicat separatum eis cedere rem quam emit toties, quoties ipsi volent retrahere jure vicinitatis? respond. quod istiusmodi oblatio, & si nimis larga, intelligitur infra tempus 30. dierum, vel 40. secundum locorum consuetudines; & statuta, & non ultra, ex dictis *Tiraq.* §.1.*Glo*, 10. *de retrac. lignag.ru*.33. dè quo meminit *Jo;Cephal. conf*.407. *nu*.47.*vol*.3.*notab.Roma.confi*.27. *in fi.*

Idque tempus non esse prorogabile, dd. communiter ponunt, *Joan.Sayf.in consuetud.Turon.de retract.art*.1.*q*.1.

4 Quid si litigetur, num terminus curret? videtur quod sic à die finiti litigii, per *tex.l.quandiu C. qui admi.ad bono poss. Guid.Pap. quast*.257. vide *Boer.de retract.* §.1. *vers.* sed quid si post venditionem movetur quæstio.

Tu distingue, vel lis pendet inter vicinos concurrentes ad retractum, & tempus currit, vel secũdo lis movetur à venditore contra emptorem extraneum, & ea pendente non currit tempus, vel tertio. Emptor movet litem venditori, & idem est quod in præcedenti, vel quarto, ab alio lis movetur ex alia causa super eadem re, & nihil impedit quin terminus currat, ipsis vicinis denunciatis. Vide aliquid per *Bal.hic.vers.sed pone quod Titius.*

SUMMARIUM.

1 *JUstum pracium quibus modis probatur.*
2 *Venditor denuncians tenetur significare praciũ, quod re vera haberi potest, & tenetur de illo ad instantiam conjuncti jurare.*

Justum pretium.

Glosa Antonii de Caput.

1 POtest dici, quod justum precium potest probari per testes, per instrumenta, per delationem juramenti per inspectionem oculorum, per conjecturas, & per accidentia, sicut est rei qualitas, fructuum quantitas, communis venditio, & similia: quæ faciunt ad æstimationem communis præcii, & opportunitas loci, & temporis, & secundum ista fiet æstimatio justi pretii, & qui taliter emerit, dicetur verus emptor sine fraude, *arg.not. per Bart. D.ad l.Falcid.l.preci a rerum*, & tenetur cõjunctus præstare venditori precium: quod re vera ab alio
2 accipi potest, prout dicitur *C.de jur.emph.l.fi.ver. sed ne hac occasione.* Et per hoc potest dici, quod si quis denunciat, & non dicit quantum re vera æstimatio haberi potest, perinde est, ac si denunciasset nihil, pro hoc quod *not.Specul.de loca.*§.*Nunc aliqua vers. XCII.* Et ad hoc dicendum quantum re vera ab alio haberi potest, tenetur venditor jurare ad instantiam conjuncti, *arg.l.pen.*§.1.*C.de donat.et de jur.delib.l.fin.*§.*licentia, et C.de jur.domi.Impetr, l.fin.*§.*si autem dubitatio.Anton.de Caput.*

Hæc Glosa latior est, quam huc retulerim, sed consultò om si, cum eadem theorica precii, & æstimationis rerum habeatur per *Napod.in* 1. *consuet. de jur. congr. ver. fuerit, & Afflict. hic repetit.* 2. *Nic num*. 7.*P.Rendella.*

SUMMARIUM.

1 *TExtus duplex lectura in vers.justum precium.*
2 *Pretium justum, & aquale dicitur, quod ab aliis reperitur.*
3 *Vicinus sicut, & venditor, data læsione pracii, habet remedium, l.2.C.de resc.vend. licet justo precio, hoc est cum extraneo convento emerit.*
4 *Prattica pro vicino allegante deceptionem in pretio convento cum extraneo emptore.*
5 *Res tanti valere dicitur, quanti vendi potest.*
6 *Pretium à vicinis solvendum, eisq; denunciandũ secundum unam lect. non est æstimandum ex affectu, & singulari interesse, sed magis, vel juxta communem rei valorem in quo plura sunt consideranda, vel quantum extraneus emptor sine fraude dederit.*
7 *Pretium diversimodè denunciandum venditionis faciendæ, & venditionis jam factæ.*
8 *Prattica eligendi æstimatores.*
9 *Justum pretium quomodo cognoscatur relativè.*
10 *Conventio, ut res empta sit justo pretio, an faciat venditionem, & à quo ta, abitur pretium.*
11 *Pretium si majus denunciatur, non currit tempus retractus.*
12 *Pretium vicini diversimode constitutum, vel constituendum ex constitutione sancimus, quàm à consuet. Neap.*
13 *Vicinus retrahens sylvam, à qua emptor extraneus arbores inciderat, & vendiderat, ad quod pretium tenetur.*
14 *Sylvæ Cedue venditio alia est, quam arborum ex sylva cedendarum quoad retractum.*
15 *Æstimatoribus discordantibus, quomodo precium constituatur à Judice.*
16 *Vicinis re oblata iisq; acceptantibus non est perfecta emptio, sed magis quadam notificatio, seu protestatio.*
17 *Vicinus postquam petiit jus congrui; fuitq; ejus oblatio in judicio accepta, potest illi renunciare.*
18 *Justitia pretii in emphyteusi, & locatione, qua fit, remissivè.*
19 *Justum precium, quomodo differat à vero.*

Justum pretium.

1 JUstum pretium hic versiculus legitur duobus modis. Aliqui *text.* habent solvendo justum pretium sine mora: quantum verus emptor sine fraude dederit. Aliqui vero habent solvendo justum pretium sine mora, aut quantum verus emptor sine fraude dederit.

2 Juxta primam lecturam justum pretium significatur, quod reperitur ab extraneis emptoribus sine fraude hoc important illa uerba quantum uerus emptor, quæ stant declarativè quemadmodum in *l.fi.C.de jur.emphy.*§.*se ne hac occasione ibi. Pradicere quantum pretium ab alio re vera accipi potest, & si dominus dare maluerit, & tantum præstare quantitatem, &c.* Idque dicitur alibi æquale precium *c.*1.§.sed etiam, per quos fiat invest. & ita sẽtiit *Bald.in fin.tract. de jur. protomis.* Præterea inquit *Bald.* in jure protomiseos non solvitur nisi preciũ quo emit, ut in hac constitutione notatur con-

concordantes *ll.& dd.* plenè congerit *Andr. Tiraq. §. 1. de retrac. lignag. Glos. 18. à princ.* & inde. Nam, & sua consuetudine restituitur emptori extraneo à consanguineo retrahere idem precium: quo res constitit, ut ipse interpretatur le pris quella chosa aura conste, & vide *Jo. Vinc. Ann. alleg. 43. 1. parte. num. 14. & 15.* in terminis *Maranta disp. 8. num. 30.* justum precium dicit esse: quod reperitur ab extraneo.

Atque in tantum repræsentare, ingredique locum extranei emptoris ipsos vicinos authoritate hujus juris in æqualitate precii verè conventi, ut non propterea quòd id precium justum putatur exclusi videri debeant ipsi uicini, sicut nec uenditor, si læsio in præcio adesset, à remedio *l. 2. C. de resc. vend. ubi Bal. in fin. & Jason. Fab. ibidem, vers. quid enim si cum emisset.* Et hoc est quod uoluit dicere *Afflic. num. 17. vers. item hoc*, læsionem autem non ante allegabunt quam retrahant, & ita jus sibi quærant intrantes locum extranei emptoris uide *Annam d. allegat. 43.*

4 Et ponit *Afflict. in ead. vers. item hoc verum scienti qualitatem rei*, bonam practicam in proposito, ut articulus fiat per uicinum allegantem deceptionem in precio conuento, cum extraneo emptore ignaro, quod res uendita habebat uitia latentia, uel malam umbram propter hominem ibi sepultum,

Sed miror, quod *Afflict.* mentionem non faciat Baldi: qui notanter hic loquitur, uidebis collecta per *Tiraq. in d. §. 1. Glos. 18. num. 11. in fin., & seq. & ad d. l. 2.* pulchrè *Alvar. Valas. consult. Lusit. 43, & 44.*

5 Eidem lecturæ textus aptabile est quod uulgò fertur rem tanti ualere quanti uendi potest, *l. 1. §. si hæres, ff. ad Sen. Consf. Trebel. cum concord.* de qua propositione. *Navar. in summo cap. 23. numer. 80.*

6 Secundum alteram lecturam precium debet solvi à vicinis uti justum censebitur non ex effectu, vel singulari interesse, sed juxta communem rei valorem inter ementes, & vendentes *Glos. Mag. in l. 2. C. de rescind. vend. ubi ll. de hoc concord.* faciunt dicta Angeli, & quamplurimum à Jasone adductorum in *l. qui Romæ §. coheredes. D. de verbor. obligat.*

Quibus minimè assentit in terminis suæ consuetudinis. *Andr. Tiraq. d. Glos. 18. num. 3.* qua in specie considerari solet is; qui vendit, si fortè implicitus est negociis, si non dedit fidejussores, si eum esset negociis implicitus, non reperiisse emptorem tantæ quantitatis. *Bart. in l. 1. §. si hæres. D. ad Trebell. Pinell. not. in 2. part. rubr. de rescin. vend. c. 2. num. 37. & 38. & in 3. part, cap. fin. à num. 17.*

Vel solvendum est, quantum extraneus emptor verè, & sine fraude dederit, & ita major est favor vicinorum habentium jus protomiseos, ut eorum sit facultas eligere à duobus alterum propter vim alternativæ dictionis (aut) *l. si ir qui. §. utrum. D. de reb. duob.*

Idque sentit expressè *Afflict. hic., & in §. scriptum est. 10. Not. num. 17. docens formam denunciandi; quia, inquit, debet volens vendere requirere vicinum ante venditionem, si ipse vult solvere justum præcium illius rei vendendæ, vel quantum ab alio invenit. Sed cum denunciatio fit post venditionem, debet dicere ipse emptor, venditor vicino, qualiter factus fuit contractus venditionis talis fundi pro tanto precio. & à die prædictæ denunciationis currunt triginta dies secundum l. Federici, hac ille* adde videndum *Borrell. consi. 55.*

Hanc eandem literam habuit *Maxilla Barens. ut patet ex ejus dictis in consuet. venditor. num. 5. eo. tit. de jur. protbom.*

7 Dic igitur, quod modus denunciandi vicinis unus est venditionis faciendæ, alter est venditionis jam factæ cum extraneo emptore. Primo casu denunciatur, ut supra, post quam denunciationē, vicinis volentibus emere, res æstimatur, sunt enim alicubi deputati, quorum est mentio in *l. hac edictali §. his illud. C. de secun. nupt. & in auth. de non alien. §. quia vero Leonis Afflict. hic num. 17. Adde Vinc. de Franch. dec. 54. à num. 7.*

8 Ubi verò non sunt in loco designati æstimatores, eliguntur à partibus, & jurant super rectitudine ferendi arbitrii. Quod si partes non concordant, eliget eos judex. Et similiter ad partes, vel ad Judicem spectat electio tertii, si priores electi non sunt concordes in æstimatione, quam practicam latè probat *Ari. Pinel. in repet. l. 2. C. de resc. vend. 3. par. cap. 4. num. 2. & seq. qui, & num. 29.* inter alios citat *Afflictum hoc ipso loco num. 17. 2. Notab.*

In Curiis Regni frequentiorem, quoque praxim tradidit *Petr. Foller. de censib. cap. Instrum. Grat. pro simili prec. num. 3.* qui in primis non admittit, requiri juramentum, cum periti æstimatores eliguntur de volūtate partium sequens *Bart. in l. Theopompus. C. de dote præl. g. & Felin. in cap. proposuisti, extra de probat.* Subditque practicari, ut fiat mandatum partibus; qui eligant appreciatores, vel dent listam suspectorum, & confederatorum, & tunc illis non eligentibus, vel discordantibus, data lista, Judex eliget: quos partes non allegaverunt suspectos *Foller.*

9 Vide quoque ad cognitionem justi precii doctissimè dilucidantem materiam *Hieronym. Gabr. cons. 168. quæst. 8. à num. 100.*

10 Si conventum apparet, ut res empta sit justo precio seù quod justum declarabitur, dicunt quidam resultare venditionem, & à Judice taxari. *Alber. in l. hæc venditio D. de contrab. empt. Pynel. videndus in repet. d. l. 2. de rescin. vend. 2. part. rub. num. 19. & 3. part. cap. fin.*

11 Secundo casu, idest, facta venditione in extraneum, observa relatam practicam Afflicti, & cave, ne majus precium verè convento denuncies; quoniam deinde fraude detecta, non obstaret vicinis lapsus termini; diceret enim se precii magnitudine territum, possetque ad jus congrui, & retractus redire, renunciatione non obstante, tenet, & probat *Afflict. hic*: quem supra retulimus. *Bened. num. 87.*

12 Non omitto unum: in quo posses decipi, propter dicta *Napodan. in 1. consuet. Neap. eo. tit. ver. fuerit, dum allegat l. 3. §. divi fratres. D. de jur. fisc.* quem etiam locum conatur hic interpretari *Affl. num. 30. vers. in contrarium tamen.*

Quia dico Napodanum loquutum juxta terminos

nos suæ consuetudinis: secundum quam is: qui retrahit, tenetur ad precium: quod non ex præterita emptione, sed ex præsenti debet constitui, quasi dicat in retractu res iterum æstimatur, & prout hodie valet, consignatur facto precio, res consignatur ab extraneo emptore vicinis petentibus ex ipso jure congrui. per *d.§.divi fratres.*

Sed non est idem secundum hanc constitutionem, quæ reputat justum precium illud quod extraneus dedit verè, & sine fraude, aliter essent in damno rerum domini: quod non est de mente Federici in hac lege protomis., idem in specie notat dominus *Præsidens Vincen. de Franch. decis. Sacr. Cons.* 390. *num.* 3. *&* 4. hanc differentiam constitutionis Sancimus, & consuetudinis Neapolis, secundum quam consuetudinem cum petitur res jure congrui: solvitur precium rei emptæ, prout appreciata fuerit, attento præsenti tempore, *ideoque servari quia inquit, liquidamus precium, prout valet res tempore exequutioni sententiæ, quicquid distinguat Affl. in dict. constit.* §.2. *num.*21. *versic. hinc nunc quæro, & licet aliter videatur de jure communi, ut per Tiraq. de retract.lignag.* §.1.*Glos.* 18.*in princ. Vinc. de Franch. ibi,*

13 Ad id verò: quod in dic. S. Cons. decisione refertur de sylva cædua vendita: cujus arbores cæduas eo tempore repertas extraneus emptor inciderat, & vendiderat,& propterea in terminis constitutionis sancimus precium earum deducendum, quia arbores prædictæ sylvam reddebant precioisiorem, & consequenter carius venditam *per tex. l.in lege Falcidia placuit D.ad leg.Falcid.*

14 Adde aliund esse vendi sylvam ceduam;ut in casu *Vinc. de Franc. d. decisio.* 390. Aliud,cum venduntur arbores, silvæ, ut cædantur, & amoveantur per emptorem;Nam & si pars soli videantur ipsæ arbores, arresto tamen judicatum refert *Anneus Robert. lib.* 3. *rer. judic. cap.* 9. actionem retractus in ea venditione locum non habere, censeri enim partem fundi eò spectat, inquit ipse, ut doceamur vendito fundo, venditos quoque censere fructus, qui nondum excisi, & percepti,sed pendentes sunt secus si sine fundo fructus venduntur) Sed tu vide, quæ discussa, & resoluta sunt in principio constitutionis, *vers.rem immobilem.*

15 Redeo ad justitiam precii:de qua re *Bartol. Cassan. in consuet. Burgund. rubr.* 1. *des justices.* §. 6. *tex. in mesuraige. ubi numer.* 6. meminit *Petrum Girard. singul.*25.tribus æstimatoribus variantibus in apprecio: quòd omnes summæ coacervantur, & per Iudicem æstimatur in tertia parte totius summæ. *per tex.l.ita ut omnes D. mand.juncta l.si fundum, cui addo Frecci. de subfeud. lib,*2. *author.*3. *num.*41. *&* 42. vide *Navar. in summa cap.*23. *nu.* 77. *Covarr.variar.resol. cap.*3. *Jacob. Menoch. in sollemni tract. de arbitr. jud. lib.* 2. *cent.*2. *casu* 243. ubi de precio incerto tam in emptione, quam in cæteris contractibus Iudicis arbitrio æstimando.

16 Pone, quòd possessor fundi volens illum vendere. requisivit vicinos suos, ut emant ipsi pro justo precio, antequam cum extraneis emptoribus contrahat, vicini, autem invitati, offerunt justum precium, solvere infra 30. dies,pro ejus fundi emptione, an constito de tali consensu resultet emptio, & venditio, ne deinde sit locus pœnitentiæ alteri ex contrahentibus? dic emptionem, & venditionem hujusmodi non esse perfectam,neque efficaciter ex tali consensu agi posse ex adductis notatiter à *P. Phil. Corne. consil.* 25. *vol.* 4. cui adde *Nicol. Boer. decis.*48. *num.*23. qui inde asserit, hujusmodi oblationis non obligare offedentem, etiam cum fuerint simpliciter acceptatæ, videtur enim quædam notificatio magis, seù protestatio, quam effectiva rei oblatio.

17 Atque in casu emergenti *D. Vincen. de Franch. decis.*346. refert in Sacro Consil. decisum, posse posse eum: qui petiit jus congrui pœnitere, etiam si ejus oblatio sit in Iudicio acceptata, ubi & Boerium citato loco meminit.

18 Verum quia in textu constitutionis non solum fit mentio emptionis, & venditionis, sed etiam emphyteosis, & locationis, ideo examinanda quoque esset justitia mercedis, & pensionis distinctè in singulis contractus speciebus. Vide quæ notauimus supra in primo *tex. Glos. per locationem in princip.* Sed & precium conductionem in contractu locati legitur in *l.*28. §.1. *D. locat. & condit. & preciū pro mercede,l.*10. *in fi. de acq.possess.l.*51. *§. locavi, & l.* 58. *eo. tit. locat.* regulariter uerò rem æstimari ex fructibus ll. probant, quas allegat *Napo la. d. ver. fuerit, & Tiraquel. de retrac. convent.§.*7. *num.*9.

19 *Illud denique notari oportet justum precium à vero precio distingui; ut justum dici possit: quod mediam veri precii partem æquat. Verum precium quanti res valet communi hominum æstimatione; non enim vendentis cupiditas, aut affectio attenditur. Condan.lib.*7. *cap.*9. *num.*10. sicut eum refert *Simon. Schardi. in lexico verbor. jur. ver. precium minus.*

Nos autem uerum alio modo intepretamur, ut infra *Glo.* uerus emptor) Nam & posset precium dolosè confingi ad fraudandum retrahere uolente *Bald. in l. emptione, circa medium, C. plus valere* quod agitur, eoque precio confecto denunciato tempus uicinis non currere, dictum est supra *vers. secundo casu.* idest facta, notatque in specie hic *Bened, num.*87. *limit.*5.

SUMMARIUM.

1 *Vicinus infra* 30. *dies retrahens ad solius pretii conventi solutionem tenetur, ideo extraneus emptor nihil debet expendere post denunciationem,secus si juxtè impeditus gaudeat dilatione quatuor mensium.*

2 *Vicinùs infra prædictum tempus neque ad expensas necessarias tenetur,ideò extraneus emptor neque necessariò, neque realiter expendere debet, cum tamen brevi tempore res non possit deteriorari,nisi impendatur.*

3 *Expensæ bona fide factæ refunduntur à vicinis denunciatione non facta.*

4 *Precio à vicinis ignorato,quomodo agant, & quomodo pretii veritas habenda.*

Quantum,

QUantum) Cave ingeniose, quia hic textus videntur, quia infra terminum 30. dierum à die denunciationis vicini tenentur solvere precium tantum: quod dedit extraneus emptor venditori.

1 Verum infra id tempus justè impediti, & propter impedimentum gaudentes dilatione quatuor mensium, verbi gratia absentes, & minores tenentur justum pretium solvere, sed etiam usuras, & necessarias expensas, infra regularem itaque dilationem nihil debet emptor extraneus in re: quam emit, impendere, ex quo vicinus retrahens ad solius precii conventi solutionem tenetur, ut hic, juncto *vers. infra justum precium*, cum legitimis usuris.

Si quidem textum hunc non haberemus, quæstio esset decidenda ex his; quæ dicit *Igneus in repet. l. dudum num.* 17. *C. de contrab. empt.* quem refert, & sequitur peritissimus *Pisanel. ad Napod. in consuet. si quis emit. tit. de jur. congr. vers. infra annum*, docetque Pisanellus textum aureum *l. fin. §. emptor. C. commu. de lega. ad idem Andr. Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. Glos.* 18. *num.* 41. qui allegat *tex. optimum l. si quis domum. §. idem D. locat. & alias ll. concordantes post Nicol. Boer. decis.* 47. quem citat idem *Tiraq. de retrac. conventio §. 7. num.* 3.

2 Fortius videtur velle hæc constitutio, ut post denunciationem. infra illos 30. dies neque necessariò, neque utiliter debeat extraneus emptor impendere in re vicinis invitatis relaxanda. argum. eorum, quæ habentur in *eo. tex.* ibi, nisi fortè. Ubi qui ad jus protomiseos veniunt infra quatuor menses, quæ est privilegiata dilatio, tenentur extraneis emptoribus ultra legitimas usuras, necessarias expensas restituere, non item in termino regulari triginta dierum, quod est notatu dignum ad obviandum malitiis extraneorum emptorum; qui statim expensas erogant, ut vicini eis territi, nec tantam pecuniam valentes refundere à jure hoc removeantur.

Cogitavit hic fortè legislator non posse infra tam paucos dies rē deteriorari, si non impendantur, similis differentia brevis, & prolixioris temporis observata est in consuet. retractus convent. per *Tiraq. eod. tit. §. 7. in textu, & comment.* ubi de his late, & doctè.

3 Quid si non est denunciatum, nunquid poterit extraneus emptor impendere, & erogare ad rei emptæ meliorationem? respondeo, videri ipsum emptorem fide bona fuisse, verisimiliter enim credidit, quod antequam vendidisset rei ejusdem dominus vicinis suis denunciaverit; cum regulariter onus denunciandi sit venditoris, ut supra diximus, *vers. denuncietur, & in §. scriptum*. Ita tamen si fuerint à vēditoribus sollemnitèr requisiti; faciunt dicta *Maxillæ in consuet. Bari, si à consinibus. nu.* 5. *eo. tit.*

4 Eodemque casu, cum non denunciatur, si nullo modo constaret precium conventum, constaret tamen de venditione ex confessione fortè emptoris, vel aliis modis legitimis, an vicini habeāt intentionem fundatam pro retractu? respond. quod sic; & cogendus est emptor, etiam captis pignoribus ad declarandum precium medio juramento, uel si res controuerteretur cum hæredib. emptoris: qui ignorare se dicunt factum à defuncto, & ubi aliter ueritas haberi non posset, res esset æstimanda inspecto tempore contractus, & si nec de die contractus appareret, ad justum, & commune precium recurrendum est. *Bened.* qui concordantes allegat in novissimis animadversi. *ad hunc tex. prope fin.*

SUMMARIUM.

1 *VEritas pluribus modis capitur, hic autem prout simulationi opponitur, & ejus declaratio.*

2 *Re vendita à non domino, num currat tempus congrui, nam, & verus emptor dicitur, qui rem fide mala emit.*

3 *Extraneus plus justo pretio emens, ut vicini carius emant, incurrit crimen stellionatus.*

4 *Vendens rixoso pluris justo precio, tenetur vicinis retrahentibus illud plus remittere.*

5 *Vendens subhasta pluris justo precio, propter emulationem tenetur quoque vicinis.*

6 *Consentiens rem suam à non domino alienari, ut vicini timentes evictionem non retrahant, an illis præjudicet.*

7 *Fraudans in precio tenetur civiliter, & criminaliter.*

Verus emptor.

1 VErus emptor hic opponitur simulatori: qui est unus de tribus modis, quibus capitur ueritas per *Archid. in cap. 2. de summa Trin. & fide cat. in 6. Quoniam versatur veritas, Primo circa artes, & doctrinas. Secundo, circa pacta, & contractus. Judicia. & testimonia. Tertio, erga alios, videlicet esse candidum, non struere insidias: ingenuè dicere, cum opus est, quod sentiat, ex Lud. Vives lib. 2. de anima*, ponit *Simon. Schard. in lexico. de verbo. & rer. sign. f.* Ideo dicitur verè facere qui bona fide facit *l. 3. in fine D. pro soci. l. 1. §. commodius. D. de peric. & com. rei vend. Gulielm. Bude. in l. emptor, de actio. & empt.* declarat id esse bonæ fidei, quod verè fit, idest non dolosè, non fraudulenter. Inde est quod subdit text. (sine fraude) quæ verba explicat in proposito congrui consuetudinarii. *Andr. Tiraquell. de retrac. lignag. §. 2. Glos. 3.*

2 Sed cave, quod verum emptor etiam dicitur ille: qui rem fide mala comparavit. *l. 2. §. comparata. D. pro empt.* Et facit ad quæstionem, cum res venditur à non domino, num vicino cūrrat tempus? qua in re discutiunt addentes post *Napod. in consuet. si quis emit. in princ. de jur. congr. Stephan. Cajet. & Pisanellus.*

Hic autem probari videtur. Vicinus in mora constitui per denunciationem venditionis verè, & sine fraude contractæ, Quare si ad fraudem vicinorum, dicit ibi *Steph.* fingeretur alienari à non domino, mora non obesset vicinis propter fraudem; quæ debuit à contrahentibus abesse, per text. ibi sine

fine fraude,& hoc teneo, vide quæ dixi infra §. *scriptum est vers.in venditione.*

3 Si verò extraneus plus justo precio afferret, vel solveret, ut vicini carius emant,teneretur crimine stellionatus, juxta textum in *leg.3. §.item si quis.ubi Bart. D. de crim.stellio.* de quo etiam vide *Bossi. in tit.de crim. stellio. num.6.* ideò erit locus pœnæ criminali ultra actionem civilem. De quo infra *vers.sed quænam erit pœna.*

4 Sed,& si quis rem venderet homini rixoso pluris justo precio, vicino ex necessitate retrahente ne vicinum habeat rixosum in contentiones incidens fortè venditor teneretur illud plus remittere propter dicta *Petr.Anchar.in regula juris. Possessor D.Thom.2.2.ritu.de fraudulentia.*

5 Neque ex his liceret ad incantum pluris justo precio vendere ad onerandum vicinum volentem præferri, & retrahere; quia plerumque ex emulatione plus justo offertur,& illud plus datur ex necessitate *Glos.in cap.hoc jus.10. qu.2.*, & quæ ponit *D. Praf. de Franch.* in terminis licitationis subhasta *decis.54.*

6 His proxima est quæstio de eo: qui consentit,ut sua res ab alio non domino alienetur ad hoc,ut vicini timentes evictionis casum à non domino invitati recusent;ita pono casum;ut differat à quæstione de consanguineo consentiente alienationi rei propriæ, quam resolvit *Andr.Tiraq. de retrac. lignag.§.1. Glos.2.num.58.& Glos.9.nu.107.*

Nam,& si verum sit consentientem non vendere, intelligitur, dummodo fraus non interveniat, *Bart. & Bald.in l.cum pater. §. libertis. D. de legat.2.Bald.in l.2 C.de rescin.vend.quæst.20.*

7 Sed quænam erit pœna venditoris,& emptoris extranei fraudantium in precio? respond.esse locum pœnæ stellionatus: cum dolo id factum probetur ad vicinorum deceptionem, deficiente alio titulo criminis, per *l. 3. §. stellionatum,& §. ubicunque. D.de crim.stellio. Gomez. varia. resolu.de delict. titu. eo. Ægid. Bossi. de extraord. crimin. in princ.*

Ultra actionem civilem: quæ competit ipsis vicinis ad interesse,*toto tit. D. & C. de dolo. Anton. Gomez.ubi sup.in fin.*latius explicat *Prof. Farinac. de delict.& pœnis quæstio 19.num.34.*

SUMMARIUM.

1 *Dare est dominium transferre,& alia significata.nu.9.ex quo verbo notatur in tex. extraneum emptorem pracii dominium trasferre, licet rei emptæ dominium in se nō transferatur.*

2 *Emptor extraneus non habet recursum contra venditorem.*

3 *Hæres venditoris habet jus protomis.*

4 *Evictioni locus non est re jure vicinitatis retracta.*

5 *Venditor non potest rem quam vendidit retrahere*

6 *Reprehenditur nova opinio Maxillæ tenentis contra venditorem agi posse ad interesse re à vicinis retracta.*

7 *Evicta re ex causa sequente post venditionem non tenetur venditor.*

8 *Evictione descendente ex natura negotii, ad nihil agitur contra venditorem.*

9 *Dare idest dare velle vel convenire de Dando.*

10 *Confessio receptionis precii nocet vicinis, donec contrarium ipsi probent.*

Dederit.

1 Dederit) vide quia constitutio hæc indicat ad imparia emptorem, & venditorem, cum enim, quis, rem stabilem vendit extraneo non vicino, non facit eam accipientis. Ipse autem emptor extraneus præcii dominium transfert solvendo, quod probatur ex notatio ne verbi dederit *l.ubi autem, in fine D. de verb oblig.* concordat, *Glos. l.2. C. de rer. permut.ver.obtinere, quia dare est solvere.l.creditor §.cum de sorte, de solutio, & dare,idest præstare.l.40. §. Pamphilo. D. de statutib.*

2 Quandoque pluris faciendum est quod ad hanc legem similesque consuetudines,& statuta animadverterunt dd. idest vicinis retrahentibus, extraneum emptorem nullum adversus venditorem habere recursum,notat hic *Affl.in fin.vers.sed bonum est hoc scire.* Cujus argumenta transcripsit *Andr. Tiraquell.paucis additis,in trac.de retract. lignag. §. 1. Glos. 9. num. 34. vide infra vers. sua portione num. 25.*

3 Quod non adhoret à doctrina *canonist. in cap. constitutus, extra de in integr.restit.* etiam hæredem venditoris admitti ad retractum rei venditæ; cum in id evictionis stipulatio non extendatur secundum eos, sequitur *Bessian. in consuet. Alvar.de retract. art. 22. Tiraq.ubi supra num. 36,* allegat *Bellam.hoc ipsum affirmantem in d. cap. constitutus vers. nec obstat, quod iste hæres. Boer. not. in consuet. Biturig. de retrac.§.3. quæst. ulti. Quibus adde Phanuc.de Phanuc.tract. de inventar. hæred. par.7.num.219.*

4 Ac proprius ad nostrum jus protomis.per quod jure vicinitatis propinqui extraneos ab emptione repellunt non esse evictionis locum adversus vendentem, probat *Joan.Vinc.Anna allegat. 48. num. 20. & 31. Vincen. de Franchis decis. Sac. Consil. Neap.112.*

5 Est,& menti tenendum,quod docet *Ant.de Alex. ad Napod. in consuet. si ex uno in fine, eod.titul.* Venditorem non ideo posse exercere jus congrui ratione alterius rei; quam vicinam habet;quoniā vendendo videtur se obligare ad nō revocandum venditionem factam, & etiam remittere omne jus suum,& illud in emptorem transferri.

6 Atque ex his,quæ communiter dd.concludunt scilicet contra venditorem non posse agi, re jure hoc protomiseos, siue congrui restituta uicinis, puto cauendum a noua, & singulari opinione *Vincen.Maxillæ in consuet.Bari, eod.tit. §. si à confinibus,num.5. Ubi tenet,quod re vendita, & per jus protomis.evicta juxta constitutionem Sancimus his: qui vendidit non requisitis prius vicinis,tenebitur extraneo emptori ad interesse quasi culpa intercesserit venditoris, cui incumbebat denunciare vicinis.*

Cui assumptum non est omnino uerum; quoniam onus denunciandi, quamuis principaliter sit uendentis, non ideo minus est emptoris, ut sit perpetuo tutus à uicinorum litibus,ratione huius

juris protomiseos, ita in specie notavimus *super ver.denuncietur,in prin.*

7 Rursus considera,quod jus hoc non competit vicinis,nisi absoluto, ac perfecto contractu empti, & venditi cum extraneo,diximus supra *ver.voluerit,& Glos.seq.* non aliter nisi) Cum igitur procedat evictio post contractum, sive etiam ex ipso contractu;quem venditor non impeditur inire, & perficere,ex quo lex effectum translationis dominii,propter vicinos tantum impedit,non autem ex causa praecedente venditionem, meritò non tenetur ipse venditor, ita considerat hic *Affiic.in ultimis verbis per l.3.D.de eviction.concord.perTiraquell.dic.Glos.9.num.36.*

8 Sive denuncient,sive sine denunciatione vẽdant domini res suas immobiles,lex ipsa vocat,& invitat conjunctos ad jus protomis. ut est hic textus ibi quos vocamus ergo ex natura negocii res vendita extraneo aufertur itaqne nihil imputandum venditori,ex*Gl.notab.in l.si familia.ver.item quid si uni.C famil.hercis.quam ad id expendit Anna d.allegat.48.& ante eum Tiraq.ubi supra n.35.*

Et secundum communem,doctorum sententia, & receptissimum observatur nostra hæc constitutio ad nihilum scilicet teneri venditorem re vendita per vicinos evicta,precio emptori extraneo restituto, ut dicimus infra *ver.non solverint.*

9 Intelligi quoq;potest iste versiculus dederit,idest dare voluerit, juxta Glosæ expositionem in *l. si eum dies,§. fin.C.de recep.arbitr.*

Vel tertio die dederit iste dare convenerit, secundum *Glos.in l. si rem æstimatam,D.de jur.dot, & in l.si.D.de dot.promis.*

Et sic volens quis rem suam alienare per venditionem,emphyteosim,vel locationem,denunciabit vicinis prætium;quod dedit extraneus,idest solvit vel dedit,idest obtulit,volens, uel dedit,idest contrahendo dare conuenit,uerè tamen,& sine fraude (dare enim is dicitur qui paratus est dare,*D.de annu leg.l.2.& de verbo oblig.l.stipulatus sum, Damam.*

Similis expositio habetur per *Napod.in consuet. si fratres,ver.datur.commu.divid.*

10 Sed an confessio de receptis sufficiat, & noceat uicinis? Multa dici possunt ne officiat, nocere tamen concludit *And.Tiraq.*disputans articulum de *retr.lignag.§.1.Glo.18. à nu.* 78. & inde quoniam confessio partium de receptione, & numeratione probat ueram,& realem numerationem,& procedit in statuto loquente de solutione, dummodo cesset fraudis suspictio, neq: enim id in proposito juris congrui, & protomiseos à lege interdicitur, Ideò teneri retrahentes stare huic confessioni uenditoris,posse tamen allegare,& probare contra cõfessionem, quòd in fraudem facta est in eorum præjudicium.Idque ex qualitate personarum, rei uenditæ,& quantitate pretii,aliisq;conjecturis deducendum esse pluribus ostendit: quæ illic uidebis,sequitur *Bened.hic nu.81.vers.11.amplia.*

SUMMARIUM.

1 *VErbi accipere.significatio.*

2 *Pluribus concurrentibus in idem jus protomis.modo sint in pari gradu, & res divisione patiatur fit divisio usque ad unum palmum, nec aliquid potest Judicis arbitrium.nu.7.*

3 *Res vendenda est potius uni, quam pluribus sine aliorum injuria.*

4 *Res quæ dividi commodè nequit, uni insolidum vendi potest,& qui præferetur,cum nu.seq.*

5 *Indivisibile,quod est.*

6 *Decisio consi,collat.in divisione partium inequalium ex urbanitate,& congruitate,*

8 *Accessus ad longum fit in divisione partium ex hoc jure protomiseos, & cujus expensis.*

9 *Vicini directè à manu venditoris accipere dicuntur,re adhuc inter ipsos non divisa.*

10 *Dictio (suum) quid importet,*

11 *Verbum(accipere) ratione adjuncti est authoritatis alias commune.*

13 *Differunt directè fieri,& ipso jure fieri.*

12 *Expellere extraneum non intelligimus de facto,sed civili modo.*

14 *Remedium possessoriũ, quomodo vicinis competat.*

15 *Jus retractus non videtur personale, sed reale ex Maxilla,cujus opinionem declaratur.*

16 *Non facta denunciatione,vel extraneo emptore recusante,causa judicialiter agenda est.*

17 *Vicinis non est satis solvere interesse per extraneum,sed res restituitur effectivè.*

18 *Offerendo totum non videtur suam partem renunciare,quin ipsam retinere possit, cum lite pondũ contestata in oblatione non perseveraverit.*

19 *Penitentiæ locus est in jure congrui nedum consuetudinario,verum,& Constitutionis.*

20 *Ementis jus non confunditur,pro quo datur exceptio.*

21 *Jus accrescendi locum habet in protomisi,etiam si quis ad partem fuerit ab initio admissus, & quando.*

22 *Pluribus rebus venditis vicino an ad unam jus protomis.detur.*

23 *Consuetudo Bari de retractu, pluribus corporibus venditis.*

24 *Contractus quoad rescissionem existimatur individuus,& quorum respectu.*

25 *Emptor extraneus victus à vicinis interdum agit contra venditorem.*

26 *Pactum de non alienando, nisi domtore requisito, non impedit rem vendi,& retrahi,unde remanet protomisi locus,*

Unuquisque secundum suam portionem accipiat.

1 ACcipiat) supple à sponte dante,sive tradente invitatus per denunciationem secundum verbi hujus significationem, ut ex Grammaticis probat *Alciat. in l. aliud est capere. D.de verb. & rer.signif.ego allego Alber.de Rosa in l.cũ quis.§.mulier. D.de dot.praleg.probat tex.in l.1.§.est enim D. de var. & extraord. cognit. eadem est locutio, in cap.1.§.sed etiam res per quos fiat investi.*

Sed quid accipiet? dic jus protomis.ut in fine *tex.ibi* (& accipere jus protomiseos.

2 Cur ergo fit portionis suæ mentio? nunquid jus est dividuum? dic vicinus solvendo justum precium accipiat jus protomiseos, idest per usum hujus juris accipiat rem,non tamen totã,sed secũdum

dum suam portionem;nam debet divisio fieri usque ad unum palmum,si sunt tot concurrentes in idem jus prothomis. *Affl.3.ult.Not.in princ.constit.num.60.& hic 3. Not.num.31.* & sequitur *Vinc. Maxil. in consuetud.Bari.de jur.protomis.§.fi.nu.6. & 7.*& infra §.in alio, ibi recipiant eam omnes secundum propinquitatem;quam habent.

3 Quod intellige verum,si qui concurrunt,sunt in pari gradu,servanda est enim prærogativa;ex quo quantum possumus,nob s erit elaborandum, ut citrà aliorum vicinorum injuriam, uni soli adjudicetur res vendita in solidum vigore hujus constitutionis,quę admittit prælationem inter ipsos vicinos, ita in retractu jure sanguinis vult *Bartol. Cassan.in consuetu.Burgun.rub.10.§.1. Glos. ver. le plus prochain*,& firmat *Joan.Bessi. in consuetud.Alver.de retrait.art.16.*

Nam cum in pari gradu sunt ita,ut omnibus pariter jus prothomiseos competat,non satis esset uni ex invitatis à lege vendere in aliorum præjudicium, quin liceat illis suas partes petere hoc ipso jure,ut supra diximus *ver.Parentes* adde *Joan.Ceph.* notanter differentem *consi.694. nu.27. & inde vol. 5.*ubi & *Tiraquell.meminit.*

4 Contingere tamen potest, ut quamvis pluribus jus prothomiseos competat, & pariter omnes concurrant,unus tantum solidam rem accipiat propter rem: quæ forte divisionem non patitur, quod per plura concludit *Napod.in consuetu.si ex un. ver.a a parte titu.eo.de jur. congr.* quem ad verbum refert, & sequitur hic *Ant.de Caput.in Gl.ver. unusquisq;* & post eum *Afflict.in princ.constit.nu.63.vers.item pone,quòd pluribus,Bart.Cassan.rub.10. de retrac.§.1.ver.le plus prochain Vinc. Maxil. in §.si duo inter se.nu.8.vers.sed quid dicendum,eo.tit.*

Ponitur que exemplum de palatio; quod si divideretur per partes, u que deformaretur, ad idem *Joan.Bessian in d.consue.Alver.de retrac.artic.17.citat Joannem Sayss. in consuetud. Turon. art.7. eo.tit.*cujus fuit sententia,*quòd licet res immobiles rarò sint individuæ, tamen cum tales venditæ fuerint, pluribus ejusdem gradus concurrentibus pari diligentia, ita ut unus non præveniat alterum*, si aliter concordari nequeant negocium forte dirimitur secundum citatam doctrinam *Napod.*de qua latissimè scribit,& opiniones congerit dominus meus *Fab.de Anna cons.47. novissimè Præses de Franch. multis relatis decis.550.*

5 Dicitur autem indivisibile corpus,quoties per divisionem deterioratur *Bal. in l. sancimus, C. de donat.*

Vel si divisio esset alteri injuriosa, idem *Bal.in l.1.C.com.divi.*

Qua in re meritò concludunt dd. plurimum committi oportere Judicis arbitrio,sicut in judiciis divisoriis.§.quædam actiones, ibi (permittitur Judici ex bono, & æquo) *Instit.de actio. & not.in §. eadem,Instit.de offic.Judic.*

Adde *Masul.ad Anto.Capic.decis.63.*ubi in divisione domus, quod Judex potest assignare integrā domum uni ex fratribus, alteri verò compensare in pecunia,& ita decisum refert.

Ad hæc *Napod.in d.consuet.*ubi domus, *ver. ab emptore.*in hoc jure congrui,inquit,Urbanitas plurimum est attendenda, cum agatur potius de quadam congruitate,quam de juris stricti rigore.

6 Quæ certè urbanitas,& congruitas potuit movere illustres dominos Regii Consil.Collateralis, ut non eatenus acciperent, quatenus confrontaret in latitudine rei venditæ duo: qui petebant jus congrui,prout de stricto jure fieri debuisset, sed quisque pro medietate per longitudinē quam decisionem simpliciter refert *Nicol.Maricon. in d.consuet. ubi domus,litera A.*& vide quæ notat *Fab. de Anna d.cons.47.*

7 Ubi verò res divisionem patitur, nihil potest Judicis arbitrium, si attenderemus indistinctè opinionem *Napod.ibi.ver.integram medietatem,*ubi dicit. Non peti arbitrium, sed quòd exequutor adhibet mensorem,vel expertum;cum non sit aliqua communio,sed jus separatum.

8 In proposito autem notabile est, quod docet *M. Ant.Bard.eo.tit.§.2.n.8.*refertque hic *Bened.nu.26.* fieri accessum super faciem loci ad instantiam alterius ex litigantibus,altero monito ad videndū assignari diem,*& horam pro dicti loci aspectu,deinde, practica est,ut dies assignetur,& hora parti adversæ si non comparuerit,intimatur assignatio decreta, & proceditur in ejus contumaciam, & si pars comparuerit,auditur & ad ejus instantiam quandoque fit iterum accessus ad locum quod benè observant Judices avidi salarii dietarum,)*& an communibus,vel propriis alterius partis expensis inspecto loci fiat? *Anchar.in cap.statutum.§.insuper vers.unum tamē de rescript.in 6.*

9 Et propter verbum (accipiat) hic positum, intelligi potest directè à manu venditoris rem ad vicinos ex hoc jure transferri, quasi postquam vicini precium justum solverint,videantur ipsi emisse,& contraxisse eo modo;quo extraneus cum venditore convenit,fit enim quædam translatio in vicinos retrahentes, ut per *Bald. in l.fin.§.sed quia nostra, vers.quærit hic C.commu.de lega.*

Ratio est,quia prima venditio valida fuit,& tota virtus ejus actio,*vel obligatio, & effectus transfunditur in retrahentes per subrogationem, dicit Anto.Gomez.in l.70.Tauri.nu.35. vers. item quæro an prædictæ leges.*

10 Quod & comprobari potest ex vi sequentis dictionis suam etiam, si adhuc vicini soluto precio inter se rem emptam non diviserunt, per *tex. ubi Glos.in l.cum sua ancilla,cum duabus ll.seq. D.de leg.3.*

11 Iterum pondero idem verbum (accipiat) quod ratione adjuncti authoritatem importat, & directè intelligitur *l.Titia §.1.D.de leg.2.*

adjunctum intelligo id:quod in textu habetur (extraneos emptores expellere) & adjunctum quoque est quod proximè dixi propter ea verba (suam portionem) *d.l.cum sua.*

Licèt per se consideratum idem verbum (accipere) & in ultimis voluntatibus probatur esse commune de quo *Bar.in l.centurio, vers.quædam sunt verba directa,D.de vulg.& pup.& repetent,dd.not.*

12 Hoc autem advertamus, aliud esse quid directè fieri,aliud ipso jure, directò fit, cum non expectatur manus nec provisio alterius,sed ipso jure quid fieri dicitur, quando non requiritur ministerium Judicis, quamvis requiratur factum partis, vel acceptatio, quam subtilem differentiam habes per *Hier.*

Hier. Cagna. in rub. C. qui admitti. nu. 40.

13 Quem etiam sensum habeant illa verba (*extraneum emptorem repellere*) *Affl. in prin. constit. ante nu. 29.* videtur intelligere civili modo, dum tenet, quòd ab extraneo emptore petitur res vendita jure congrui, & sic ab ipso possessore: contra quem vicinus debet gressus dirigere agendo, quasi dicat, quòd qui expellitur à re est in possessione antequam expellatur; quoniam privatio præsupponit habitum *l. decem, de verb. oblig. cum simil. quem vide quoque hic. notab.* 11. *nu.* 46.

Loquitur autem *Affl.* præsupponens rem extraneo venditam, & traditam esse, nec denunciam vicinis.

Et dicit hic *Bened. numer. 72. super rub. non esse necessariam licentiam intrandi*, soluto precio à vicinis: & recepto per extraneum emptorem, per *dec. Boer. 76.*

14 Cæterum si res in controversiam deducitur inter vicinos, & extraneum, remedium possessorium ex contractu: qui dicitur resolutus, quoad ipsum extraneum, non competit, ex dictis *Alex. cons. 103. nu. 6. vol. 6. & consi. 92. nu. 4. vol. 1. Soccin. consi. 260. col. 7. & 8. vol. 2.* idest cum contractus resolutio negatur; debet enim prius constare de illius resolutione per viam petitorii, & postea avocatur possessio, ad quam datur conditio propter contractum resolutum, ex his: quæ notanter declarat *Hieronym. Gabri. consi. 51. n. 13. & 14.* vide *Boer. d. qu. 76.* incipit in plena audientia.

Aliter verò interpretatur *Maxilla Baren. in consuet. jus protomiseos in donationibus. num. 29.* qui duo hæc verba (omninò expellere) dicit quod non important agere, vel in judicio convenire, sed important factum cum violentia, plenè, & cum effectu, *negatque ipse in hac constitutione esse appositum verbum aliquod significativum actionis, & si reperitur, deberet intelligi pro avocanda possessione, & non pro avocando dominio, seu rectius, inquit, loquendo, pro avocanda detentatione.*

15 Et hoc modo, cum videatur datum à constitutione jus expellendi extraneum, & appræhendēdi rem per protomisim eam avocando à vero emptore, nō videtur esse personale quasi simplicis prælationis, sed jus reale retrahendi rem venditam, & traditam.

Sed verum intelligo secundum ea: quæ antè diximus, quoties vicini admoniti, & invitati, ut retrahant ipsi volentes precium solvunt, sic enim accipientes rem, nemini faciunt injuriam, argumento regulæ, quæ se habet, quod scienti, & volenti non fit injuria. *l. 1. §. usque ad eo. D. de injur.*

16 Ubi ergo non præcedit denunciatio, ac emptor extraneus recusat precium: quod fortè solvit ipse à vicinis accipere, sine dubio causa judicialiter cognoscenda est, nec liceret vicinis extraneum emptorem repellere, quod in emphyteosi magis placuit doctoribus, quicquid aliter velit *Gl. in l. 2. ver. repellere. C. de jur. emphyt. secundum Alber. ibi Jas. & alios: quos sequitur Guid. Pap. decis. 107. in princ. & videndus Jul. Clar. §. emphyteusis. quæst. 11. Cæsar. Ursill. ad Affl. decis. 97. n. 7.*

17 Advertendum insuper, ex dictione (omnino repellere) inferri, quòd non liberatur extraneus emptor solvendo interesse vicinis petentibus retractum, nisi rem effectivè restituat, singulariter *Mar. Mant. Apotheg. 133.*

18 Concesso igitur, quòd unusquisq; ex vicinis accipiet soluto precio suam portionem rei: quæ divisionem recipit, ut hic, & in fine *capit. leg. Grec. ibi* (collatione facta recipiant eam omnes secundum propinquitatem: quam habent) pone, quod is: qui emit, est similiter vicinus denunciavit tamen latis verbis suis vicinis puta, emi à Titio tale prædium mille aureis, si itaque multis ex lege vicinitatis præferri, restituatis dictum precium: nam paratus suam debitas cautelas cessionis facere, & evictionē à me ipso promittere, ac de precio quietare, aliàs nos in mora constituo. Ita verò requisiti, & invitati vicini, infrà 30. dies comparent, acceptantes oblationem dicti prædii, obtuleruntq; & deposuerunt mille aureos, instando processione, prædiiq; relaxatione. An qui emit replicabit, quòd & ipse vicinus est, & partem suam retinere intendit? videntur enim obstare duo primum, oblationem fuisse totius prædii empti; secundum, non posse à semetipso prætendere jus prothomis. vel congrui. Contrarium resolutivè concludendum est. Primum, quòd per oblationem totius non videtur juri suo pro parte ad se ex eadem æquali vicinitate spectante renunciare, cum in ea oblatione non perseveraverit, nondum lite contestata, per *tex. ubi Glo. in l. qui familia, D. famil. hercis. ad Bart. in l. in hac scriptura. D. de donatio. in fin.* & quæ allegat *Præs. de Franch.* in alio tamen proposito *decis. 60. nu. 16. & seq.*

Addo in terminis nostris *Nicol. Boer. decis. 48. num. 23.* qui vult hujusmodi oblationibus non obligari offerentem, etiam quòd fuerit simpliciter acceptata, cum videatur magis quædā notificatio, seu protestatio, quàm effectiva rei oblatio, citat *P. Phil. Corn. consi. 25. vol. 4.*

19 Ita & è contrario datur vicinis pœnitentia. Nam & si petierint se præferri extraneis emptoribus, nihilominus poterunt à sua petitione discedere, quamvis ab extraneis acceptata, & Juri congruo, & protomis. renunciare, reluctantibus ipsis extraneis, decisum refert *Præs. de Franch. decis. 346.*

Sed videtur dubia ratio: quam ponit ipse Præses, ex quo jus congrui; de quo loquitur, competit jure speciali, & extraordinario virtute consuetudinis: quia de jure communi nemo cogitur vendere plus uni, quam alteri. Et constitutio hæc Sancimus non habet, inquit, locum in Civitate Neapolis, ideò infert renunciari posse, per *tex. in l. si judex circumvento. D. de minorib.*

Sed dico idem in terminis nostræ constit. Sancimus, quia per eam semper dicitur vicinus venire de jure speciali; cum dictum sit tenere interim venditionem extraneo factam, quod & probari facile est ex ratione *d. l. si judex circumvento.*

20 Secundum resolvitur ex particulari decisione *Napodani in consuet. si ex uno. ver. ursi. nu. 94. eo. tit.* competere scilicet exceptionem pro retentione partis tangentis emptorem, eundemq; vicinum: qui totum emit, sequitur *Anto. de Alex. ibidem in notab. quæst. & in 1. consuet. Neap. d. tit. habetur additio. C. Coppula. ibi.* quid autem si habens domum, allegant *tex. in l. ex sextātē. §. latinus largus. D. de except. rei jud. & notata in l. debitor. D. ad Trebell. Afflic.* tetigit idem sequens in *princ. consti. nu. 62. vers. juxta hoc quæro, Titius, & Tiraq.* latè comprobat

quòad

quoad omnem acquisitionem revocabilem, ut non extinguantur jura pristina acquirentis, *de retrac. lignag. §. 1. Glos. 7. num. 72.* & indè novissimè *Præses de Franch. decis. 550.*

21 E diverso pone, quod quis petiit partem suam, quia non solus jus vicinitatis habet, cum alii sint in eodē gradu conjuncti, & fuit admissus ad partem soluto precio correspectivo, deinde vero aliæ partes vocant; quoniam vicini; quibus jus prothomis. competebat, recusarunt partes suas accipere, an possit, & ipse dictas reliquas partes accipere, sive petendo obtinere? quod videtur posse per jus accrescendi bene conveniens huic juri, *ex l. 1. C. quando non peten. par. pet. accresc.* Ubi notatur, per limitatam petitionem jus accrescendi non excludi, vide *Fab. de Anna cons. 47. in princ.*

Quod verum intelligo, dummodo tempus petendi non sit elapsum, ut in præcedenti *Glos.* notatur, *& in d. vers. Parentes conclus. 3. &* 4.

22 Actum est de venditione, & emptione respectu vicinorum unius rei immobilis dividuæ, vel individuæ, ad quam illi petunt admitti, cum plures sunt in æquali gradu, vel inæquali. Quid si fuit celebrata una venditio plurium corporum uno precio,

Bald. hic num. 20. vers. sed pone, quòd quis, tenet, quod si res sunt diversæ, ità quod una non est pars alterius, nec sunt ejusdem officii, nec contiguitatem habent, licet uno precio vendantur, potest vicinus petere jure congrui rem illam ex pluribus vēditis, ad quam est vicinus, recusando alias non sibi conjunctas, & vicinas: quam tamen rem integram tenetur accipere, si non sunt alii vicini volentes retrahere hoc in summa concludit *Bal*, & probat.

Sequitur *Afflict. in §. scriptum est autem num. 6.* quorum particularem decisionem dicit patrocinando se pro Universitate Poliniani allegasse, & obtinuisse *Præses de Franchis decis. 17. in fine.*

Jacob. Novel. idem tenendo *num. 215.* subdit, quòd ad retrahentis arbitrium tota res est redigēda: cui si placet, potest omnia corpora petere hoc jure protomiseos, vel partem conjunctam, si non uult omnia, sed id non probat, & contra Baldum loquitur *num. 23. vers. item pone*; quod quis vendidisset,

23 *Vinc. Maxill.* referens *consuet. Bari. eod. titu. §. si duo inter se*, quæ uult, quod si extraneus emit plura corpora distincta, cogitur vicinus, aut omnia emere, aut omnia refutare propter unitatem precii, & ad commodum emptoris extranei, & vēditoris extra Barum tenet cum *Bald.* supra relato in terminis hujus constit. Sancimus, idest posse peti rem vicinam tantum.

Et licet pro *Bald. & Afflicto*: quos tantum in hac specie recenset *Tiraq.* ipse quoque alia afferat in *suo tract. lignag. §. 23. Glos. 2. à num. 2.*

Dissentiit tamen in eo; quod si emptor extraneus offerat retrahenti totum relinquere, teneatur volens retrahere aut totum, aut nihil per tex. quem allegat *l. tutor §. 1. D. de minor.* respondit ibi *Jur. Consultus eatenus rescindi, nisi emptor à toto contractu velit discedi, quod partem empturus non esset.*

Aliaque affert argumenta: quibus contractus emptionis uno precio, & uno instrumento, quamvis plurium rerum separatarum judicatur unicus *l. ædiles. ajunt. §. fin. l. Labeo. D. de edil. ædic. l. qui duos. de contrahen. empt. l. si uno. de adjecti in diem.*

24 Quodque ex his quoad rescissionem contractus reputatur individuus, habetur *in l. scire debemus, de verb. oblig.* concordantes citat *Vinc. Anna allegat. 9. num. 6. & seq.*

Atq; eisdē rationibus post *Nicol. Boer. Guid. Pap. & Mansuerium* defendit consuetudinem Alucinïæ *Jo. Bessianus cap. 21. des emphite. art. 8. 9. & 10. & Jo. Sayss. consuet. Turon. de retrac. art. 22.*

Quibus ego facillimè responderi posse opinor, rationes eorum concludere inter eosdem contrahentes, non item in præjudicium vicinorum.

Vide *Borgni. Caval. decis. 8. par. 2. de contracti.* ubi accuratè congerit, quando recedatur, vel non recedatur à toto contractu, si pars evincatur, vel teneat venditio.

Nec omitto, quòd *Mansueri. in d. tit. de retrac. & contrac. resoluti.* non affirmat simpliciter id: ad quod allegatur, sed cum dictione (maximè) si res illæ, inquit non possunt commodè dividi, vel separari, & ita concordatur pro *Bald. & Affl.*

Ego pro eis adduco *Napodanum in consuet. Si quis emit. ver. domum de jur. congru.* qui formaliter dicit. *Quod, et si contrahentes voluerint decem possessiones distinctas, & distantes contineri appellatione Sejanorum, & sic fit venditio Sejanorum; cujus nuncupatione continentur alii fundi. Vicinus Sejana ita jus congrui habebit in omnibus illis fundis si sunt simul conjuncti. ibi. Sed verius est hoc esse verum, si sunt conjuncti.)*

25 Non est superfluum hic quoque adnotare, quòd cum extraneus emptor lege hac mandante expulsus non habeat recursum contra venditorem: qua si re evicta, ut diximus supra in *vers. dederit.*

Nihilominus habebit locum recursus, & tenebitur venditor quoties rem tradidit liberam a jure congrui, secundum *Napodan. in consuet. 1. eod. tit. de jur. congr. num. 13.*

26 Donator pactum appasuit ne prædium: quod dono dedit alii vendatur, nisi prius ipso donatore requisito, an velit emere eodem precio: quod alius obtulit non impediri, quin res illa vendi possit, & nullum jus habebit donator contra emptorem, etiam si pactum de non alienando alteri firmatum esset juramento, concludit *Anto. à Gama dec. 356.*

Quo themate retento infertur eodem casu locum esse protomisi, & emptor ille: qui à donatore priori domino est tutus; non propterea evitabit jus hoc protomis. sive congrui, data enim validitate contractus empti, & vēditi, vicinis incipit jus nasci ad retractum eodem precio soluto, ut diximus infra *vers. in venditione. §. scriptum est.*

SUMMARIUM.

1 *VErbum solvere de vera numeratione intelligitur.*

2 *Compensationi non est locus in retractu.*

3 *Vicino retrahenti an sit satis deponere in curia pecuniam.*

4 *Jus protomiseos competit sub modo, magis quam sub conditione propter gerundium solvendo justū precium.*

5 *Actio*

5 *Actio vicinis non oritur ante modum impletum.*
6 *Contractus quoad extraneum emptorem est purus ante implementum vicinorum, & sequuta traditione, dominii, licet revocabilis dicitur facta translatio.*
7 *Vicinus non adimplex ex parte sua non dicitur aliquo jure privari.*
8 *Modalis, & conditionalis dispositio differt remissivè.*
9 *Precium solvitur absque minimo defectu, cũ praesenti pecunia res quae retrahitur fuit vendita.*
10 *Vicini retrahentes, precium solvunt eodem modo, quo extraneus emptor promisit, & de solvendo cavere debent.*
11 *Vicinus pro se non idoneus, quamvis rem sub annuo reddito venditam retrahat, fidejussores offerre tenetur.*
12 *Extraneus emptor non tenetur venditori post retractum, etiam in terminis consuet. Neap.*
13 *Ficta precii numeratio non nocet vicinis.*
14 *Ficta precii numeratio intercedente Dominium in emptorem non transfertur.*
15 *Vendita re sub annuo censu non ante creato, habet locum protomis.*
16 *Depositio precii quo casu sit necessaria, vel sit satis oblatio.*
17 *Oblationis duplex consideratio ad finem diversũ.*
18 *Practica depositi cum citatione adversarii super deposito.*
19 *Afflicti lapsus circa oblationem, & numerationem precii à vicino faciendam.*
20 *Pretium certum ubi nescitur practicatur depositum alicujus quantitatis protestativè.*
21 *Exceptio non adimplementi obstat agenti juri congrui.*
22 *Periculum, & deterioratio pecuniae à vicino depositae, cujus periculo stare intelligitur, & multa in deposito observanda remissivè.*
23 *Monetarum species non attenditur, sed potest una pro alia solvi à retrahente, quod limitatur, & declaratur.*
24 *Depositarius à Judice eligitur.*

Non solverit.

1 NON solverit) hoc verbum demonstrat, quod non est satis pecuniam offerre, vel pignora dare; Nam cum de precio fiat mentio, de reali satisfactione intelligamus, oportet, ex dictis *Andr. Alciat. in l. liberationis. de verb. & rer. signific. &* authoritate Bartoli, idem *Alcia. in l. solutionis ver. eo. titu.* qui in specie loquitur, cum lex pecuniam solvi vult, quod, & comprobat *Carrocci, decis. 97.*

Nec sine misterio repetitum habetur in textu ibi (venire, & solvere) & iterum ibi (solvendo justum precium rursusque ibi (si infra statutum terminum precium non solverint) ut scilicet de aliis satisfactionum specicbus non accipias.

2 Hinc infertur benè dicere *And. Tiraq. de retrac. lignag. §. 3. Glos. 3. num. 7.* minime locum esse compensationi.

Compensatio enim probatur per viam exceptionis, ut cum agenti opponitur liquida, vel in prõptu compensatio liquidanda, non autem ut pareat actionem, ubi ad acquisitionem juris requiritur solutio, sicut hic propter verbum solvere.)

3 Propterea rationabiliter dubitatum fuit quibusdam, si adimpletum dicitur ex parte retrahentis, si cum retrahere intendit non eat ad emptorem extraneum precium soluturus, sed pecuniam in curia deposuit, qua in re *Ferron. in consuet. Burdeg. de retract. §. 15.* verbo precium re ipsa persolvendum de aequitate dicit admitti depositum, sed vide quae inferius dicemus.

4 Et nota, quia jus protomiseos non oritur statim vicinis post factam venditionem in extraneũ quamvis lex haec percipere videatur, ut iis antequam res alienetur denunciatio fiat, sed sub conditione: quae tamen dependet à potestate horum; qui vicinitatis jure preferri volunt, & ad eandem emptionem admitti precio soluto. Idque importat illa dictio in textu si non solverint quemadmodum intelligit, & interpretatur *Napodan. verbum* (soluto *in consuetu. & si ex latere, tit. de servitu,* Vel dic, quod facit modificationem secundum *Tiraqu. ad finem tract. de retract. lignag. qu. fin.*

Idque magis placet, ut hoc loco ponatur non tam pro conditione quam pro modo, propter gerundium, quod habetur ibi solvendo justum precium, Cujus natura est modificare, & qualificare dispositionem *Soc. consi. 91 & 93. lib. 1.* per famosam decisionem *Salyc in l. 1. C. de his qui latr. occul.* Estque communis dd. in dubio haec verba magis accipienda esse, ut significent modum, quam conditionem, teste *Jacob. Menoch. consi. 262. num. 6. lib. 3. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 10. titu. 5.*

Vtroque tamen sensu probatur, quod alibi differvimus, interim ante declarationem voluntatis vicinorum & precii solutionem nullam dici posse ortam actionem illis ex sola venditione in extraneum, juxta tradita per *Castrens. consi. 74. vol. 2.*

6 Vnde, & illud sequitur quod venditio extraneo emptori facta, quae resolvi poterit sub ipsamet conditione, scilicet, si vicini justum precium solverint, antequam purificetur conditio, sive etiam modus, debet quo ad extraneum puta judicari, ad *Glos. in l. 2. per illum tex. ubi concord. D. de in diem adject. & in l. si res. de contrahend. empt. Bart. in l. Julianus, in fine, de condit. indeb.* latè *Tiraquel. de retrac. lignag. §. 2. Gloss. 1. numer. 74.*

Ratio est prompta, habuit enim venditio isthaec certitudinem rei, & quantitatis se: quae faciunt; sequuta traditione ad translationem possessionis, & dominii, per *Deci. consi. 179. & 648. Rota Bonon. decisio. 29, num. 4. & 5 Rui. consi. 151. num. 4. volum. 3.* quos ad suum propositum cogerit *Borgn. Caval. tract. de tut. & curat. num. 262 & seq.*

Et in specie posuit *M. Ant. Bardus de jur. protomis. q. 20. fol. 167. quod extraneus emptor, plenus, & perfectus dominus est, antequam ab eo res avocetur per retractum.*

Quae fanè intelligenda sunt revocabiliter. si vicini infra legitima tempora ad retractum admitti voluerint, secundum ea: quae diximus *in 1. tex. in Glo. non aliter nisi.*

7 Itaque vicino non adimplente ex parte sua, vel modum nõ curante observare, non dicitur aliquo suo jure privari: quod ei nondum competit, sed dicitur haberi, ac si vocatus non fuisset, prout in vo-

vocatis sub conditione ad emolumentum respondit *Alba consi.86.n.8.* quem refert *Jo.Cephal. consil. 497.n.43.lib.4.* quamvis nõ negaverim differre modalem, & conditionalem dispositionem ex his: quæ congerit *Jo.Andre.Georg.allegat.31.*

9 Solvendum autem est precium à volentibus præferri absque aliquo etiam minimo defectu; nam præcisè attendi debet conditio; quæ ponitur ex *Deci.in c.de appell.nu.3. extra de appell.* & ut venditor non sit in damno. *Marant.disp.8. num.30.*

Est & conditio ipsa strictè interpretanda. *text. est in l.Mavius, & l.qui hæredi. D. de condit. & demonstr.*

Intellige præmissam conclusionem sanè, cum res præsenti pecunia venditur, nulla de precio fide habita, ex his, quæ supra diximus. *verb.dederit*, quod verbum, si referatur ad præteritum subjunctivi, denotat factam numerationem, si ad futurum, proximè faciendam, ut Grammatici docent, vide *Napodan. eod.tit. consuet.1. vers.fuerit.*

10 Quid ergo si in diem permissa est solvi pecunia pro re empta, vel pars precii soluta est de parte vero fides habita? respond. satis esse, ut vicini solvant, & de solvendo caveant temporibus adjectis in contractu inter vẽdentem, & extraneum ementem, vel in emphyteosim, vel locationem accipientem, ut ibi, qui præferri intendit, non est æquè idoneus, cavere oportet ad evitandum inconvenientia, cum fidejussoribus, per *Guid. Pap.* notanter *consil.161.* qui in emphyteosi loquitur.

Ita namque consulitur utrique parti, per *not. in l.1. in fin.D.si quis cautio. Deci.consi.677.* quem in simili allegat *Hier. Cagn. in l.2. Cod. de pact.int. empt. & vendit. num.276.*

Cui resolutioni adhæret *Tiraq.* multis ambagibus in *tract.lignag. §.1. Glos.18. numer.32. ad 48.* Sequitur *Ursill. ad Afflict. decis. 72. num.* 10. qui summatim inde concludit, habere locum jus congrui iisdem modis, sive commoditatibus; quibus quis recepit ab alio.

Et secundum opinionem istorum consuluit *Jacob. Mandel.consil.107. contra Bartolom.Cepol.consil.* 46. cui notanter respondet.

11 Quam regulam servandam puto, & si res sub annuo redditu vendita sit, ut is; qui retrahit fidejussores offerat, ubi per se non est idoneus, alias posset excludi à venditore, prætextu non idoneitatis. Nec satis est, quod res vendita semper existat. nam ex *l.fin. C. de jur.emphyt. vers.sin autem duorum mensium*, non idonei, propriis facultatibus vetari debent in similibus annuis præstationibus, quamvis rem juri emphyt. subjectam possessuri essent.

Rursus precia variari solent, & quæ res carò empta est, vili deinde æstimatur. & revenditur, *vulgata l.precia rerum, ad l. Falcid. cum concordantib.* ut, & tetigi supra *ver. Justum precium.*

12 Verum tamen ubique est post retractum primum emptorem exonerari ab obligatione, & hypotheca suorum bonorum, idque alibi probavimus cum jure cogente restituat, & cedat vicinis retrahentibus ex ista constitutione, vel alio statuto, allegat *Jo. Vinc. Anna allegat. 78.numer.3. & allegat. 87. Negusan. de pignor. 5. par. princip. 1, memb. numer.44.*

Quod quoq; procedit etiam in terminis consuetudinis Neapolis, ubi majus est dubium, cum videatur quædam nova venditio; quam facere tenetur extraneus vicinis per *consuet. 1. de jur. congr. ex dictis not. per Hier. Cagnol. in l. 2. Cod. de pact. int.empt. & vend. num.202.*

13 Quæro nunc si contrahentes: emptor extraneus, & venditor fecerunt pecuniam comparare, vel fateatur venditor sibi precium esse solutum, & statim per aliud instrumentum is: qui emit, se obligat ad annuũ censum super eadem re sibi vendita, ut sæpè observatum vidimus, an nihilominus habebunt vicini commoditatem eandem solvendi tempore convento in secundo instrumento:

14 Respondetur vicinis intelligi pariter dilationem concessam, & quò ad omnia repræsentant extraneum emptorem. *Nam dicit Bald. consi.298.vol.4. quod ficta precii numeratione intercedente, & statim marsupio emptori restituto, est, ac si non fuisset precium solutum, nec habita fides de precio, & ex eo contractu, quamvis verè sit venditum, dominium tamen non transfertur, per not. in §. vendita quoq; res Instit. de rer. divis.*

Nam & contractus celebrati eodem die, loco, tempore, & contestibus dicuntur correspectivi. *Rota Bonon. Beninten. decis.29.* & videatur *Afflict. decis. 306. & in constitu. Reg. Bajulos omnes Not.* 10. & quæ citat *Præs. de Franch. decis.369. nu.4* & inde.

15 Minusque dubitandum est, cum fundus conceditur ad annuum redditum, quem prædialem, sivè funciarium censum appellant Galli scriptores, *Petr. Rebuff. in constitut. Reg. Franch. titu. de consit. reddi. Glos.17. artic.1 tom.2.* nam cum permutatur fundus cum annuo redditu ab ipsomet permutante debendo, est nihilominus venditio censenda, cum ille census non sit ante creatus, & à tertio debitus, vide quæ dixi infra *vers.ex permutatione. num.29. & seq.*

16 Videtur hic text. quoad ipsam solvendi precij necessitatem intelligendus, prout verba sonant, cum vicini vocantur, & invitantur, ut emant volentes præferri extraneo emptori. Quid ergo si non fuit eis denunciatum, Sed ipsi vicini primum pro retractu extraneum emptorem provocant, eique jure vicinitatis, & congrui præferri petunt, num præcisè precium solvere teneantur, vel satis sit offerre vel etiam deponere?

Doctores varia senserunt, & variè loquuti sunt, resolutivè vero colligo veriores conclusiones, distinctè articulos ponendo.

Aut quærimus ante propositam actionem juris prothomiseos, quoties scilicet vicinus comparet, atque extraneum in jus vocat, ut declaret, quo titulo rem conjunctam possidet, qui si responderit titulo emptionis, iterum instabitur, ut declaret justum precium, atque in his præambulis non videtur necessaria solutio, neque etiam depositum, præsupposita ignorantia vicini intendentis agere post declarationem ab extraneo habitam, item præsupposita omissione legitimæ denunciationis, & sic extra casum in hac constitutione diffinitum, ita puto sustineri dictum *Joann. Aret. singu.34. Jo. Says. in consuetu.Turon.de retract.art.38.*

Aut quæritur, cum actio juris protomiseos sive con-

congrui instituitur contra ipsos extraneos emptores, ut vicinitatis jure rem conjunctam vicinis petentibus relaxent, & dic non esse satis oblationem sed requiri consignationem precii, sive ejusdem precii depositum, quam conclusionem pluribus congestis probat *Andr. Tiraquel. de retrac. conjang. §. 7. Glos. 3.* eamque uti communem, & magis receptam sequitur *Jacob. Menoch. cons. 756. num. 6. & 7. vol. 8.*

Rationem afferunt quoniam ad consequendum jus abendi non sufficit sola oblatio pecuniæ.

Ad quæsitum sitne satis offerre, vel etiam deponere pecuniam? videatur novissimè *Andr. Facchin. controver. jur. lib. 2. cap. 42.*

17 Animadverti enim solet, quod quandoque oblatio requiritur ad originem actionis causandam, quandoque ad actionem causatam adminiculandā & coadjuvandam. *Bal.* notanter in *l. in legatis. C. de his*, quæ sub modo, *Ruin. consi. 33. num. 4. & 7. lib. 3.* refert *Io. Ceph. cons. 207. nu. 47. & inde lib. 2.* vide *Tiraq. de retract. lignag. §. 7. Glos. 3. Mar. Man. consi. 322. Anto. Capic. decis. 19. num. 2. & 3. & decis. 16. num. 12.*

Atque in primo casu similiter afferunt, verbalē oblationem non esse satis, citaturque in idem *Negusan. de pignor. 3. memb. par. 5. num. 5. declarat. 2. Ceph. ubi sup. num. 2. & seq.*

Corroboratur hæc declaratio in terminis nostris ex *Ioan. Fabr. in §. ex non scripto Instit. de jur. nat. gent. & civi.* qui loquitur de pari consuetudine: quæ dat jus in re sicut est retractus: qui competit proximis de genere venditoris facta oblatione emptori, & consignatione precii, hoc enim modo inquit, acquiritur jus in re, tenentque commentatores consuetudinum cum *Barto. in l. si rem alienam. §. fin. D. de pignor. Bal. & Salyc. in l. obsignatione. C. de solut.* testatur *Io. Bessia. in consuet. Alver. de retraict. art. 4. &* 8. ubi meminit *Cassan. in §. 1. rubr. 10. text. en rendant. & in tex. le pris; num.* 8.

18 Hinc orta est practica, quod vicinus comparet cum libello, petens rem sibi conjunctam, offertq; realiter, & deponit pecuniam penes curiam: penes quam remanet depositum usque ad diffinitivam citata parte super deposito, testatur *Stephan. de Cajet. ad Napod. in consuet. si quis emit. ver. petiti Cassane. in d. §. 1. textu le pris, & text. en rendant, supra citatus.*

19 Qua tamen in re cavendum admoneo ab *Affl. 11. not. in fin.* dum concludit de oblatione, & numeratione precii taxandi, & faciendi per tabularios; loquitur enim inspecto jure *consuetud. Neap. ut eo. titu. consue. 1. in fine.*

Sed juxta constitutionem Federici offertur, & deponitur precium verè conventum cum extraneo emptore, præsupposita ejus precii notitia, per hunc tex. supra. ubi dixi *vers. justum precium quantum*

20 Si verò præsupponatur precii ignorantia, practicatur communiter, ut fiat depositum certæ quantitatis ad consequendum jus agendi, offeraturque integra numeratio, & suppletio, si fortè majus precium sit rei emptæ: quod petitur declarari ab emptore, & venditore verè, & sine fraude conventum, secundum *Bartol. Veron. cautel. 27. Bartol. Cassane. d. ver. le pris. num. 7. Nicol. Boer. decis. 112.* notanter *Andr. Gail. practic. observat. lib. 2. observ. 19. num. 7.* & inde allegant textum vulgatissimum, & vugularem *in l. statulibet rationem. D. de statu. lib. & l. seruus si haredi. §. Imperator in fin. eod. tit.*

21 Quod si nihil horum vicini observaverint, inconsultò ad retractum accedentes, patiuntur exceptionem; quæ ex aduerso opponetur non adimplementi. *Phil. Corn. consi. 40. num. 12. Boer. in consuet. Bituri. eod. tit. de retr. § 4. Glo. 1.*

Quo enim casu resolutio contractus in personā extranei emptoris causatus ex restitutione precii antea per eum soluti uenditori merito precii solutio præcedere debet tanquam causa causans resolutionem. *tex. in l. si à te Cod. de pact. int. empt. & vendit. de quo Ioan. Ceph. consi. 207. num. 51. & 52. lib. 2. Boer. decis. 124. num. 22. & 29.* idem *Ceph. consi. 551. lib. 4.*

22 Ne omittas in proposito depositi faciendi, & cujus periculo stare intelligatur, uidere notata per *Petrum Foller. in praxi censuali verbo instrumentum gratia, num. 50. & seq.* quo in loco defendit *Bart. à Tiraq. in §. 4. de retrac. lignag. Glos. 7. num. 11. Ant. Gabr. de reb. cred. conclus. 2. num. 4.* & inde *Mari. Antoni. variar. resol. cap. 13. lib. 2.*

Utque fiat pecuniæ: quæ eo tempore currere solet. Ac posse Judicem se ipsum in depositarium eligere, à quo tamen semper ego semper abstinui consultus à *Tiraquello de retract. convent. §. 4. Gl. 7. num. 2.* cui accedit *Iacob. Menoch. de arbitr. lib. 2. centu. 3. casu 232.* ubi alias quæstiones de deposito format, & soluit.

23 Aduertendum quoque est, solui posse monetam argenteam pro aurea, & grossam pro minuta, & è contrario probat *Natta consi. 454. num. 1. & 2.* aliosque cumulat, addens ad pacti. *Papiens. in action. hypothec. vers. relaxandum jure pignoris*, dummodo emptoris non intersit sibi parem motam refundi.

Adde *Præsidem de Franchis decisi. 508.* ubi duas alias limitationes considerat.

24 Decernet autem Judex pecuniam deponi penes tertium: quem ipse eliget, quod est satius, quam penes seipsum, ita enim habebunt partes: quarum interest, quem convenire pro depositi restitutione *Benedel. hic in princ. vers. Nota ibi cum legitimis usuris.*

SUMMARIUM.

1 C*Aptivi habent jus congrui, & qua apud hostes eis licent.*

In captiuitate

1 VIdes hic existentes in captiuitate non excludi à beneficio juris congrui, siue protomiseos, ex hac constitutione competentis. Sunt enim capaces apud suos ad notata per *M. Anto. Peregr. de jur. fisci lib. 3. tit. 3. de captivis, & Afflict. hic in 5. not.*

Et fortè quod in textu habetur (defensores) positum fuit propter captiuos, cum enim à casu sint in manu hostili, non poterunt cogitare de constituendo domi Procuratore. Possunt tamen ad nego-

gocia: quorum exequutione ſe redimant, conſtituere etiam dum in captivitate manent *l. ſervum §.1. de procurat.*

Et an idem circa alia *not. in dict. l. ſervum, in princ. & in l. ab hoſtibus. D. ex quib. cauſ. major,*

SUMMARIUM.

1 *VErbum captivitatis exponitur in textu pro captis ab hoſtibus, nec intelligi poteſt pro incarceratis.*

Sequitur Gloſa Antonii de Caputis.

1 IDem verbum habetur in captis ab hoſtibus. *ff. de caput. & oſtb. rever. l.1. & eod. tit. l. in bello. §. pignori.* & ſic videtur, quod legislator voluerit hic intelligere ſolum de illis: qui ſunt in captivitate apud hoſtes, non autem de incarcerato in civitate; Cum hic carcerato poſſit fieri denunciatio. Sed poſitus in captivitate apud hoſtes efficitur ſeruus. *ff. de capti. l. hoſtes,* & ſi aliter diceremus, non procederet attento: quod ſequitur in litera *argum. ff. de fidejuſſ. libert. l. generaliter. §. ſi quis alienum,* cum ſimilibus allegatis in *Gl. l. nec enim ordo ff. de ſolutio.* *Anton. de Caput. de Melfitto.*

SUMMARIUM.

1 *DEportatus civiliter mortuus qua ratione obtinet jus protomiſ. & præfertur, quoniam contrarius eſt J.C.*

2 *Emphyteoſis juris civilis inventum eſt, unde in eo dubitatur, ſi præferri debet Deportatus.*

Deportatus.

1 DEportatus, cum deſinat eſſe civis Romanus ſecundum leges communes, habetur, & notatur ad differentiam relegati in *l. inter pœnas in princ. & l. relegatorum. § ſivè ad tempus. D. de interd. & releg.* & à jure civili fiat alienus, ut *de leg. 3. l.1. §. hi quibus. not. in l.1. de hæredib. inſtit. & de libe. & poſthu. l. Gallus. § & quid ſi tantum, M. Anton. Pereg. de jur. fiſ. lib.3. tit.5.*

Mirum videtur, quod non excluditur ab iſto jure protomiſ. imò expreſſis verbis admittitur per ſuos domeſticos, procuratores, & defenſores ad retractum rei conjunctæ, ut hic textu habes. Nam & hæc conſtitutio pars eſt civilis juris, ex notatis ſupra in rubr.

Sed reſpondetur vicinum deportatum, ideò in emptione & venditione præferri, quoniam contractus eſt juris gentium. *l. ex hoc jure. D. de juſtit. & jur. & inſtit. de jure natu. gent. & civi. §. jus autem gentium. verſ. & ex hoc jure.*

Deportatus autem quamvis amiſerit ea; quæ civilis juris ſunt, retinet tamen quæ juris gentium. *l. quidam. D. de pœnis, & not. Inſtit. de capi. dimin. §. minor. Affl. hic n.37. Gaill. practi. obſervat.12. par. 2. de pace publica.*

2 Vnde vereor, quòd hic textus non poteſt intelligi, nec exemplificari in emphyteoſi: eſt: enim juris civilis inventum. *Gloſ. in d. l. ex hoc jure. not. in l.1. C. de jur. emphyt.*

Etiam ſi ad tempus fuiſſet deportatus, & d urãte deportationis tempore res vicina in emphyteoſim concedatur, interim enim civiliter moriuntur, qui ſic deportantur, ut a juris civilis beneficiis arceantur, *arg. l. aut damnum. §. in miniſterium. & l. capitalium, §. Divus. D. de pœnis, ad quas ll. vide. Capobl. in prag.7. num.7. & 10. de Baroni. Ad materiam vide Menoch. de arbitr. jud. caſu.330. lib.2. cent.4. Oſaſc. deciſ.105. alioſq; meminit Proſp. Farinac. de delic. & pœnis qu.19. nu.15. & 16.*

SUMMARIUM.

1 *EXilii ad tempus non definiti qualis natura.*

2 *Bannum propriè quomodo ab exilio differt, & quid ſit.*

3 *Banniti non remanent cives, & ſunt laicaliter excommunicati.*

4 *Banniti tanquam notoriè excommunicati, an, & quando ſint jurium civilium incapaces, & utrum à jur. protomiſ. excluſi dicantur.*

In exilium miſſus.

1 EXilium ſi non eſt ad tempus in pœnam diffinitivum: ex proprietate ſermonis par eſt deportationi, velut mors civilis, latè diſcutit, & reſolvit *Præſes de Franch. deciſ.116. in cauſa u Prioris Reg. Eccleſ. S. Nicolai de Baro.*

Quicquid fruſtra laboraverit contra tentando noſter *Aſca. in ſua allegatione pro D. M. Ant. Aquivivio.* domino criminalis juriſdictionis, ut noviſſimè declaratum fuit per S. R. C.

Ideò difficultas in præcedenti *Gl. reſoluta* hic quoque repetita intelligatur.

2 Quid de Bannitis? Bannum propriè in abſentes dicitur in præſentes enim dicitur exilium ſecundum communem loquendi uſum, nec aliud eſt Bannitio, quàm à publico bono, & civitate ejecto *Boſſi. de banni, nu.2. Clar. in prac. crim. quæſt.71. Farinac. de delict. & pœnis q.19. n.17.* ubi ſcilicet ſpecies exilii enumerat, ultimam verò ponit ſimplicem ejectionem, vel miſſionem à Civitate ad confinia.

3 Ergo banniti non remanent cives. *Alber. Roſa. in dictio. ver. cives Bal. in l. voluntas C. de fideicom.*

Et ſunt excommunicati laicaliter *Jo. Sayſo. de droict. de baronis art.1. conſuet. Turon.*

4 Et excommunicatus notoriè eſt incapax actuum civilium, ſeù extrajudicialium *Joan. Aud. in c.1. de except. in 6.* vide *Roma. conſi.459. M. Anto. Peregr. lib.3. de jur. fiſc. fol.209.*

Sed *Tiraquel. de retrac. lignag. §.1. Gloſ.9. nu.27.* diſtinguit privari bannitos juribus, & beneficiis municipalibus loci: à quo banniuntur, non autem jure communi competentibus, quam concluſionem ſequuntur communiter dd. refert *Jo. Ceph. conſi.22. num.19. lib.1. conſil.324. nu.17. lib.3.*

Ideò cum conſtitutio de protomiſi dicatur eſſe jus commune, non videntur ab hoc jure excluſi banniti. vide tamen *Caravi. rit. 210. & Hjeron. Mago. Rota Floren, dec.26. M. Anto, Peregrin. de jur. fiſc. titu.7. lib.3.*

SUMMARIUM.

1 *Absentiarum genera quot sunt.*
2 *Absentia causa Reipublicæ necessaria, & probabilis.*

Absens causa Reipublicæ.

1 Quinq; observationum genera habes per *Gl. fi. in l. fi. vers. appellare. D. de in integ. D. de restit.* quæ prosequitur *Jas. in §. rursus, in princ. Instit. de actio Joannes Milæus in praxi crim. de formula contum. ver. absentes, nu. 27. & seq. Joan. Ant. de Nigr. in c. reg. post commissum. n. 46.*
2 Causa autem Reipublicæ, quæ hic tangitur, dicitur probabilis, & necessaria, ut in *d. l. fin. in Glos.*

SUMMARIUM.

1 *Abesse causa Republica, qui dicatur.*

Glosa Ant. Caputi.

1 Causa reipublicæ quis dicatur abesse ? dic, quod qui pro Repub. Romana, non etiam Civitatis alicujus, ut *ff. ex quib. caus. majo. l. sed & si §. hac clausula adicti, in Gl. quia tantum*, & quicunque est causa dignitatis missus extra Vrbem abest causa Reipublicæ sive sit Præses, sive Proconsul, sive Procurator Cæsaris, sive Tribuni sive Præfecti comitis Legatorum, & multi alii: de quibus *ff. ex quibus caus. major. l. et qui data, & l. abesse, & l. inter, §. primo, & l. qui mittitur, & l. si cui*, & intelliguntur illi non solum commodi causa, sed cohacti absunt, ut *ff. ex quibus caus. majo. l. Reipublica*, & in prædictis legibus, & aliis ejusdem tituli, qui verò absint causa Reipublicæ, & qui non, tangit *Cynus. C. ex quibus caus. majo. l. 1.* & sic prædictis jure communi competit restitutio, ut ibidem not.

Antonius Caput.

SUMMARIUM

1 *Absentiæ causa duplex est necessaria, & voluntaria.*
2 *Absentia allegatio temeraria non prodest, et multa de citato ad informandũ, qui absentiã allegat.*
3 *Præsens præsumitur, qui in loco domiciliũ habet.*

Ex propria causa sine dolo, & fraude.

1 Quæ propria causa potest esse necessaria, ut puta quod in aliquo loco sit infirmus, vel carceratus, si tamen non procuraverit ipse carcerari ex aliqua ficta causa, ut hac dilatione quatrimestri fruatur quo casu non juvaret absentia per replicationem doli, & fraudis, ut hic ex *Hippoly. Marsil. in practi. crimi. §. sequitur, nu. 31. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. lib. 1. q. 80. nu. 49. & seq. P. R.*

Non solum ergo providet Imper. Feder. iis: quibus jus commune, verum etiam illis: qui cum sua causa, sine dolo absfuerint, habent, restitutionem ex clausula generali. Siqua justa causa, ut *ff. ex quib. caus. majo. l. 1. in fi. & l. sed & si §. item* inquit prætor, *& l. item bis. §. dolum, & l. si cui, §. tandiu, & C. de restitut. milit. l. ignorare. Anton. Caput.*

Potest quoq; esse voluntaria: quæ si malitiosa, & dolosa est: non prodest absenti, ut hic est *tex.* & concludantes allegat *Affl. nu. 30. ver. 8. nota.*

2 Et ista absentiæ allegatio est frequens, cum quis pro delicto citatur ad informandum Nam si citatus fuit visus de delicti, vel die ante delictum, nõ excusatur ut absens, sed calumniosa præsumitur excusatio, ut est *reg.* post commissum, ubi *Jo. Ant. de Nigris notanter. & Præs. de Franch. decis. 327.*

Nam exceptio, inquiunt, calumniosa non impedit cursum termini, cum temeritas nemini prodesse debeat. *Bal. in l. contra majores, C. de inoff. test. m.*

Et servamus non concedere nimiam dilationem ad comparendum, quoties admittimus allegationem absentiæ ad denunciandum reo citato, cum enim ignoretur ubi sit, non præsumitur provinciam egressus, sed quod est in loco vicino, nõ autem in remoto, ex *Andr. Isern. in constit. citationis litera, tito. de liter. citator. ponit Jacob. Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. centur. 1. casu 40.*

Vide quæ novissimè ponit *Præses de Franch, decis.* 589. de allegatione absentiæ, & interpretatione *d. c. post commissum.*

3 Et nota, quoniam probato vicinum esse ejusdem provinciæ, vel domicilii, præsumitur præsentia, itaq; onus transfertur in eum: qui allegat absentiam, ad *l. fi. C. de prascript. long. temp. per Bald. & Ang. novis s. comprobat, & dilucidat Joan. Andr. de Giorg. in allegat. 3. nu. 15. & inde post Mascar. de probat. 2. par. concl. 1219. num. 69.*

SUMMARIUM.

1 *Minor ætas de jure communi, & de jure regni differens.*
2 *Ratio; quare Imperator hic posuit ætatem juris communis diffinitum in minore.*
3 *Minor ætas ejus, qui successit majori cui fuit denunciatum, an ipsi prosit quoad tempora longiora retractus remissivè.*
4 *Pupillo an denunciari possit.*

Minor 25. annis.

1 Minor hic textus annuit uerbis claris minorẽ ætatem eandem esse; quæ de jure communi 25. annorum, ut *C. de his qui veni. æta. l. fi. & D. de minor. 25. annis, adde Boer. decis.* 140.

Quæ ætas in Regno restricta est plena pubertate 18. annorum, per constit. minorum jura: quæ est ejusdem Federici Imperatoris, quem probavimus in præludiis fuisse hujus legis authorem.

Propterea credo benè dixisse *Afflictum* istam constitutionem esse de primis: quas ordinauerit ipse Federicus, idest antequam ætatem moderasset per *d. constit. Minorum jura.*

2 Vel dic, ut nos defendimus ibidem, quòd ideò præscripsit annos 25. magis quam 18. quoniam ejus fuit intentionis, ut legẽ hanc generaliter toti imperio promulgaret uti jus commune *Roman. ut in Gl.* in omni prouincia, & in omni Ciuitate.

Et de ætate minori in Reg. tàm in Burgensibus quàm in feudatariis, ac de temporibus in integrũ re-

restitutionis, signanter agit, & resolvit *Jo. Andr. de Georg. alleg.* 16.

3 Quid si fuerit denunciatum majori; qui decessit relicto filio minori, utrum sint expectandi 30. dies? de quibus supra, vel hi quatuor menses? decidit *Jo. Sayso. in consuet. Turon. de retrac. art.* 1. *q.* 3.

2 Et notanter dixit *Affl. in* §. *ut infra* 30. *dies n.* 24. Pupillo non habenti tutorem, vel cum tutoris copia haberi non potest, denunciari posse, dummodo sit major infante, secus verò si sit infans: qui quicquid videt ignorat, adde *Napoda in consuetu. si quis conduxerit, ver. requisitus.*

Contra *Afflict.* concludendum videtur, impuberi non posse denunciari, *ex l. fi. ex legati causa. & l. seq. de verb. oblig.*

Tù verò serva, quæ docet *Muscat. in pract. Sac. Consi.* 2. *par. Glos. intimate, nu,* 37. *& nu.* 61. & quòd denunciari possit pupillo carenti tutore, speciale est allegat *Franc. Areti. consi.* 26. *nu.* 1. *per l. minor,* §. *denunciare, cum ibi not. de evictio.*

SUMMARIUM.

1 *Terminus* 30. *dierum quomodo differat à termino quatuor mensium.*

2 *Restitutio in integrum an competat lapso termino ad retrahendum.*

3 *Terminus unius anni est frequentius receptus in proposito retractus.*

4 *Restitutio etiam post quatuor menses competit absentibus, & minoribus, si aliquos non habuerint, quibus fuerit denunciatum.*

5 *Procurator generalis habet terminum ad denunciandum.*

6 *Denunciatur per bannum absenti.*

7 *Conjunctus admittitur pro sibi conjuncto ad retractum.*

8 *Absens cum dominum non habet, vel si habet, quomodo citandus.*

9 *Citatio per præconem ultima est, & per adictum sollemnis.*

10 *Absenti præjudicent necne acta contra eum, & alia circa materiam remissivè.*

11 *Denunciationis copia est danda procuratori, vel consanguineo reperto absentis, quo nomine differt ab ea, quæ fit principali.*

12 *Absens qui non habet procuratorem, quomodo conveniendus.*

13 *Minori habenti, vel non habenti tutorem, quomodo denunciandum.*

14 *Intellectus l. qui habent,* §. *si pupillus, de tutelis, discutitur contra Muscatel.*

15 *Terminus quatuor mensium non currit scienti, nisi denuncietur ei, contrà Afflictum.*

16 *Vicini sunt ne invitandi in re pupillari vendita.*

17 *Statutum respiciens rem, non personam, ligat æquè minores ac majores.*

18 *Const. Sancimus, quamvis respectum habeat ad rem vicinam, quoniam illius verba in personam sunt, non constituit jus reale.*

19 *Minorum prædia, vel sollemniter, vel de facto alienantur, & in uno quoq; casu an retractui sit locus.*

20 *Sollemnitas in alienatione prædii minoris omissa, quandoque licita, quãdoq; in licita, nec ulla est retractui impedimento, nisi resoluto contractu, qui nulliter processit.*

21 *Convalidata venditione nulla, locus est congruo, ut ex nunc.*

22 *Adventitii per partè venditis an sit locus retractui.*

23 *Pater legitimus administrator non tenent servare sollemnia sicut tutor, nec de bonis filii adventitiis inventarium conficere.*

24 *Decisio S. Conf. pro vicino ratione prædii à Pupillo minus sollemniter empti.*

25 *Differentia constitutionis hujus, & consuet. Neap. quoad venditionem rei pupillaris.*

Infra quatuor menses.

1 INfra quatuor menses) Quoniam hic terminus quatuor mensium differt à superiori triginta dierum, nota illum assignari præsentibus: qui legitimam habent ætatem, prætendique facultatem per se ipsos, jus prothomiseos. Ista verò dilatio quatuor mensium datur absentibus, ex quacunque causa sine dolo. Idest si absentia non fuit data opera ab hoc, ut qui se absentavit, gauderet longiori termino ad retrahendum in fraudem extranei emptoris, & venditoris.

Exceptis verò absentibus, & minoribus, cæteris currit ordinaria dilatio 30. dierum, cum alia species impedimenti, quæ multæ sunt, ut per *Maria. Socci. in tracta. de citat. art.* 5. *q.* 25. *&* 28. hic non habeatur.

2 Sed an quatuor mensibus elapsis competat restitutio, respondetur ex receptiori sententia dd. in propriis terminis retractus consuetudinarii, vel statutarii, taliter impeditos restitui, per *tex. in c. constitutus, extra de integr. restitu. Bartolo. Cassane. in consuet. Burgun. rub.* 10. *de retrac.* §. 1. *vers. & quod minor. possit restitui. Napod. in consuet. Neap. si quis emit ver. petenti, Gui. Pap. decis.* 257. *& decis.* 31. *vers. sed an illud tempus currat, Covarru. pract. quæst. cap.* 26.

Et antiqui dd. *Guliel. & Odofre. quos refert Alberic. in l. fi. in quibus caus. in integ. restit. non est necess. nu.* 4. appellant præscriptiones extrajudiciales à statuto inductas de recuperanda re vendita per retractum; quia currunt minori, sed restituitur adversus eas.

3 A quibus partibus minimè dissentiendum est ubicunq; per statutum, vel consuetudinem uniformis dilatio ad retrahendum conceditur vicinis, vel consanguineis venditoris, verbi gratia, Unus annus, qui terminus videtur frequens in hac materia, teste *Hippoly. de Marsil. sing.* 64. *Mandos. in tract. annal. casu. nu.* 150. *Andrea Tiraq. de retrac lignag.* §. 1. *Glos.* 10. *nu.* 3. *& seq.*

Nostra verò constitutio diversimodè præficit terminum his, qui solent in integrum restitui ab iis: quibus secundum juris censuram restitutio denegatur, meritò conclusivè respondendum est, ut elapsis his quatuor mensibus minores, & absentes minimè restituantur in integrum, *Afflic. notanter hic num.* 32. *vers.* sed juxta prædicta quæro, post *Baldum nu.* 10. *Maxil. qui de eis mentionem non facit in consuet. Bari post venditionem num.* 2. *&* 11. *eod. tit. nuncupatim de hac constitutione Tiraqu. de retrac. lignag.* §. 35. *Glos.* 2. *num.* 5. *& seq.*

Sunt ergo isti quatuor menses præcisi, & peremptorii loco in integrum restitutionis concessi, impedi-

peditis absentia, vel minori etate, ideo competunt ultra primos 30. d es, dixit *Afflict. supra vers. ut infra 30. dies ante primum notab.*

Quam conclusionem intelligo sanè, ut procedat quoties captivi, & absentes habuerint aliquos domi: quibus fuerit denunciatum, alias illi etiam post quatuor menses elapsos cum redierint in Civitatem, vel majores effecti sint, restituendi sunt secundum *Bal. notanter in eo. tract. nu. 11. & 12. vers. sed adhuc quaro quem sequitur Afflic. nu. 33. vers. sed juxta istam legem iterũ, & vers. sed quid si hoc facto.*

Qua etiam ratione attenta benè advertit *Cassane titu. des fieds §. 1. nu. 1. vers. ova la porsona.* debere requiri pro absente procuratorem ejus, vel alium loco sui dimissum in loco.

5 Procurator generalis à principio causæ potest citari: qui si petit dilationem, concedenda est ei. *Rota decis. 395. in novis. Nicol. Ant. Gravant ad Vestrium in praxi Rom. cur. lib. 4. c. 3. num.* 10. ubi de communi opinione testatur, posui supra in prima *Glo. vers. vocentur*, ibi quid si vicini copia.

6 Est que notabile consilium Bald., ut hic, ut si nemo sit; *cui pro absente denuncietur, cum res conjuncta venditur, fiat denunciatio per emissionem banni; quia fortè aliquis consanguineus, vel amicus se interponet, & Mar. Mantua docet citari conjunctos, & affines in practic. judic. casu 36. & 39.*

7 Benè facit quoniam persona conjuncta admittitur pro sibi conjuncto ad retractum, probatur in *d. cap. constitutus, de in integr. restit. ubi Gl. in princ. ver. fratre suo Anchar. in 1. Not. & alii*, & sentit *Affl. §. ut infra 30. dies nu. 23.*

8 Id verò procederet, cum qui absens est, domum non habet, ut per banni emissionem citari posset. Nam si domum habet eo loci solitæ habitationis citabitur *Paul. Castr. in l. 2. col. 2. C. de jurisd. omn. jud. Bald. in l. si quando col. ult. de testib. C. confirmat Mar. Maur. in praxi judi. casu 15. de hac re*, idest de absentibus citandis in Regno constit. citationis literæ, & latissimè *Maranta in suo speculo 6. par. primo membro de citatione num.* 101. *& consil. 29. nu. 25.* & in terminis *Affl. §. ut infra 30. dies nu. 23.*

9 Ubi omittendum non est, hanc citationem: quæ per præconem fit, omnium postremam esse *Bart. in extravag. ad reprimendum, vers. per edictum, Tiraq. alios refert, de retrac. lignag. §. 9. Glos. 3. nu. 2.*

Atque ut citatio per ædictum valeat quam multa observari debeant, ponit *Petr. Paul. Paris. consil. 31. nu. 29. & inde vol. 4.*

10 Actus verò: qui fiunt contra absentem, necne noceant, vel præjudicent, & de his, quæ potest absens per procuratorem facere, tradit *Joan. Cephal. consi. 353. vol. 4.*

Et de absentis excusatione, *Ursill. ad Affl. dec. 289.*

11 Comparente autem consanguineo, vel alia persona pro absente sit citato, ut diximus, vel si reliquit domi procuratorem, debet requirens, sive sit venditor, sive emptor extraneus copiam intimationis absentis procuratori, aut negociorum gestori reperto relinquere, alias notificatio, aut protestatio essent in magno dubio, ex quo denuntiatio expressè hic fieri præcipitur, & est de forma ex *not. per Jo. Bessian. in consuet. Alver. des fieds art. 4.*

Et ita differt ab ea: quæ fit principaliter in qua non est opus, ut in scriptis fiat, & apud acta Curiæ, quod notavimus in *vers. Vocentur, supra vers. haud autem denunciationem.*

12 Quin, & qui procuratorem non habet, adhuc absens conveniri potest, si forte instetur per Judicem, ut curator ejus bonis detur, per *l. 1. de curat. bon. dand. l. 1. & ibi Bald. in 1. col. C. de curat. furi. Mar. Mant. in pract. Judici. casu 33.*

Et item Mantua docet citari conjunctos, & affines in *ead. praxi, casu 36. & 39. notanter.*

Is verò: qui domicilium habet ratione officii, in propria nihilominus patria conveniri poterit, ubi & causa retractus per procuratorem agi, & expediri poterit *Jo. Ceph. alleg. consi. 453. num. 4. lib. 4.*

Et quomodo sustineatur relatio nuncii ad validitatem citationis domi pulchrè *Præs. de Franch. decisio. 322. à nu. 3. ad fin.*

13 Et quoniam supra in *Glos.* minor 25. annis aliquid tactum fuit obiter de citatione minoris non habentis tutorem, si enim tutor adest, satis esset soli tutori denunciare, per *tex. l. sed si ex stipulatu: quæ est 24. D. de verb. oblig.*

Revoco in dubium tàm cum pupillus tutore caret, quam cum adultus curatore, quomodo citari possint? de qua re notabilem practicam tradidit *Afflict. ubi etiam Ursil. decisio. 262. Ursil. decisio. 256.*

Idest adiri oportere Judicem, ut provideatur de tutore pupillo, cui denunciari rectè possit, qua in re vertitur intellectus *l. si dictum §. pupillo D. de evictio.*

14 Ad *textum vero l. qui habent, §. si pupillus, D. de tutel. Moderni Neapol. in pract. Sac. Consi. Glos. intimatio, num. 61. fol. 19.* accomodant novum sensum, nempè est. Quod illa verba tex. (non alias quàm si ipse petat: cui dare eum oportet (non accipiuntur de ipsis pupillis: quorum mentio præcedit in numero plurali, sed de adversario, ut sit sensus. Minoribus, sive ipsi agant, sive conveniantur, potest dari curator non officio judicis, sed parte petente.

Tu autem advertas, ne decipiaris cum eis, quoniam dicta verba referenda sunt necessariò ad minores propter id: quod sequitur cui dari eum oportet) juncto principio *text.* ubi numerus est singularis, & *versic. seq. idemq; Cassius.*

Tene igitur communem intellectum usu in foris receptum, ex *decis. Affl. 256. Caravit. ritu. 291. num. 3.* & testantur dicti moderni *dict. vers. intimato. num. 56.*

15 Quantum ad tractatũ de quatuor mensibus, *Affl. in 1. Not. vers. sed ulterius quæritur, & 10. Not.* dixit hos quatuor menses à die scientiæ currere, nec denunciationem requiri, motus ex dictis *Bal. vers. Venio ad statutum de quatuor mensibus*, eos tamen repræhendit *Maranta in tracta. de multip. alien. prohib. versic. quoad secundum terminum:* qui defendiit in hac quoque dilatione requiri denunciationem, nec alias in mora constitui posse vicinos, quod Marantæ dictum est verissimum, & in textu nostro probatur, si ponderetur vis exceptionis. Nisi fortè, ut per *Dyn. in rubr. de reg. jur. in §. 6. Bart. in l. si eũ, injuriarum, D. si qu. s cautio Deci. & Cagno. in l. 1. de reg. jur.*

Est enim regula, ut à die denunciationis, 30. dies currant, excipiuntur casus absentiæ, & minoris ætatis, ergo præsupponitur denunciatio, ut exceptio sit de regula.

Præ-

Præterea ad idem pondero ejusdem nostris textus finem. Quòd si propter negligentiam tutorum, curatorum, vel defensorum illi; quibus jus prothomis. competebat incommodum accipiunt, tenentur tutores &c. pro eorum negligentia, juxta *l. quicquid*, cum ibi notat. *C. arbitr. tute.*

Sed nihil incommodi haberent minores, nisi tutoribus, vel curatoribus denunciatum esset, ad *tex. l. qui Romæ, §. coharedes, de verb. oblig. ubi Aret. not.* 2. alios allegat, & moderni repet. sequuntur.

Hunc etiam sensum habuit Maxilla Barens. ad mentem Baldi, & expressius *Anto. Caput.* quem allegat *in consuet. Bari. §. post venditionem nu. 2. eo. tit. contra Afflictum.*

Nec obstat dictum Baldi: quem non rectè damnavit Maranta, ipse enim Bald. loquitur de quatuor mensibus à statuto prescriptis: cujus statuti dispositione attenta terminus currit à die scientiæ plenæ, & perfectæ absque necessitate denunciandi; quod ad literam patet unicuique, & sic extra casum nostræ constitutionis, & in hoc deceptus fuit *Afflictus* minus advertenter intelligens *Baldum, & Maranta* repræhendens quem non perpendit. Adde *Jacob. Cujac. de feud. lib. 2. tit. 4. qui de hac constitutione loquens, inquit, sunt agnatis ad revocandā venditionem constituta certa tempora principalibus personis dierum 30. procuratoribus eorum mensium quatuor, ex quo fuerint testatò denuncianti, ut ad emptionem accederent, si vellent.*)

16 Quid modo si vendatur res aliqua immobilis ipsius pupilli, numquid invitandi sunt vicini? & videtur ità ad æqualitatem servandam inter vicinos ex allegatis per *Aym. cons. 133. vers. 6. potest lib. 1.*

17 Rursus esse potest ratio, quod cum statutum, vel consuetudo respicit rem, sicut ligat majores, ita & minores, non item si personam respiceret, quia ad minores non extenderetur, *Socci. cons. 124. n. 3. vol. 3. Hyppol. Riminal. consi. 229. n. 11. lib. 2.*

Loquiturque *Hyppoly.* in terminis statuti, ne fiat alienatio immobilium in forensem, ut non extendatur ad minorem 25. anni, idem *Hyppol. consi. 182. n. 26. eo. vol. 2.*

Sed *Bart. in l. 1. C. de summa Trinit. & fid. cathol. nu. 32. vers. cira primum*, dicit tale statutum esse in rem.

18 Dic per hanc constitutionem venditorem obligari ad denunciandum, neque per huc constitui jus reale, quamvis respectus habeatur ad rem vicinam, ita concludendum opinor propter verba constitutionis, quæ in personam sunt, & benè aptantur quæ allegat *Francisc. de Aret. consil. 25. numer. 2.*

19 Considera duos casus. Primus est, cum prædia minorum alienantur sollemniter, alter, cum de facto procedit alienatio. In primo cessat omnnuò jus protomiseos, quoniam sine necessaria causa legibus, vel jusdicenti cognita alienari non possunt, & in necessaria alienatione cessat hæc constitutio antecedens patet per *Glos. & dd. in rubr. C. quando decre.* opus non est, notanter *Anto. Capic. decis. 113. Deci. consi. 60. Ursill. ad Afflict. decis. 249. Andr. Alcia. lib. 4. dispu. cap. 5. adde l. 1. & ibi Glos. Caroli in Longobar. titu. de prohib. alien. minor.* & ibi notavi post *Judicem Blasi. de Morco Thom. Grammat. consi. 137.* ubi de nullitate decreti non adhibita causæ cognitione super alietione prædii minoris, & de subhastatione, ut plus offerenti vendatur, *l. & si sine, D. de minor. cum concord.* ibi vide infra *vers. posthac scripta n. 25.*

20 In secundo casu subdistinguo, aut enim omissio sollemnitatis in talium rerum venditione habetur, ut licita, aut non, exemplum primæ partis subdistinctionis est, si fortè testator mandavit rem pupillarem alienari, relevando tutorem, ut sine aliqua juris sollemnitate vendat, debent enim tunc sine dubio requiri vicini, ut emant ipsi si voluerint, quoniam hujusmodi venditio non videtur differre à quavis alia privata rerum alienatione ad *Bald. consi. 287. vol. 4. Angel. consi. 175.* plures allegat *Ursil. ad Afflict. decisio. 249. num. 7. & Præses de Franch. decis. 302.*

Secundo casu subdistinctionis dubium facit nullitas venditionis sollemnitatibus non servatis, per *l. si prædium, C. de prædi. mino. & D. eod. l. 1.*

Latè allegat *Borgni. Cavalc. tract. de tuto. & curat. nu. 137.*

Vide quæ dixi infra *§. scriptum est, ver. in venditione.* ubi de hac ipsa re.

Nec relevare extraneum emptorem nullitatis allegatio, in *d. Glos. in venditione probavimus.* Nec præjudicatur minori, cui consultum est adversus utrumque.

Nisi primus emptor penitentia ductus rem eandem minori restituat, ita resolvendo, quod de facto nulliter processit, quo casu data contractus nullitate, contra verum dominum cessat omnis actio congrui. Vel nisi per Judicem declaratus est contractus nullus, favore ipsius minoris.

21 Sed pone, quod convalidatur venditio: quæ ab initio erat invalida per consensum pupilli effectu majoris, vel eo modo; qui habetur in *l. unica, C. si major fac. rat. hab.* vel de quo est alter titulus *C. si major. fac. alien. sine decr. rat. hab.* quos titulos concordavit novissimè post alios: quos citat *Præs. de Franch. decisio 25. in causa Jo: Baptista, vers. item, & si aliquando. Jo: Cephal. consil. 315. volum. 3.*

Et resolutivè concludendum est admitti vicinos, & extraneis emptoribus præferri, ex quo tempore per tacitam, & expressam approbationem contractus ab initio invalidi, videtur denuò facta rei alienatio per ea quæ adducit *Aym. consil. 19. vers. secundo respondeo, vol. 1.* in terminis *And. Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. Glos. 2. n. 10.*

22 Quid respondendum in patre; qui prædium filii adventitium tanquam legitimus adminstrator vendidit? videtur idem si filius impubes est emancipatus; neque talis pater tutor, & administrator rerum filii tenetur ad omnia; ad quæ tutores extranei, probat *Pinel. in l. 1. par. 2. num. 27. & seq. C. de bon. mater.* latè *Borgni. Cavalca, de tuto. & curat. nu. 291.*

23 Si verò filius non est emancipatus, minus est dubium pro vicinis quia cum alienat pater legitimus administrator, non etiam tutor, Judicis decreto non opus est *Deci. cons. 209. sequitur Aymo. cons. 74.* pulchre *Ursil. ad Afflict. dec. 393.* qui meminit *Tiraq. in repet. l. si unquam in princip. num. 18. & seq. C. de revoc. donat.*

Neque etiam (quod pluris faciendum est) tenetur

tur de bonis filii adventitiis inventarium conficere: quorum habet administrationem, dicunt propter nimiam fiduciam: quam de patre lex habet, dd. communiret in *l.cum oportet, §. non autem, C. de bon.qua libe.Boer.dec.61.num.5.*

Dicit tamen *Mansueri.titu. de tutor. & cur.nu.* 6.quòd pater non conficit inventarium, non quia pater,sed quia ad eum spectat ususfructus.

Ex decis.242.Præs.de Franch.

24 *In qui emit à minore,vel curatore minoris sine decreto, intentans jus congrui ad rem vicinam: qua vendita est,ne sibi obstet nullitas sui contractus,quo non est effectus dominus, per l.si prædium C. de prædi.minor.l.1. D.eod.requiritur enim, ut agens jure congrui sit dominus saltem putativus ut bona fidei possessor.Napod.in consuet. ver. alicujus debet impetrare decretum,causa cognita super dicta alienatione, ut reconvalescat actio, & judicium ad obtinendum in hoc jure retractus,ex dictis Alex.apud Bart. in l.si quis mihi bona §.jussum D.ad acqu.hæred.per Salic.in l.si quidem,C.de præd.minor.)*

Putativus,contradicit *Bened.nu.43.in comment, eod.tit.§.(.dixi supra ver.habeat.*

25 Post hæc scripta ædita est quarta pars decisio, eminentissimæ scientiæ *Præsi. de Franchis, qui decisi.588.*concludit,jus congruum habere locum in venditione predii pupillaris: quæ fieret sub hasta de ordine Sacri Consili in Civitate Neapolis,Posseque Judicem ex causa utilitatem pupilli concernente terminum abbreviare vicino,infra quem retrahat, sivè emat, quàmvis secundum illam consuetudinem detur annus,propter opinionem *Bart. & communem in l.2.D.de re judic.*

Quæ decisio non adversatur firmatæ conclusioni supra *vers.considera duos casus,*quoniam nos loquimur juxtà terminos constitutionis, quæ onerat venditorem onere denunciandi,Præses juxta consuetud.quę denunciationem non requirit,& contra emptorem est,rationem posui,*tex. in 1.Gl. ver.non aliter nisi,vers.pro materia complemento.*

SUMMARIUM.

1 *Interesse precii qua tempore distinctione debetur.*
2 *Interesse precii jure actionis petitur,nec remissium censetur,forte principali recepta.*
3 *Minor restitutus de jure tenetur ad expensas.*
4 *Interesse precii debetur, etiam si fuisset emptio fundi sterilis.*
5 *Legitima usura qua,& quo casu peti possunt, ut lucrum,& remissivè.*
6 *Afflicti opinio de fructibus examinatur.*
7 *Interesse precii non solvitur debetur à vicino retrahente venditori ratione fructuum, ex re extraneo emptori tradita collectorum, etiam si alia fortè conventa non implevit.*
8 *Fructus qui cedant emptori extraneo, qui vicinis.*
9 *Fructus in retractu à quo tempore debentur.*
10 *Instantia perempta, vel renovata, cujus sint fructus.*
11 *Fructus maturi vicinorum non sint, vel extranei emptoris.*
12 *Fructuum pendentium ratio habetur in retractu, quia rei precium augent.*
13 *Interesse,quod debet emptor ratione precii taxatur in 5.pro 100,*
14 *Usura usurarum, & interesse alterius interesse, remissivè.*

Legitimis usuris.

1 Legitimis usuris) quæ debentur propter moram, præcedente denunciatione *l.mora. D.de usur.*

Ideo nota, quod venientes ad retractum rei vicinæ infra 30.dies;cum sit mora modici temporis, non sunt obligati ad interesse;quia in mora modici temporis damnum considerabile non est *l. si debitori, D.de judic. Glos. per illum tex. in l. si ea lege.§.colonus D.locati.*

Et sic etiam habes in hoc proposito terminum quatuor mensium non brevem moram, quamvis quo ad usuras rei judicatæ quatrimestre tempus dicatur non longum *l.2.C. de usur. rei judi. Gl. 2. in cap.præterea,extra de ata.& qual.*

2 Et istæ usuræ non possunt peti nisi conditione ex ista lege Federici secundum ea: quæ habentur, & *not.in l.unica.D.de condit.ex lege.*

Propterea debentur jure actionis, nec videntur remissæ vicinis retrahentibus, si ab eis recipitur sors principalis, ut in usuris rei judicatæ decisum testatur *Præses de Franchis decisio.21.*

3 Apparet autem per hunc textum,quod tempus quatuor mensium indulgetur impeditis, per modum restitutionis. Nam & minor restitutus de jure tenetur ad expensas: quas emptor fecit *l. intra utile §.1. de minor.Guid.Pap. qu.31. Nico. Boer. in consuet.Bit urig.de retractu.§.1.vers. & currit contra omnes.*

4 Et debentur hæ usuræ, etiam si emptio fuisset fundi sterilis; quia non ratione fructuum, sed propter moram,& fidem non servatam veniunt. *Bald. in l.2. C.de usur.Socci.consi.133.& 126.vol.2.*refert alios *Benint.decis.Bonon.29.*

5 Sed quas dicemus legitimas usuras? habes *Glos. & dd. in cap.conquestus. vers. de feudo, extra de usuris.*

Casus autem: quibus peti possunt, ut lucrum: quæ regulariter sunt prohibitæ,habes per *Jo. Sayf.* notanter *in consuet.Turon.de retract. artic.2. vers. sed an sint aliqui casus.*

Hic verò legitimas esse non dubitamus;quoniam videntur recompensatoriæ,*Scaglio.in rit.20.n.5.*

6 Afflictus tamen hic 10. Nota aliter interpretatur,sentitque eo casu teneri vicinos ad damna, expensas, & interesse in favorem venditoris, quando fuit retardata venditio expectato lapsu tot mensium pro commoditate retrahentium. Quod si res vendita translata fuit in emptorem, & venditor habuit precium,& emptor rem, tunc nullum interesse currit: & consequenter nullum debetur, ita *Afflic.*

Ego puto illum decipi, cujus intellectus non consonat literæ textus, quæ in eo quod habet (extraneos emptores omninò repellere) præsupponit clarè,rem venditam, & traditam extraneo emptori, quia privatio præsupponit habitum, *l.decem,D. de verbo.oblig.cum simil.*

7 Ve-

7 Verum concedo dictum Afflicti pro venditore, si dum tradidit rem emptori extraneo precium nõ recepit; quoniam istud interesse precii semper consequitur vẽditor post rem à se traditam, habito respectu ad fructus rei venditæ, etiam si non adimpleverit alia forte conventa in contractu ex parte sua ex dictis *Jo. Cephal.* pulchrè *cons.* 609. *lib.* 4.

Et est notandum; quia contrarium videretur concludendum, cum emptor in bona fide sit, illos fructus percipiens, venditore interim moroso, juxta ea: quæ allegat *Borgnin. Cavalc. in tract. de tuto. & cur. num.* 271. ideo videbis *Præsiden. de Franch. decis.* 23. *vers. nec obstat.*

Elapsis igitur quatuor mensibus, servabimus, quæ hic habentur, ut volentes accipere rem venditam, & traditam extraneo emptore expulso solvant precium sive venditori, si non dum erat solutum ab extraneo, sive eidem extraneo, si jam solverat, cum usuris legitimis, & necessariis expensis: de quibus habebis in *seq. Glos.* hæc tamen tractatio non facit in Civitate *Neapol.* secundum *Præsid. de Franch. decis.* 390. ubi solvitur precium, quo res valet tempore retractus, & sic præsens tempus attenditur, ut *in* 1. *consuet. Napodan.*

8 Cum autem teneantur vicini infra istud quatrimestre ad usuras precii, & expensas, rationabile est, ut fructus ipsis restituantur, si quos interim collegerit extraneus emptor ex re: quam emit; sic enim fit legitima compensatio. *l.* 1. *&* 3. *C. si vend. pign. agat. l. illud D. de ædil. edic. Covarru.* quem *Pinel.* refert *in repe. l.* 2. *C. de rescin. vend. cap.* 4. *nu.* 7. *Andr. Tiraquell. de retrac. convent. §.* 5. *Glos.* 2. *num.* 3.

Qua in re advertendum est, in quocunque retractu verum esse, quòd omnes fructus antequàm vicini declarent velle præferri offerentes precium extraneo, cessisse, & cedere in ipsius extranei emptoris utilitatem; cum ante oblationem nullum sit jus quæsitum vicinis, quamvis sciverit extraneus rem: quam emit posse à vicinis retrahi, quam conclusionem latè probat in quæstione pro filiofamilias faciente fructus suos ex bonis adventitiis, antequam pater declaret velle illos ad se pertinere, *Borgni. Caval. in tract. de usufru. muli. rel. num.* 188.

Allegat multos præsertim *Beninten. Rot. Bonon. decis.* 37. *num.* 15. *vers. nisi in contrarium*, ubi de emptore rei emphyteoticæ, irrequisito directo domino, ut fructus suos faciant ante protestationem domini de irritatione contractus.

9 Ideò, quod attinet ad recuperationem fructuum procedit ex eo scilicet tempore: quo tutores, curatores, vel alii defensores minorum, & absentium declaraverint debere uti jure congrui infrà tempora legitima. Quoties enim res nunquam fuit in bonis petentis, & ex aliqua causa competit, non veniunt fructus, nisi lite contestata: quæ in proposito induceretur per denunciationem: quæ fit sivè à venditore, sive ab extraneo emptore, & per declarationem vicinorum, vel eorum: qui pro vicinis requiruntur, quòd præferri volunt offerentes implerè, antequam retractus tempora labantur, ex dictis *Guid. Pap. qu.* 257. *vers. sed nonne in casu*: ad quem se quoque remittit *Bartol. Cassan. rub.* 10. *§.* 1. *Glos. fin. vers. le frais raisonables. num.* 4.

Cumque retractus competat sub conditione, si vicini justum precium solverint, ante modum purificatum, sive conditionem, fructus non possunt cum effectu peti, per *l.* 1. *&* 2. *C. de peric. & commod. rei vend. Paul. Castrens. notat. in l. sicut Cod. de actio. emp. concord. per Parisi. consil.* 59. *col. fin. vol.* 1. *Hippoly. Rimin. consil.* 163. *num.* 22. *lib.* 2.

10 Et recenta conclusione, quòd fructus veniunt à lite contestata, pone peremptam esse instantiam quid? respond. fructus deberi ex quo tempore alia nova instantia inchoatur, per *l. fin. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *ann. Glos. & dd. in l.* 2. *de fruct. & liti. expens.* atque ita censuisse Senatum suum contra retrahentem rem jure proximitatis, refert *Petr. Rebuff.* 3. *tom. constit. Franc. tit. de fructib. & eor. restit. art.* 1. *Glos. unic. num.* 29.

11 Nec prætereundum puto, *Jo. Says. in consuetud. Turon. de retract. art.* 12. opinari, quod fructus maturi, vel qui jam maturescunt, remanent ipsi extraneo emptori, non autem pertinent ad retrahentem, etiam offerentem expensas reficere. Idque clarè exemplificat tàm in messe, quam in vindemias quę opinio æquitatem magnam prę se fert plerumque propter malicias retrahentium in expectando fructuum maturitatem, & huic opinioni *Jo. Says.* videtur consona opinio, *Raphael. Soccin. & Jas. in l. qui Romæ, in fine princip. de verb. oblig.*

12 Illud autem sine controversia est, quod si cum fundus venderetur, fructus erant pendentes; qui propterea censebantur pars soli, & precium fundi auxerunt, *l. fin. §. pen. quæ in fraud. credit.* debet illorum haberi ratio in favorem retrahentis, & precium diminuitur.

Et in propriis terminis constitutionis Sancimus *Dominus Præs. de Franch. decis.* 390. Judicatum refert arbores ceduas existentes in sylva vendita, & à vicinis retracta jure protomiseos, sivè earum precium: quo venditæ fuerunt post emptionem deducendum, ut tanto minus vicini solvam extraneum emptori, quoniam dictæ arbores incisæ sylvam reddebant preciliorem, & ideo, inquit, carius vendita est, per *text. l. in l. Falcidia placuit. D. ad leg. Falci.* citatque *Affl. & Tiraq.*

Subditque Dominus Præses id cessare in Civitate Neap. ubi res: quæ retrahitur æstimatur, ut nunc valet, quod tetigi supra *vers. justum pretium num.* 13.

Latiusque ipse explicat *decisio.* 54. *num.* 8.

Tetigimus quoque aliquid non inutile de frubus supra *tex.* 1. *vers. non aliter nisi.*

13 Neque nos prætereat, usuras: quæ debentur ab emptore ratione precii non soluti, non posse excedere fructus rei venditæ secundum magis communem opinionem per *Anton. Gabr. lib.* 3. *commun. opin. tit. de empt. vendit. concl.* 4. *num.* 17.

Taxantur itaque ad rationem quinque pro centum, *juxt. text. in authen. de non alien. §. quia verò cum concord: per Fab. de Anna consil.* 15. *num.* 15. *vol.* 1.

14 Et de usuris usurarum, & interesse alterius interesse. *Fab. de Anna consil.* 48. *eo. lib.* 1.

SUMMARIUM.

1 *Expensas repetit emptore extraneus, sive etiam venditor à vicinis, inter quas fuit per instru-*

strumentum solutum.
2 *Legales, & justi sumptus dicuntur expensa.*
3 *Venditione sine instrumento contracta, possunt adhuc contrahentes se se astringere pro cautelis.*
4 *Expensa, qua ex moribus fiunt videntur necessaria.*
5 *Expensa quando propriis, & quando communibus sumptibus sint facienda, & alia remissive.*
6 *Utiles expensa sub qua distinctione refunduntur.*
7 *Cautela pro vicinis, ut extraneum emptorem impediant, ne rem meliores, remissive.*
8 *Extraneus solvens proximiori ne petat retractum hujusmodi impensum à remotioribus retrahentibus repetit, & quo jure.*
9 *Expensa apprecii rei vendita, an, & quando, & ubi refici debent?*
10 *Salarium proxenetis, sive mediatoribus, an debeatur.*
11 *Proxeneta differunt ab astimatoribus.*
12 *Meliorationum fructus an compensandi cum sumptu.*
13 *Fructus ex meliorationibus percepti non restituuntur à condemnato ad restituendam rem una cum fructibus.*

Expensis necessariis.

1 EXpensis necessariis) cum post factam denunciationem vicinorum voluntate declarata, quòd retrahere intendunt precium offerentes, rem cum fructibus restitui, habita ratione usurarum precii, ut supra, fuit rationabile, ut extranei non sentientes lucrum serventur indemnes propter expensas: quas erogaverunt necessariò, verbi gratia pro fructibus percipiendis, ut in fructuariis, & proprietariis, dicit *Bald. in l. si pater, in fine, Cod. de usur. Franc. Vivi. in sylva commun. opin. vers. statutum. Tiraquell. de retract. lignag. §. 15. Glos. 1. num. 30. alios concord. per Borgni. de usur. muli. reliq. num. 246.* ad hæc in terminis *M. Ant. Bard. eod. titu. de jur. protbomis. quæst. 20. pagina 165. Pyrrum in consuetud. Aurel. de retrac. cap. 15.*

Quod in extraneo emptore dictum est, pariter affirmo in favorem venditoris, si vicinos impeditos his mensibus expectavit, & cum res indigeret necessaria reparatione, aut fructus, ut colligeret, ipsemet dominus expensas fecit, ità hunc textum in favorem solius venditoris intellexit *Affl.* quem superius adduxi in *Glos. praced.* licet contradixerim exemplificans potius in emptore extraneo.

In cujus extranei emptoris locum cum omninò ingrediatur pro eodem precio vicinus volens præferri, non secus, ac si ipsimet facta esset venditio, non est verendum, teneri ad illas expensas: quas nec esse habuit extraneus emptor facere, inter quas est quod solvitur pro instrumento venditionis, tradit *Bartol. Cassan. in consuetud. Burgund. de retract. §. in fine.*

2 Vocanturque legales, & justi sumptus: qui consueti sunt fieri secundum *Glos. in consuet. Burgun. §. 13. Glos. 9. num. 2.*

3 Cum autem venditio fine instrumento contracta est, posse nihilominus contrahentes se invicem astringere pro cautelis conficiendis, *doctiss. Massueri, in sua practi. titu. de empt. & vendi. nu. 12.* quod omnes sequuntur, & servant.

4 Sed & pro apprecienda, si fortè ut solet ità convenerint emptor, & venditor de stando æstimationi talium communiter electorum, Nam expensæ secundum locorum consuetudinem erogatæ restituuntur per retrahentes, *Cassane. in consuetud. Burgund. rubr. 10. §. 1. num. 5. vers. quid de expensis*, quæ fiunt ex communi usu patriæ.

5 Quando aliquid propriis expensis, quando communibus est faciendum, & quid cum locus est inspiciendus? *Vincen. de Franch. decis. 332. nu. 5. & 6.*

6 Quid autem de expensis utilibus? & videntur non posse repeti, cum text. hic solum obliget retrahentes ad expensas necessarias, & ità sentit in terminis paris consuetudinis Turoni *Jo. Sayso. de retrac. art. 14. vers. sed pulchrum est videre.*

Ego dico, etiam utiles deberi, ne contingat locupletari retrahentem cum aliena jactura, hic enim textus procedit quantum ad tempora retractus, nam licet retrahens tales expensas non reficiat, non ideò minus admittendus est ad retractum, ad *tex. notab. in l. intra utile, §. fin. D. de minor. Cassan. d. tit. §. 10. vers. les fraicts. num. 3.* vide omninò *Andr. Gail. practic. observ. lib. 2. observat. 19. num. 9. post Tiraquel. de retrac. convent. §. 7. Glos. 1. num. 5.*

Ideò defectus talium expensarum refusionis nõ excludit retrahendi facultatem, quamvis refundi debeant per retrahentem, aliæ verò: quæ circa contractum, & ante nactam possessionem erogantur, si non refundantur intrà tempus, permittitur jus vicinorum lapso tempore.

7 Qui supra commentati dd. etiam referunt pro cautela vicinorum ad impediendum emptorem extraneum, ne rem melioret, *Alber. de Ros. in d. §. fin. l. intra utile. num. 4.*

8 Quid si extraneus emptor aliquid solverit proximiori venditoris ne retrahat, utrum quod ità solutum est refundi debet à vicinis, & restituendum id quoque per remotiorem retrahentem consentit *Boer. in consuetud. Biturig. de retract. §. 4. vers. sed quid cum proximior.* Intellige jure retentionis excipiendo, non ex vi consuetudinis sivè etiam legis retractus, quæ de necessariis loquuntur expensis, ut hic.

9 Sed an sint utiles, vel necessarii sumptus pro re æstimanda, sicut supra formavimus? respond. secundum *consuetud. Neap.* tales expensæ sunt necessariæ, mandant enim fieri apprecium rei retrahente per tabularios, cum res petitur jure congrui; est que bona consuetudo ad finem evitandi fraudes cum instantia precii, & veri valoris rei habetur magis per appretium, quam per subhastationes; post alios differit *Præses de Franchis. decis. 54. num. 7. & 10.*

Ex hoc sequitur, quòd vicini retrahentes, non tenentur reficere salarium, quòd expensum est primis tabulariis: qui rem æstimarunt respectu extranei emptoris, cum de eo apprecio non sit habenda ratio in terminis dictæ consuetudinis, vide in simili *Cassane. de retrac. §. 3. num. 2.*

10 De mercede verò: quæ proxenetis, sivè mediatoribus datur, dubium est, sit necne restituenda, & mitti-

& minimè restitui vult *Cassane. d. §. 1. in text. les frais raisonables num. 4. Ioan. Bessian. in consuet. Alver. tit. des executions vent. & subhast. art. 42.* allegant *Ang. in §. duplum, Instit. de actio. per tex. in l. debet, de adil. edic. & l. 2. de proxen.*

Sed *Angel.* falsò allegatur à *Cassan.* & distinguendi videntur sumptus concernentes personā venditoris, vel emptoris.

11 Namque proxenetæ non videntur communiter electi ab emptore, & venditore, sicut appretiatores: qui mittuntur de communi consenso ad sciendum justum rei valorem, & consequenter quod eis solvitur ab emptore non dicitur spontè datum sic concordat *d. l. debet. cum sua Glo.* quam benè declarat *Tiraquell. in proposito de retrac. lignag. §. 29. Gl. 4. num. 8.*

12 Fructus verò meliorationum non debere cum sumptibus, compensari tenent *Afflict. decis. 87. ad fin.* & vide modernos *addent. ad Affl. d. dec. 87.*

Qua autem ratione meliorationes cum fructibus compensandæ sunt, habes notata per *Anto. Capyc. decis. 93. à num. 9.*

Et quomodo recuperantur. *Ioan. Vinc. Anna allegat. 6.*

13 Novissimè dominus *Præses de Franchis decis. 705.* de condemnato ad restitutionem rei cum fructibus, quod non tenetur restituere fructus perceptos ex meliorationibus per possessorem factis.

SUMMARIUM.

1 Tutor si, & ipse vicinus est, an pro se magis, quàm pro pupillo retrahet.

Resarcient de proprio.

1 Quid si ipsi Curatores, vel Tutores sunt etiā, uicini? quo nomine tenentur magis emere, proprio an tutorio? uidetur proprio juxta ordinem charitatis, ex *l. Præses C. de servi. & aqua.*

Tu dic debere eos uersari in re pupillorum, quemadmodum in porpria *l. tutoribus, & curatoribus, D. de admin. tuto.*

Nisi certum esset quod pecunia pupillaris collocari non poterat in illam emptionem, sua uerò sic potuit *Barto. in l. tutor §. non est num. 2. D. eod.*

Accipiet igitur cæteris paribus portionem suā, & portionem pro suo pupillo authoritate hujus constitutionis: quæ uocat unumquemque uicinum ad suam cujusque portionem, ut supra.

Vnde si dictus tutor emeret uicinam rem: quæ deberet communicari inter ipsum, & pupillū propter parem uicinitatem suo nomine tantum, esset nihilominus condemnandus ad congruæ partis restitutionem contingentem, ex allegatis *Io. Ceph. consil. 65. lib. 1. per dd. post Glos. in l. quicquid, & ibi Cynus not. Bald. in l. Titio ad municip.*

SUMMARIUM.

1 *Tutores, & Curatores negligentes tenentur minoribus in id: quod interest, & quomodo probetur negligentia.*
2 *Vicina prædia non semper expedit emere.*
3 *Instantiæ paremptio cadit damno tutoris, & curatoris desidis.*
4 *Retrahens quo nomine retrahit, eodem precio solvit.*
5 *Mulier non gaudet quatuor mensibus, quamvis minorum gaudeat privilegio.*

Quicquid incommodi.

1 Quicquid incommodi) quò ad minores quæstio videtur jure etiam communi expedita ad eorum favorem contra tutores; nam cum prædia sunt venalia, & possunt emi, tutores negligentes tenentur resarcire interesse suis pupillis: nisi converterint pecunias pupillares, & infructuosa mobilia in talium emptionem, vide *Rolan. à Vall. cons. 35. num. 17. & consi. 49. num. 34. vol. 1. & in tract. de lucr. dot. q. 64. num. 20. post Roman. sing. 179.* quem refert *Borgn. Cavalc. de tuto. & cur. num. 115.* & vide *Parisi. consi. 96. num. 35. & nu. 36. vol. 2.*

Idemque *Borgni.* ibi *num. 120.* de modo articulandi, & probandi negligentiam meminit *Jacobum Menoch. de recup. possess. 7. remed. q. 5. num. 18. & seq. Mascard. de probatio.*

2 Ego autem tàm ad arguendum, quàm ad defendendum tutorem, & curatorem, quòd non emerint, adduco valde notabilem locum *C. Plin. 2. epist. lib. 3. Calvisio Rufo*: quam placet ex parte huc referre.

Assumo te in consilium rei familiaris, ut soleo. Prædia agris meis vicina, atque etiam inserta venalia sunt: in his multa sollicitant, aliqua nec minora deterrent. Sollicitat primum ipsa pulchritudo jungendi, deindè quod non minus utile, quam voluptuosum posse utraq; eadem opera eodem viatico invisere, sub eodem procuratore, ac pene iisdem actoribus habere, unam villam colere, & ornare, alteram tantum tueri, inest huic computationi sumptus supellectilis, sumptus atriensium topiariorum, fabrorum, atque etiam venatorii instrumenti: quę plurimum refert, unum in loco conferas, an in diverso dispergas. Contra vereor, ne sit incautum rem tàm magnam iisdem tempestatibus, iisdem casibus subdere, tutius videtur incerta fortunæ possessionum varietatibus experiri, habet etiam multum jucunditatis soli, cœlique mutatio, ipsaque illa peregrinatio intersita jam quod deliberationis nostræ caput est agri sunt fertiles, pingues, aquosi. Constant campis, vineis, sylvis: quæ materiam, & ex ea redditum sicut modicum ita statutum præstant, sed hæc felicitas terræ imbecillis cultoribus fatigatur, &c.

3 Sint cauti, qui alienas res curant; ne damnò propter negligentiam afficiantur. Nam præter id: quod hic habetur, si per desidiam tutorum, actorum, curatorum, vel procuratorum, triennium fuerit elapsum, & à causa ceciderint, hi: qui defendendi fuerant, omnem jacturam: quæ ex illa causa oritur, ad tutores, & curatores, aut eorum fidejussores, hæredesque, & res eorum, & omnes: quorum hac causa legitimè interest redundare, *tex. est in l. properandum §. fin. C. de judici.* ad quorum verborum intellectum *Vincen. de Franchis decisio. 321.*

Fitque regula, quem pati pœnam ex negligentia sui officii, sivè tutor, sivè alius *l. patrimonialis*

 & ibi

& ibi *Joan. Plat. C. de fund. patri, & saltuum. lib. 11.* citat concord.

4 Qui alieno nomine retrahunt, ut tutores, curatores, defensores, & procuratores; de quibus hic, eodem nomine precium soluunt, vel deponunt. Sed quid in patre legitimo bonorum filii administratore? quid item in marito: qui pro uxore retrahit ponit *Tiraq. de retrac. lignag. §. 10. Gl. unica à n. 2.*

Et maritus, vel pater possunt retrahere ex persona uxoris, vel filii, vel ambo simul, cum sit actio realis, dicit *Nicol. Boer. de retrac. in consue. Bituri. §. 1. in fin.* Sed vide quæ notavimus supra *in princ. constit. vers. habeat.*

5 Sed an quod hic dicitur in minoribus, ut habeant ex hac lege longiorem dilationem, idest quatuor mensium, porrigatur ad viduas? videtur quòd sic ex generali æquiparatione privilegiis. *Glos. fin. in constitu. Regn. justi cultoris*, allegat *l. 1. ad finem C. de fals. mone. probat tit. C. quando Imper. int. pupil. & vidu.* & illam Glosam sequitur *Affli. in d. constit. in fin. num. 8.*

Contrarium sentio per hanc ipsam constitutionem, quæ specialitatem inducit quò ad personas: quæ per se ipsas nequeunt sua negocia gerere, ut sunt absentes, & minores, non item mulieres: quæ licet olim non viverent sine mundualdo, per *l. 1. in Longob. quali. muli alien. permit.* Hodie tamen in judiciis jure Romano agunt, & excipiunt: non obstante ritu 292. quem non servari videmus teste ibi *Cavensi, & Caravit. dixi in d. l. 1.*

Sequuntur Glossæ Antonii de Caputis de Melficto, quas omisimus propriis locis inserere

SUMMARIUM.

1 *Minor ætas secundum jus Longob.*
2 *Minor carens tutore, qui ejus nomine retractum petierit, quod remedium habeat.*

Glos. ver. fuerit minor.

1 Vel fuerit minor) Prætor naturali æquitate motus, tutelam minorum suscepit, succurrens fragili, & infirmo minorum consilio. Nec ante illud tempus ipsis minoribus administrationem rerum suarum concessit. *ff. de minor. lib. 1.* & propterea hic excipiuntur propter infirmum consiliū. Sed de jure Longobardo minor ætas finitur 18. annis, ut in *Long. de probib. alien. mino. l. 1.* & hoc approbatur de jure *constit. reg. ut in constit. minorum jura, in fin. de lesione min.*

2 Sed quid si dicti majores non habent tutores, nec curatores? *Bal.* hic dicit, quod illud remediū quoad dabatur istis contra tutorem datur contra Magistratum, qui de tutore non providit; quia ad eum spectabat, & si non fecit, onum incumbit Magistratui. *ff. de Magi. conveni. l. 1. §. Magistratus. & Instit. de Attili tuto. §. sed hodie*, quia si dicta constitutio ob minorem etatem voluisset eis providere puta de restitutione in integrum, vel aliter jam dixisset, sed jam probavit ultimum remedium ut *C. de cadu. tollen. l. una in princ.* ibi quod tollitur, vel formatur, non debet esse incognitum.

Sed salva pace domini, videtur loqui contra *l. fin. in quib. caus. in integr. restit.* non est necess. ubi præscriptiones temporales non currunt contra minores.

Sed potest dici, quod illa lex hoc non dicat, sed solum vult, quod præscriptiones ex jure veteri inductæ non currant contra minores, sed quod hic dicitur, est potius de consuetudine, quam de jure secundum *Bart. in d. l. fi. & ff. de minor. l. etiam,* voluit, quod etiam præscriptiones consuetudinariæ, vel statutariæ non currunt contra minores.

Sed huic dicto obstat extra *de in integr. restit. cap. constitutus*, ubi erat consuetudo secundum tenorem hujus constitutionis, & tamen currunt tempora contra minores, sed fuerunt restituti, & hoc voluit ibi *Goffred*, quod hæc præscriptio currat contra minores, & ideo conceditur restitutio.

Et quamvis *Bart.* distinguat, nihilominus *Bal.* vult quod *d. l. fin.* non tollat præscriptionem consuetudinis vel statuti, cum consuetudo, & statuta ligent etiam minores, ut *ff. de admini. tuto. l. sine harede. §. lutius.*

Et per *d. cap. constitutus*, patet quod facta erat venditio, & elapsum erat tempus, & tamen minores restituuntur, & non habetur recurcursus contra Magistratum. Sed quod voluit *Bald.* de illo casu non fuit recordatus, quod capitulum illud loquitur de minore, secundum tenorem hujus constitutionis, & ipsum intendit *Jo. Andr.* & si potuisset offerre precium, & obtulit, *ut not. de restit. in integr. clem. 1. in Gl. 1.* lapsum tempus facit, quod *not. per docto. in l. 2. & f. si advers. vend. pign.* *Antonius de Caputis des Melfecto.*

SUMMARIUM.

1 *Conjunctus ignorans jus prælationis sibi competere, non excusatur.*

Glos. Et licet. Anto. de Caput.

1 Et licet) in huc verbo ponitur, qualiter succurritur prædictis captivis deportatis exulibus absentibus, & minoribus, quid si conjunctus ignorat jus istud sibi competere? respond. talis ignorantia non prodest ut *ff. de jur. & fac. ignor. l. 1. §. 1.* Nam hæc constitutio est lex scripta, ergo ignorari non debet, facit *ff. de calum. l. annuo Antonius de Caputis.*

SUMMARIUM.

1 *Curator largè sumptus datur captivis, & cuilibet absenti.*
2 *Tutor à curatore in quo differt remissivè.*

Glos. Tutores autem, & Curatores Ant. Caputi.

1 Tutores eorum, & Curatores) istud refertur ad illud; quod dicitur de minoribus. Tutores antē quævis intelligantur quo ad impuberes, dictū hic de Curatoribus potest intelligi quasi generale, nam dantur captivis, & cuilibet absenti, ut *C. de post li. rever. l. 3. & ff. ex quib. caus. majo. l. ab bo-*

hostibus. §. 1. & de in integ. restit. l. in ratione, & de curat. bon. dan. l. 2. datur furiosis. ff. & C. de curat. furios. per totum.

2 Et in quo differt curator à tutore, notatur. *ff. de tuto. & curato. dat. ab his l. neuter. §. 1. in Glos.* & quid sit officium, & effectus, *not. plen. per Glo. ff. de cura. bon. dan. l. 2. Anto. de Caput.*

SUMMARIUM.

1 *PRocuratoribus definitio.*
2 *Defensoris multiplex significatio.*
3 *Deportatus, vel captivus si non habet Procuratorem, vel aliquem in domo, quomodo fiet denunciatio.*
4 *Deportato, vel captivo redeunti, pro quo nemo poterit denunciari, an competat jus retractus.*

Glos. Procuratores, & Defensores Ant. Caputi.

1 PRocuratores, vel Defensores) licet verbum curatores, ut supra potuisset referri quasi ad omnes personas superius nominatas, quia tamen sunt qui constituuntur, & dimittuntur procuratores ideo adjunxit de eis, & dicitur procurator: qui aliena negocia mandato sibi à domino facto gerenda gratuitò suscepit. *ff. de procur. l. 1. de hoc per Cyn. C. de procurat. in rubr. & in Specul. de his, qui alie. neg. in princ. & ibi Jo. Andr.*

2 Defensor quandoque accipitur largissimè pro omni eo: qui causam suam agit agendo, vel excipiendo, vel accusando, *ut ff. de aboli. l. 2.* quandoque largè, cum petit remissionem, quandoque strictè pro eo: qui vocatur ad judicium, & admittitur etiam sine mandato, de quo habetur. *ff. de procur. l. sed & hæ personæ.* Sed de hoc quasi per totam *l.* & per prædicta voluit succurrere, & providere supradictis personis: & vigore hujus cōstitutionis debent admitti nomine supradicto conjunctorum, & non proprio.

3 Sed quid si captivus, deportatus, vel absens non dimisit procuratorem, nec in domo habet aliquem? dicit *Bald.* hic, quod debet fieri denunciatio, quando talis res venditur per emissionem banni; quia forte aliquis consanguineus, vel amicus suus interponet se pro eo in factum suum in talibus opportunum, *argum. ff. ex quib. caus. in possess. eat. l. hoc autem 1. resp. & §. 1. & l. Fulcinius §. 1. alias & de privil. credi. l. si pupillus, & tetigi supra in Glo. Denuncietur.*

4 Sed quid hoc facto si nullus comparuerit, & isti redeuntes petunt venditionem irritari, & ex hoc juri sibi attribui offerentes precium, & causam absentiæ allegantes? *Bald.* hic dicit, quod ex quo hæc constitutio de non habentibus procuratores, & defensores nullam fecit mentionem, & indeterminatè reliquit, opus est nova lege; quæ determinet hoc dubium; quod sæpè contigere potest per *Carol. in tit. de successio. l. si sorores,* & satis videtur iniquum, ut isti sine culpa damnificarentur, ideo videtur eis succurrendum, ut *not. C. & ff. ex quib. caus. major. & de capti. & postli rever. per totum,* & pro dicto *Bal.* optimè facit *cap. constitutus, extra de restitu. in integ.* ubi datur restitutio. quamvis hic de restitutione nihil dicatur, & potest dici, quòd illud: quod in hac constitutione prætermittit remanet in dispositione juris communis, ut *not. ff. de condit. ob caus. l. si extraneus, & ff sol. matrim. l. si cum dotem, in princ.* & jus commune est ut dicti tales restituantur per dicta jura. *Ant. de Caput.*

SUMMARIUM.

1 *TErminis quattuor mensium à quo die incipiat.*

Glos. infra quattuor menses. Ant. Caputi.

1 INfra quattuor menses) Sed quando debet incipere commutatio horum quattuor mensium? videtur à tempore denunciationis, cum facta denunciatione conjunctis, ipsi si præsentes sint, infra 30. dies, eorum procuratores, & defensores habent quattuor menses, sed istud procedere non videtur, nam infra dicitur extraneos emptores repellere) & sic computatio non fiet à tempore denunciationis, sed à tempore venditionis, vel locationis, alias quod sequitur nō procederet de resarciendo legitimas usuras, & expensas, cum vendens non posset imputare usuras, sed emptor.

Sed potest dici, quod aut facta fuit denunciatio conjunctis præsentibus, & postea absentibus, debet fieri computatio à tempore denunciationis: quia præsumitur, quòd notificaverunt procuratoribus, & defensoribus eorum; quos dimittere tenentur, ut extra de eo: qui mitti in *possess. c. fin.* aut non fuit facta denunciatio, vel solum facta fuit venditio: contra quam admittuntur tutores, & curatores, procuratores, & defensores infra quattuor menses, computando à tempore venditionis.

Sed melius est, & æquius, quòd à tempore scientiæ, *ut not. in l. ab eo. C. quom. & quando Jud.* Et quia tractatur de damno vitando, & pro hoc facit regula Ignorantia *lib. 6.* cum dicta venditio sit facti, & non juris., in quibus casibus præsumitur ignorantia, ut *not. extra de constit. cap. 1. lib. 6.*

Sed præmissis obstare videtur quod notat *Bald. de itine. actuque priva. l. si quis autem propter inundationem.* Sed illud intelligitur in præscriptione 30. vel 40. annor. & tamen dicit ipse, quod licet dicta præscriptio currat contra ignorantem, tamen restituitur, ut ibi, & non obstat. *Ant. de Caput.*

SUMMARIUM.

1 *USuræ sunt hodiè prohibitæ, quibusdam casibus exceptis.*

Glos. Cum legitimis usuris. Ant. Caputi.

1 CUm legitimis usuris) Hodiè usuræ sunt prohibitæ, ut *not. Glos. C. de summ. trinit. l. 1.* & ibi *Bart. & extra de usur. cap. conquestus*; sed petuntur non tanquam usuræ, sed tanquam interesse, ut *ibid. not. Bart. & Glos. ff. de actio. empt. l. jubemus. §. idem Papinianus, & C. eo. l. curabit, & in authen. de naut. usur. §. 1.* ubi dicitur, quòd corri-

corrigitur totus titulus *ff. & C. de usur. & omnes ll. eas permittentes,* nisi in casibus permissis, & notatis in *cap.salubriter, & extra de usur.* de hoc plenè per *Joan. Andr. in mercur. regula peccatum. Ant.de Caput.*

SUMMARIUM.

1 *EXpensæ vel in judicio, vel extra judicium,*
2 *Expensæ, vel circa rem mobilem, vel immobilem.*
3 *Expensarum aliæ voluptariæ, aliæ utiles, aliæ necessariæ,& quæ à retrahente refundantur.*

Glos. Necessariis expensis Ant. Caputi.

1 NEcessariis expensis) Expensarum aliquæ fiunt in judicio, & aliquæ extra judicium, de his: quæ fiunt circa litem in judicio, habetur *C. de judic. l. Sancimus,* & ibi pulchrè *per Cyn. & not.per Inno. extra de dolo, & contum. cap. finem litibus. Glo. in l.terminato. C. de fructi. & liti. expens. & Specul.tit.de expensis.§.si usque ad finem.*

2 De his verò:quæ fiunt extra judicium quædam sunt:quæ fiunt circa rem immobilem, & de his habetur. *ff. de impens. in reb. dot. fac per totum, & in l.1.§.sed nec ob impensas. C. de rei uxo. actio. & ff. de rei vend. l. fructus, & ff. commo. l. in commodato §. poss. & ff.sol. matri. l.divortio. §. impendia.*

3 Sed hæ impensæ:quæ fiunt extra judicium, aliæ sunt necessariæ,aliæ utiles, aliæ voluptariæ. *ff. de verbo. & rer. signif. l. impensa,& d. tit.de impens. l.2. & 3. & extra de deci. cap. pastoralis,* factæ autem in reficiendo dicuntur necessariæ, & reficere est ædificio jam facto remedium facere, *& ff. de itin. actuq. priv. l.3. §. pen. ff. de usufr. l. usufructuarius novum,* & dictæ expensæ necessariæ reservantur per doli exceptionem, & rei retentionem, ut *ff. de rei vend. l. sin autem. §. in re petita, & C. eo. l. si quis ex quibus intellige,* quæ ex ista constitutione debentur.*Ant.de Caput.*

SUMMARIUM.

1 *EXtranei emptores qui?*
2 *Extranei emptores quomodo sint repellendi,*

Glos. Extraneos emptores. Ant. Caputi,

1 EXtraneos emptores) Emptores extranei qui dicuntur? dic illos: qui non sunt conjuncti, ut hic, quamvis istud verbum capiatur multipliciter, ut *C.de impon. lucr. descrip. l. unica in Glo.* aliter hic non faceret ad propositum, & esset absurdum, *C. de fur. l.si quis, ff. de nego. gest. l. Pomponius. & ff. sol. matri. l. divortio, & C. de testam, l. consulta divalia. ff.de excus. tuto. l. scire oportet. §.aliud.ff.de reg.jur.l.aliud.§.absurdum.*

2 Et dicti tales emptores extranei debent repelli judicario ordine non prætermisso,quia istud jus est in rem, & afficit possessorem, & ideò contra emptores possessores agendum est, ut dicimus infra *simulati. Anto.de Caputis*

SUMMARIUM.

1 *NEgligentia quæ culpa sit?*
2 *Tutor non solum de dolo, sed de lata culpa, & levi negligentia tenetur.*
3 *Tutor, qui neglexit petere retractum, si non est solvendo, quomodo subvenitur minori,& quid in Procuratore.*

Glos. Et si neglexerint Anto. Caputi.

1 ET si neglexerint) An negligentia sit culpa? resp.quod negligentia est lata culpa facit *ff. si cert. pet. l.periculum, & de admin. rer. ad civi. pertin. l.2. §. si eo, & de Magistr. conven. l.2. §.fin. l.Magistratus, & de soluti. l.sicum, §. pen. & C. de adm. tut. l. debitoribus, & not. Glos. C. de arbi. tute.l.2.*

2 Et tutores, & curatores non solum tenentur de dolo, sed de lata culpa, & negligentia levi.*C.de peric. tut. & cur. l. si res pupilli, & C. arbi. tute. l. quicquid,* & eodem modo tenentur procuratores, & defensores,ut *ff. mand. l. si procurato. §. dolo, & Cod.mand.l.à procuratore.*

3 Sed quid si isti tales non sunt solvendo? dic quòd in hoc casu datur restitutio, ut *ff. de minor. l. cum mandato,* & hoc cum est administrator voluntarius, ut procurator, si autem est necessarius, ut tutor, & tunc est in adoptione minoris, agat contra ipsum tutorem, vel petat restitutionem,ut *C. si tut. vel cur. interve. l. etiam in Glo.* & hoc etiam procedit in majore; quia non potest habere recursum contra procuratorem propter inopiam, quia inanis est actio *ff. de dolo. nam his.* & Nihilominus restituitur, ut *not.Glos.extra de restit.in integr. cap.2. in Glo. pen.* Sed in illa *Glos.*tantum loquitur in dolo, sed intelligentia secus, & imputet sibi, qui tali commisit negotia sua, *ut ff. de mino.l.cum mandato. Ant. de Caput.*

SUMMARIUM.

1 *Suum dicitur pluribus.*

Glos.De propriis suis. Anto. Caputi.

1 DE Propriis suis.) Suum dicitur tribus modis, scilicet ratione jurisdictionis, protectionis, & proprietatis, ut *not. in constit. ff.in 1. Glo.* Vbi ratione proprietatis cujus quis;si non possidet, habet rei vendicationem, *ff. de rei vendic. l. solum.§. meum,* & si possidet jus excipiendi, *ut ff. de acqu. rer. domi. l.rem in bonis.* Item aliquando ratione ususfructus, nam licet res fructuaria non dicatur fructuarii, sed proprietarii, *ut ff. de leg.3. l. suos. resp.2.* tamen quo ad ipsum jus fruendi suorũ numero est,cum vendicari possit, ut *ff. si ususfr. pet. l.1. in princ.* & potest vendi, vel donari.*ff. de usufru. l. non utetur,cum seq.* item alio modo ratione usus, seù habitationis, cum talis habeat jus in re, scilicet habitandi, vel fruendi. *ff. de usu, & habit. l.si habitatio.* Item alio modo ratione conjunctionis, ut *ff. de leg.3. l. si quis suos, per Bar. ff. de leg. 1. l. servi. electione, §. Labeo, & C.qui test. fac. poss. l.1.*

l.1.quamvis dicatur suum ratione administrationis, ut *ff. de pecu. leg. l. denique. §. qui Sticum, & Pamphylum*, & ex prædictis comprehenditur, quæ dicuntur bona sua propria, ex quibus resarciri debent incommoda, ut *ff. de popul. acti. l. 1. Ant. de Caput.*

SUMMARIUM.

1 *Incommodi exemplum in casu tex. quod tamen sicut interesse potest esse multiplex.*

Glos. Incommodi, Antonii de Caputis.

1 Incommodi) simile verbum habetur *C. de peri. & comm. rei vend. l. 1. ff. eod. l.* id quod, cum simil. Sed quæ possunt esse ista commoda? resp. si interesset conjuncto habere potius rem conjunctam, quam precium, nam sic habendo rem conjunctam esset commodum: ita non habendo esset incommodum, facit *C. si tut. non gess. per totum*, quod incommodum potest esse multiplex, sicut dicitur de interesse, ut *not. C. de sent. quæ pro eo, quod int. l. 1. per Glo. & dd. Anton. de Caput.*

TEX. III.

Licet autem supra dixerimus, quod omnes vocantur ad jus protomiseos; tamen si probatum fuerit quod atroces injurias, vel manus impias ex proposito venditori, vel ejus familiæ intulerint, vel ipsius substantiæ gravem jacturam moliti fuerint, vel contra ejus vitam nixi sint, vel etiam pecuniale damnum dederint, omnes isti nullo modo sine venditoris voluntate ad jus protomiseos veniant.

SUMMARIUM.

1 *Inimicitiarum variæ causa.*
2 *Inimicitia quot testibus probetur?*
3 *Testes in numero requ. siti non debent esse pauciores tribus.*
4 *Inimicitia esse debet patens, ut amicitia.*
5 *Inimicitia testibus probatur, etiam specificè non interrogatis.*

Si probatum fuerit.

1 Si probatum fuerit) Federicus II. hujus constitutionis author dicebat, Inimicum non complacendum; quia insidiosus est *Colenti in hist. lib. 4. cap. 93.*

Suntque ad propositum pulchra *Hesiodi verba lib. 1. opera, & dies.*

„ *Amicum ad convivium vocato, inimicum finito.*
„ *Eum verò potissimum vocato, quicunque te prope habitat.*
„ *Si enim tibi, & negocium aliquod domesticum accidat,*
„ *Vicini discincti accurrunt, cinguntur autem cognati.*
„ *Noxa tam magna est malus vicinus, quantum bonus commodum.*
„ *Sortius es præmium quicunque sortius es vicinum bonum.*
„ *Neque sanè bos interierit, nisi vicinus malus sit.*

Idem.

„ *Amantem te ama, & juvantem te juva.*
„ *Et da ei qui dederit, neque da qui non dederit.*

Verum hæc ab Ethnico homine dicta velim accipias; siquidem lege Christi Domini nostri jubemur, & inimicos diligere, & egentibus etiam nihil dantibus benignè facere.

1 Probationem autem exigit hæc lex, cum variæ sint inimicitiarum causæ, quas prosequitur *Mascard. in sollemni tracta, de probation. lib. 2. ver. Inimicus.*

Ita & in exhæredandis liberis, *authen. ut cum de appell. cognosc. §. aliud quoque capitulum*, quòd perbellè abes à *Napodan. in consuet. in omnibus casibus, titu. de alimen. præstan.*

2 Quoniam autem hujusmodi inimicitiarum probatio est facti extrinseci, duo testes sufficiunt juxta communem dd. distinctionem quam posuit *Covarr. in rubr. de testam. 2. part. num. 19.*

3 Sed non sufficerent duo testes, si factum testibus in numero probari lex, vel statutum præciperet; quia secundum sermonis proprietatem, duo non sunt numerus. *Averro. lib. 1. de cælo, & mund. tex. 2.* cujus verba sunt. *Paucior numerus, quem poterimus numerare numero plurali est, tres, et duo viri sunt duo viri, & non numerus simpliciter) Inde fit, quòd Ulpianus in tit. de testib. dixit, ubi numerus testium non ediicitur, etiam duo sufficiũt non enim testes numerari oportet, sed factum testibus probari, ad intellectum l. inter illam. §. fi. D. de verb. & rer. signif. & l. 1. de opti. lega.* vide *Glo. in cap. 1. §. si voluerit. de capit. qui cur. vendi in usib. feud.*

4 Quia verò habetur hic ratio amicitiæ, & inimicitiæ, non puto permittendum Quinti Ennii dictum, is enim dicere solebat,

Eo ingenio natus sum, amicitiam.
Atque inimicitiam in fronte promptam gero.

Refert ut valdè notabile *Aul. Gelli. nocti actica, lib. 19. cap. 8.*

5 Tenendum est igitur ad probandam inimicitiã duos testes sufficere: qui de causa inimicitiæ deponant, etiam non interrogati specificè, ut post alios dicit *Tiber. Decian. tracta. crimin. lib. 3. cap. inimicitia causa.*

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Injuriarum tractatus, diversique modi quò ad propositum juris protbomiseos.*
2 *Gestu fit injuria.*
3 *Levis injuria non excludit vicinum.*
4 *Judex arbitratur causam gravis inimicitiæ ex injuriis præcedentem.*

Injurias.

1 Injurias) quæ ut inquit *Tullius Rethor.* 4. aut pulsatione corpus aut convitio aures, aut aliqua turpitudine vitam cujuspiam violant, non longè distans ab eo: quod nostri dixerunt injurias inferri facto, dicto scripto. Exemplum facti, *D. de injur. l.lex Cornelia, & Instit. eod. § sed & lex.*

Exemplum dicti *D. dic. tit. l.item apud Labeonem.*

Exemplum scripti *C. de famos. libel. l. unica, & D. eo. l.lex Cornelia, §. si quis Petr. à Plaza in epit. delict. cap. 3. num. 2. Caravi. ritu. ult. Foller.* & alii.

Rursus exempla plurima injuriarum: quæ facto, & verbo committuntur, habes cumulata melius, quam alibi, per *Iul. Clar. sentent. lib. 5. §. injuria, in princ.*

Adde quæ de Ciambellarie habentur in Regia Pragmatica Caroli V. incipit, ad evitanda scandala, *sub tit. de injur.*

Et de Petriatis, & Macriatis adest pragmatica Philippi Regis optimi potentissimi. Essendo venuto in tanto abuso.

De scripto, etiam si per picturam fieret ignominia ponit *Paris de Puteo de syndic. offic. ver. Injuria. cap. 1. num. 6. fol. mihi 273.* refert *Clar. §. fin. q. 68. ver. libelli famosi. Muscat. in pract. delict. de injur. num. 11.*

Adde quæ adnotat *Ludov. Charond. ad ll. 12. tabul. cap. 50.* Si quis Occentavisset. Actitavisset, sivè crimen condidisset: quod infamiam facere, &c.

Et ex verbis altercatoriis, & minatoriis dicitur contracta capitalis inimicitia, *Bald. in cap. veniens in fin. extra de jurejuran. quod est notab. Iaf. Marsil. et Roland. à Valle* in suis locis; quos allegat *Hippol. Rimiual. consi. 219. num. 42. et 43. vol. 2.*

2 Secundum quosdam, Gestu fit injuria, ut cum quis utitur veste lugubri, vel squallida ad injuriam alicujus, Vel si faciem mutet. Sed auctori incumbit onus probandi, quod in injuriam propriam factum est, actio autem annalis est. *Glos. in l. sed, et lex Constit. de injur. et ibi improvus Clinch. num. 2.*

3 Et adverte; quia textus ponit atroces injurias ut intelligas, quod levis offensa non sufficit ad repellendum vicinum ab isto jure protomis. simile per *Nattam cons. 262. Francis. Rip. in fin. qu. 6. & seq. C. de revocan. donat. ubi de levi, & gravi offensa.*

4 Nam cum de injuriis agimus ad arguendum exinde causam gravis inimicitiæ exortam inter vicinos, quia multa veniunt in considerationem, justo Judicis arbitrio remittuntur, qui omnia cõsideret, & perpendat: juxta ea quæ dd. tradunt post *Glo. notab. in cap. 2. 3. quæst. 5. Thom. Gram. consi. 57.* in causa mihi transmissa, *num. 9.* quem, & alios citat *Decian. tract. crim. lib. 3. cap. causa inimicitiæ. num. 36.*

SUMMARIUM.

1 *Manum iniicere, quot modis quis dicatur in alium.*
2 *Principis est ab impietate liberare.*
3 *Comparatur hic textus l. fin. C. de revocand. donat, quod ea quæ donatarium, et vicinum excludunt.*
4 *Major ingratitudo quæ sit.*
5 *Inimicitia, quæ excusat, ex cujus parte oriri debet?*
6 *Injuriam inspici debet, an provocator, vel provocatus venditor accepit.*
7 *Injuria compensatur dummodo in continenti fiat.*
8 *Injurias in continenti quis dicatur ulcisci.*
9 *Injuriam compensans pro excessu quo ad Rempub. punitur.*
10 *Odium irrationabile provocantis in provocatum, & ideo protomisim non impedit.*
11 *Odium ex corruptione naturæ, quasi naturale, & hæreditarium.*
12 *Laudatur provisio Federici Imper.*
13 *Fraudantes magis puniuntur, quam inimici venditoris.*
14 *Interest venditoris, ne inimici rem habeant jure vicinitatis.*
15 *Gravitas, vel levitas offensæ ratione personæ inservientis, & patientis.*

Manus impias.

1 Manus impias) punitur, velut personæ vim faciens iniicit propriè manum: qui nulla Judicis authoritate quæsita rem sibi debitam, aut etiam suam invadit. *Guliel. Bude. 1. par. annot. in pandec. ad l. fin. de Senat.*

Sed, & manum injectio in personam dicitur *17. q. 4. cap. si quis suadente* Ubi manus violentas appellat Innoc. PP. duas Feder. Imper. hic impias, & manus injectio injuriosa legitur; *extra de senten. excom. cap. contingit*, alibi quoque temeraria. *eo. tit. cap. Universitatis.*

Et nefandæ sunt manus: quas aliquis Deo suo inferret *Lactan. firm. lib. 4.*

2 Vides hic. Si curæ fuit Federico Principi, ne qui cum vicino egerit impiè ad ejus bona ex hac lege aspirat. Quoniam ab impietate proprium est Principis homines liberare, in *auth. quib. mod. natur. effic. sui §. nos igitur, & si prius.*

Effundere in donatorem injurias atroces, vel manus impias inferre, vel jactare molem ex insidiis ingerere in illius substantiam, vel vita periculũ aliquod, causæ justæ sunt: quibus permittitur factas donationes everti. tex. est. in l. fi. C. de revoc. donat.

3 Et videntur parallelæ *d. l. fin.* & nostra hæc constitutio æquatis sententiis. Nam quod habes hic probanda esse, quæ ad excludendum vicinum à jure protomis. apta sunt, æquè in *dict. l. fin.* dicitur (si fuerint in judicium dilucidis argumentis cognitionaliter approbatæ.)

Quod autem hic habes (ex proposito) quasi ex animi deliberatione est (ex insidiis suis) *in d. l. fin.*

Quod

Quod hic de gravi jactura substantiæ dicitur: istud idem ilhic significatur per jacturæ molem quæ non levem sensum substantiæ donatoris imponat.

Quod hic contra vita niti est, ecce ibi (vel vitæ periculum aliquod.)

Et pecuniale damnum: quod hic in textu habetur, assimilari potest ei: quod cavetur ibidem de non implemento conventionum: quas à donatore impositas acceptor spopondit in pœnam avaritiæ: cujus origo primum a pecunia excogitata est *C. Plin. teste. natur. histor. lib.33. cap.3.*

4 Et quia ingratitudo nulla major, est, quam pacta non servare. *Bald. cons.18. novissimum est. 1. dub. lib.1.* quem in id citat *Francisc. Becci. consil. 9. num.14. lib.1.* Quandoquidem pecunia anima est miseris mortalibus. *Hesiod. lib.2. opera, & dies.*

5 Notabis etiam, quoniam Federicus cautè illum à prothomisi repellit, qui ex proposito, & ex electione in vicinum suum delinquit præfatis modis dum excludit à prothomisi illum: qui intulit injurias venditori. Nam si non esset ita textus apertus, non esset distinguendum ex qua parte fuit culpa, ut inimicitia oriretur, juxta Glosam: quam *Bald.* appellat singularem in *l. Athleta, §. dat remissionem. D. de excus. tut.*

6 Igitur si qui procuravit esset venditor, retorquens conjunctus convitium, dignus esset, cui ignosceretur, per *l. qui cum major. §. si libertus. D. de bonis libert.*

7 Et qui propterea, quòd passus est idem facit vicissim, injuriam facere minimè videtur, dicit *Philosop. moral. incoma. lib.5. cap.11.*

Compensari injurias tenet *Specul. tit. de accusat. §.1. v[illegible] quid si vocavi. Angel. in l. ut vim. num.5. de just. & jure.*

Dummodo tamen in continenti fecerit, vel dixerit provocatus non ad invictam enim, sed ad defensionem, ut fecisse, vel dixisse videatur, *Bald. in l.2. Cod. de sicar. Marsil. consil. crimin. 137. num.8.*

8 In continenti autem ulcisci secundum legem Mosis dicitur is: qui non fuit inimicus ante unum, & alterum diem. *Deuter. cap.4. & c.19.* ibi, *qui percusserit proximum suum nescies, & qui heri, & nudius tertius nullum contra eum hodium habuisse comprobatur.*

Injuriæ sunt vel repentinæ, vel consultò, leviora sunt repentina. *Tulli. Offic. 1. Plato lib.9. de legibus. carta penult.*

9 Et licet pro excessu in compensandis injuriis quò ad Rempublicam: cujus interest delicta puniri vicinus mulctaretur, conqueri non posset provocator majorem passus injuriam, ex dictis *not. Bald. in l. ut vim. num. 10. de justi. & jur.* quæ theorica deseruit intellectui doctrinæ *Specul. & decisioni Sacri Consil. per Anton. Capic. 58.*

10 Esset utiq; odium irrationabile: quo is: qui provocator extitit, vicinum suum prosequeretur delinquentem non ex proposito. *Cyn. in l. quicunq. C. de servis fugit. num.11. & 12.*

Vide ad hæc *Afflic. hic num.7. vers. sed quid si vicinus se defendenda percurat venditorem*, an perdat jus congrui? & resp. quòd non, idemque affirmat, si nescitur an se defendendo, vel offendendo percussit, cum præsumatur potius fieri eo modo: quo est licitum.

11 Ex corruptione Naturæ, contingit, ut odium de inimico videatur quasi naturale. *Ludol. super Psal. 68. multiplicati sunt.*

Natura, ut Cicero ait in Topic. partes habet duas tuitionem sui, & ulgiscendi jus.

Odium quasi hæreditarium aliquando legitur apud *Joseph. antiq. Judai. lib.16. cap.3.* qui de Herode sic loquitur. Cum tanquam hæreditarium odium suscepisset circa adolescentes Salome, quòd scilicet voluisset mortem matris interemptæ contra Herodem vindicare.

12 Audi insuper quàm bonæ mentis fuerit Federicus, dum qua lege præcepit, ut vicini cum extraneis contrahentes uendendo, locando, & in emphyteosim concedendo abstineant à fraudibus, in primo textu, ibi (verus emptor sine fraude, & *infr. §. seq. vers. Nisi fortè*, ita hic docet nefas esse homini hominem insidiari, ac eo minus vicinum vicino: quo cum intercedit vel parentela, vel societas, vel si hæc desint, amicitia. *Convenit enim veritate amicitiam, fide societate, pietate propinquitatem coli, ne qui amicum, socium, affinem fama, vita, ac fortunis spoliare conatus est, vanus, perfidiosus, & impius, illius ex parentela, vel societate, vel amica rerum conjunctione res ipsas jure vicinitatis vendicet, pro qua sententia Cicer. in orat. pro P. Quintio adversus Nevium.*

13 Advertendum & hic puto, quoniam magis puniri videtur is: qui simulatè cum extraneo contrahit in fraudem vicinorum, ut eos à retractu per protomisim excludat, scilicet in amissione precii, & rei, ac incursu & pœna perjurii, ut in *seq. tex. notantur*, quàm qui multiplici genere injuriarum vicinum venditorem afficit, cum in proposito id tantum amittat, ne rem venditam jure hoc prothomiseos ipse petat, & ne doleat, quòd non est ad emendum invitatus: Quod optima ratione introductum comprobari potest; nam ut idem *Cicer. dicit offici.1. fraus quasi vulpeculæ est, jus autem Leonis videtur, ab homine utrumque alienissimam est. Sed fraus odio digna majore.*

14 Et exinde habes, quòd dignè hic notes, scilicet est considerabile interesse venditoris, quoniam quem ipse habet rationabiliter exosum, non tenetur invitare, nec ad emendum admittere: ad *text. l. si quis ita C. de pact. int. empt. & vendit. ubi Salic.* tangit de malo vicino vulgare proverbium: quod & hic refert noster *Afflict.*

Comprehendi autem hic non solum extraneos, sed etiam conjunctos, tenet Caputus noc.

15 Quamvis injuria, vel iniquitas: quæ fit à conjuncto gravius portetur, quàm quæ fit ab extraneo, & ignoto. *Bal. notanter in l. cum oportet. col. pen. vers. ita in textu gravius. Cod. de bon. quæ liber. Hippoly. Marsil. singul. 573. & in l. divus Adrianus. num.2. ad l. Pompe. de paricid.* Sic quoque injuria, quæ fit à fratre *Ale. de Prat. 1. reg. præs. 33. in fin.* ibique probat facilè discordias oriri inter fratres, & cum refert *Menoch. eod. tracta. lib.2, præsum. 53. num.7. & lib. 8. præsumpt. 15. ad fin.*

Ratio, cur gravius portatur, est, quoniam hi sunt assidui, & in oculis *Glos. super Spalm. 78. ver. facti sumus opportunum vicinis nostris, & Aristot. Moral. phil. lib.8. tex.9. differunt, inquit, jure ipsa:*

non enim eadem sunt parentibus erga filios, & fratribus inter se, neque sodalibus eadem, & civibus Simili modo in reliquis amicitiis.

Diversæ igitur sunt etiam injuriæ ad unumquemque eorum, incrementumque accipiunt, quo magis erga amicos fiunt, ut pecuniis sodalem privare gravius est, quam civem.

Id quoque plus altissimo Deo displicere, ad litem habetur Psalm.49. *Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum.*

Item Psalm. 54. *Si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem utique & Psalm. 40. homo pacis meæ, in quo speravi, &c. faciunt quæ ponit Andr. Isern. tit. quib. mod. feud. amitt. num.10. vers. turpiter luserit.*

SUMMARIUM.

1 *Vicinorum dilectio nobis quærenda est, ideo venditore volente, potest inimicus vicinus uti jure protomis.*

2 *Injuriandi animus in vicinis non præsumitur sicut nec in consanguineus.*

3 *Voluntatis argumentum ex quibus colligitur, & an satis sit si vicino inimico ad retractum accedenti non contradixerit offensus venditor.*

4 *Voluntas in verbis, facies in speculo ostenditur.*

5 *Actio injuriarum 7. modis tollitur.*

6 *Remissio plenè facta in foro conscientiæ operatur in foro contentiose, & quando est necessaria præsentia officialium, & quando damna remissa censentur.*

7 *Punitus pro illata injuria vicino, an habeat jus protomis.*

8 *Contumelias non pati non est nostrum.*

9 *Judex olim competens injuriarum quis fuerit.*

10 *In jure protomiseos an sit locus gratificationi.*

11 *Inimicitia fratris an fratri noceat cum extraneo contracta.*

12 *Injuria facta domestico quandoque attenditur.*

13 *Injuria uni facta, quo respectu omnibus de agnatione facta dicatur.*

14 *Vicinis bonus esto propter multa.*

15 *Reconciliatio sequuta probanda est.*

Sine venditoris voluntate.

1 Sine venditoris voluntate.) Verum cum vicinorum amor, & dilectio nobis quærenda sit juxta Canonis præceptum humanissimum, & utilissimum; quod est in agendum, ut diligant vicini, teste C. Plinio natur. histor. lib.18. ideò consensisse videtur Federicus Imperator ad reconciliandā inter eos dilectionem, ut si venditor offensus volet possit vicinus venire, & petere rem jure prothomis. Jus namque valde confidit de vicino, ut non ab re. Petr. de Bellaper. dixerit in repet. l. si non convitii. C. de injur. Vicinum non præsumi, quod injuriandi animo percusserit vicinum, vel in eum
2 contumelias dixerit, sicut contra extraneum, *num.*14.

Pariter in sanguine conjunctis, quod non præsumitur animus inferendæ injuriæ, juxta ea; quæ allegat *Aym. Crav. consi.18. num.27.*

3 Quæro igitur; quodnam erit hujus voluntatis argumentum? si habetur tacita, eam dico sufficere cum hic solam voluntatem lex nostra requirat. *Jas. & alii in l.2. §. voluntate. D. solu. matr.* ut puta si qui vendidit extraneo, non contradiceret vicino ad retractum accedenti, ex *dict. per Bartol. Cassan. in consuet. Burgun. des droix §.7. de mari, & la femme. num.46.*

Sed cogita, quia lex ista cogit venditorem conjunctas omnes ex ordine vocare, non tamen illos: quos rationabili odio prosequitur. Si ergo admonuit conjunctos, & sibi exosis non denunciavit est evidens conjectura, quod voluit, ut illi rem habeant per protomisim. *argum. l. cum Prætor. D. de judic. c. nonne, extra de præsump. cap. qualis, 25. distin.* Et ità suam volutatem venditor conformem reddit huic constitutioni in eo: quod habetur in textu (nullo modo sine venditoris voluntate ad jus protomiseos veniant.)

Si verò è contrario idem offensus denunciavit offensori suo, ut emat, ex denunciatione satis colligimus voluntatem cum remissione inimicitiæ, & per id dissimulatam injuriam, dicit *Bald. in cap.1. in princ. de prohib. feud. alien. per Feder. nu.13.* relatus per *Massuer. in sua practi. tit. de injur. num.9. ubi de dissimulatione.*

4 In verbis enim voluntas hominis consistit, sicut facies in *Speculo Bald. consi. 102. col. 2. vol. 3.* Et ex abundantia cordis os loquitur ad cognoscendū quale sit cor proximi. *Ludol. Car. in Psalm. 40. vers. egrediebatur foras,* & loquebatur in id ipsum. Hominem ex loquela esse intuendum censuit Socrates, ad quæ curiosus addet.

Concludo ex his, quod ex forma, & modo procedendi voluntas arguitur qualis sit *Car. in l. si societatem. §. arbitrorum col.4. D. pro socio, exornatur per Aym. Crav. consf.20. par.1.*

Si autem venditor nulli ex vicinis denunciavit sed simpliciter extraneo vendidit, tradiditque, quærenda est extrinsecus conjectura voluntatis per remissionem injuriæ tacitam, vel expressam secundum ea; quæ habentur in *l. non solum. §.1. & l. sed si unius. §. si ante. D. de injur. & instit. eod. tit. §. fin. ubi Glos. & Docto.* tetigitque *Afflict. hic, & in constitu. reg. generalia jura. not. 5.* ubi ponit modos quibus inducitur reconciliatio, & remissio injuriarum, & vide quæ ad idem notanter colligit *Prosp. Caravit. in rit. 275.* & practicam docet hic *Maranta in fine primæ quæst. princ.*

5 Reducuntur autem ad septem modos, tollitur enim actio injuriarum dissimulatione, pacto, transactione, jurejurando, per quod injuriantis declaratur animus, lapsu anni, vel triginti annorum, satisfactione, morte injuriati ante litem contestatam, & injuriantis post litem contestatam.

Primum *in §. fin. supra citato, ubi Glos.*

Secundum *l. si tibi §. quadam. D. de pactis.*

Tertium *l. transigere. C. de transactio.*

Quartum *l. non solum, vers. proinde. D. de injur.*

Quintum *l. si non convitii. C. de injur. & §. sed & lex Cornelia, cum ibi notat. instit. eo. tit.*

Sextum *institut. quib. mod. tolli oblig. in princ.*

Semptimum *l. si eam §. qui injuriarum. D. si quis ex tion.*

6 Et

Et cavebis, quoniam injuriarum remissio facta in foro conscient æ si plena est, operatur in foro consentioso, *Hyppol. Marsil. singul. 246. remissio injuriarum.*

Et cum sit in testamento, non est necessaria præsentia officialium; quæ requiritur per *Reg. Pragm. titu. de compositionibus*, ut observatum fuit in causa quærelæ Castellani Regii Castri Monop. contra illos de Palmeriis, & remittens injuriam, an & quando præsumatur damna, & interesse remittere differt *Menoch. lib. 3. præsump. 114. fol. 215.*

7 Sed quæro, an id jus protomiseos admittatur is: qui cum injuriatus fuerit vicino venditori, aut illi pecuniale damnum dederit, aut ejus vitæ fuerit insidiatus, fuit tamen per officiales dignè punitus, rem ablatam restituit, pro damnis satisfecit. Respondeo, quod non, quoniam ex hoc, quod satisfecit parti offensæ non inducitur pax, vel remissio, ex *not. per Jul. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 58. versic. adde quòd etiam si quis ostendat.*

8 Nec puto contemnendum pro ornatu retractionis injuriarum, quod apud Strabonem legitur *lib. 15. Geograp. quondam non fuisse jus nisi cedis, & contumeliæ; cum non sit in se ipso hoc non pati; Nam quæ in contractando consistunt cum in unoquoque sint, ferendum esse arbitrati sunt, si quis fidem violarit, sed cavendum cui credatur, ne implicetur Urbis controversiis, hæc ille.*

9 Item secundum *Dionisi. Alicar.* Romulum injuriarum: quæ maximæ, idest gravissimæ essent, judicium Regibus tribuisse, quæ verò minores essent Senatoribus permisisse, notat *Ludovi. Charonda in Catal. legum antiq. ad l. Jul. de judiciis.*

10 Utile est scire, si quia habetur ratio amicitiæ, & inimicitiæ in prælatione vicinornm, possit venditor eligere ex vicinis unum: quem mavult rem habere uti sibi gratiosiorem, videtur enim in retractu jure sanguinis locus gratificationi, & fat sfieri statuto, vel consuetudini, cum venditur consanguineo, affirmat *Joan. Bessian. in consuetud. Alvern. des retraicts, artic. 21.* dicens id esse regulare.

Et à contrario sensu colligitur argumentum ex hoc textu, quia extraneus emptor à vicinis repellitur, ergo si non est extraneus, sed pariter vicinus repellendus non est.

Sed hic oppositum esse verum; quia hæc constitutio duo vult, unum est, ne alienetur in extraneum, nisi denunciatur vicinis, ibi (non aliter permittimus alienare.)

Alterum est, ut vicini vocentur, & invitentur ex ordine, & gradatim. ibi (in primis vocentur) Itaque non esset satis vendere uni ex vicinis, si sunt alii in eodem gradu, vel proximiori, & ita probat *Bartol. Cassan. in suo retractu §. 2. & 3.* facit *Petr. Anchar. consi. 371.* late *Andr. Tiraquel. §. 11. Glos. 6. num. 6. & seq. concordantes habes per Borgni. Cavalc. decis. 20. num. 27. vers. nec etiam obstaret.*

E contrario autem cum venditur res proximiori: qui primum fuerat invitandus, satisfecisse dicitur ipse dominus huic constitutioni, & debuit magis quam potuit illi gratificare, & præferre aliis vicinis, servato legis hujus præscripto, secundum dicta *Alber. & aliorum in l. ad officium in fin. Cod. commu. divid. rationem vide apud Cassaneum in d. §. 3. in fine.*

11 Ponamus, quòd frater meus offendit Titium meum vicinum: qui nunc habet domum, vel aliam rem immobilem venalem, & mihi conjunctam, sin obstabit ut excludat, causa inimicitiæ cum fratre meo, & videtur ita; quoniam inimicitia contrahitur ex offensa facta consanguineo, & est odium naturale; quod non indiget probatione, sicut facta injuria uni de familia tangit omnes de illa familia, allegat *Hippoly. Rimin. consi. 175. num. 5. vol. 2.*

Item injuria, seu inimicitia existens inter aliquos extenditur usque ad quartum gradum affinium, & ultra, ex doctrina *Bal. in l. Athleta, de excus. tuto. idem Hippoly. consi. 31. num. 17. eod. vol.*

12 Quin & in domesticis receptum est injuriam ei factam mei occasione, mihi fieri *Jo. Cephal. consi. 587. in 5. fundamento. Riminal. cons. 68. num. 5. vol. 2.*

Dic tamen id verum esse, ubi odium esset protensum etiam inter me, & Vitium, quòd si protensum non est, nihil mihi obstarèt factum fratris. *l. 2. §. fratris. D. si quis ali. testa. probi.* ita in paribus terminis allegat *M. Anto. Peregri. in tract. de jure fisci lib. 3. tit. 3. de inimicis. numer. 5.*

13 Quod autem dictum est, injuriam factam uni de agnatione omnibus censeri factam, id intelligitur ad effectum, ne credatur eorum testimonio, vel ne judicent in ea causa, sed non ut unicuique injuriarum actio competat. *Cephal. declarat d. consil. 587. num. 43. Aym. consil. 119. num. 3.*

Effectus verò est, quoniam accepta eo modo injuria repulsari potest à cæteris consanguinei. *And. Tiraq. in tract. de pœnis, causa 51. num. 66.*

14 Ut quisque assuescit neminem lædere, præsertim ut vicinis bonus sit, juxta M. Catonis præceptum, de re *rusti. c. 4. Nam inquit, si re vicinitas libenter videbit, facilius tua vendens, operas facilius locabis, operarios facilius conduces. Si ædificabis, operis, materia, jumentis juvabunt, si quid bona salute usus venerit, benignè defendant.*

Namque & legis mens est, ne per arboris quidem occasionem vicino nocere oportere, *tex. est in l. 1. Cod. de interdic.*

15 Sed & illud omittendum non est, cum de reconciliatione inter vicinos sequuta contingeret agi, quòd quemadmodum inimicitia probari debet in specie, ita & ipsa reconciliatio, alias enim præsumitur inimicitia durare, idest sumpto argumento ex præterito in præsens in his: quæ habent radicem odii capitalis. *Bal. consi. 163. vol. 3.* exornat *Tiber. Decia. in tract. crim. lib. 3. cap. 25. inimicitiæ causa. num. 86.*

Ant. de Caputis de Melfitto in §. Licet.

SUMMARIUM.

1 *Verbi licet natura.*
Verbi omnes.

2 *Atrox injuria, impiæ manus, & gravis substantiæ jactura repellunt conjunctum à jure protom.*

Iste *§. hoc dicit usque ad §. causa vero dotis.* Qui atroces injurias, vel impias manus venditori, vel ejus familia intulerint, vel gravem jacturam substantiæ moliti, vel in personam etiam si pecuniale damnum dederint, ad jus protomiseos sine

venditoris voluntate venire prohibentur. Dividitur in duas partes. Prima replicat regulam supra positam, quòd omnes conjuncti vocantur ad istud jus, secunda ponit exceptionem. ibi, omnes isti.

1 Licet.) istud verbum de sua natura denotat aliud esse, contrario sensu, ut *not. Cod. de legib. l. non dubium, in Glos. Magna, & ff. de verb. oblig. l. quicunque, §. 2. quod semper non est, ut not. in d. Glos. Sic prædiximus in vers. in primis.*

2 Omnes, collectivum est, ut *ff. de arbitr. l. non distinguemus §. cum in plures, & not. ff. de legat. 1. l. si pluribus.* Sed in singulari *num. distributivum, not. in l. 3. de statu homi.* hic autem quia est collectivum comprehendit parentes, socios, & extraneos conjunctos.

3 Nota quod atrox injuria repellit conjunctum ab hoc jure protomiseos. Et eodem modo impiæ manus delatæ contra venditorem, vel ejus familiam, ut *C. de revoc. donat. l. fin.* & similiter si conjuncti moliti sunt contra vitam, sive substantiam venditoris. Nota quod prædicti committentes talia, non admittuntur ad hoc jus sine volunte venditoris, facit, *C. de revoc. donat. l. 1. & l. fi. & infra dicam.*

SUMMARIUM

1 *Atrox injuria qua, & ex quibus colligitur.*

Glosa Atroces injurias Antonii Caputi.

1 QUæ dicatur atrox injuria? dic quod ex tribus comprehenditur; aut ex facto, ut si fuerit quis vulneratus, vel fustibus cæsus, aut ex loco, ut si in theatro, vel in foro, vel in conspectu prætoris, aut ex persona: ut si ab humili, aut a libertis injuria facta sit, ut *Instit. de injur. §. atrox.* Vel si adulterium commisit cum uxore ejus, vel dixit verbalem injuriam dum præsideret. *C. de injur. l. 4.*

SUMMARIUM.

1 *Conjunctus conjunctum in casu licito percutienti, an repellatur à jure protbomiseos.*
2 *Propositum quomodo judicatur.*
3 *Percussio in dubio an præsumatur facta in casu licito.*
4 *Conjunctus per alium percutiens, an excludatur.*
5 *Manu, vel pede percusserit parvi refert.*
6 *Conjunctus percutiens eum, quem ignorabat esse conjunctum an repellatur ab hoc jure protomis.*

Glosa vel Manus impias Ant. Caputi

DE hoc verbo, & similibus hic positis habetur in *d. l. fi. C. de revoc. donat. & in cap. fi. extra de donat.* quia supraposuit atroces injurias: sub quibus continetur vulneratio, & fustium cesio hic voluit comprehendere omnem aliam verberationem, pro hoc: quod dicit, Impias manus facit *17. quæst. 4. si quis suadente.*

1 Sed pone, quod conjunctus in casu licito, puta se defendedo, vel loco percutit conjunctum, an per hunc textum excludatur? *Jo. Andr. in d. cap. fin. de donat,* ponit hoc in donatore; & dicit quod per verbum Impias manus, & quod punitur ibi, quod non sit locus pœnæ, pro hoc *extra de pœnit. cap. ad aures,* &c. in quibusdam, & quod ibi not. Ità hic & multo magis, quia hic additur ex proposito, & per præcedentia, & sequentia judicatur propositū, facit quod *not. Jac. Butri. C. unde vi. l. 1.* ubi animus desideratur ex tribus, ex tempore, qualitate personarum, & circumstantiis.

2 Sed quid in dubio quia non apparet, quod percussit se defendendo, & cum percutere sit talis actus: qui habet in se dolum, ut *l. 1. C. de sicar. ff. ad leg. aquil. l. si quis fumo.* respon. quia cum unus actus potest se habere ad permissum, & ad prohibitum; præsumitur potius fieri eo modo; quo est licitum. *ff. pro socio. l. meritò.* facit quod not. *Barto. ff. de bon. eor. l. qui postulati. §. 1. in fine,* & not. per eū, *C. de post. hared. instit. l. fin. in fine,* & vide extra *de relig. domi cap. constitutus in Glos. compensatoone, & de accusatione, c. cum dilectus filius, circa finem.* Et in iis, quæ sunt de genere permissorum, non præsumitur dolus. *l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat.*

3 Sed quid si ipse conjunctus non, percussit, sed ab aliquo percuti fecit? Respond. excluditur per regulam, qui per alium, *de reg. jur. in 6. &c. si quis suadente. 17. quæst. 4. & extra de sent. excomm. mulieres,* & per *Jo: And. extra de donat. c. fin.*

4 Sed quid si percussit non manu, sed pede, & posset dici, quod non escluderetur, cum hic dicat, manus cum nihil commune habeant, ut *ff. de calumn. l. fin. & de minor. l. Papinianus exuli.* sed dic quod *DD. in d. c. fin. de donat.* dicunt, quòd idem est, & ita excludatur, per *d. c. si quis suadente,* ubi loquitur de manu, & nihilominus si clericus percutitur pede, habet locum *d. c.*

5 Sed quid si ignorat sibi esse conjunctum. Respond. non potest excludi. Nam ingratitudo non cadit in ignorantem, facit quod habetur *ff. loca. l. si ignorans, & extra de sent. excomm. cap. si verò, il 2.* Sed videtur contrarium, quia jam non potest dici qui teneatur de injuria, licèt per ignorantiam fecit, nam non debet attendi animus, sed jus. *l. eum, qui nocentem, ff. de injur.* Sed prius dictum magis placet per verbum hic positum, ex proposito, quod videtur requiri animus injuriantis, sed est etiam attendenda dicta ignorantia an fuit crassa, vel supina, quæ non excusaret. pro quo vide *not. extra de cler. excomm. cap. Apostolica.*

SUMMARIUM.

1 *Familia appellatione qui veniant.*

Gl. Vel ejus familiæ. Ant. Cap.

1 QUi verò comprehendantur appellatione familiæ, vide, quod legitur, & not *ff. de verb. & rer. signif. l. pronunciatio, § familia, & l. detestatio, §. familia, eod. tit.* & continentur omnes, qui sunt in servitio, etiam essent liberi homines. *ff. de adil. edi. l. ædiles in princ. vers. familia, & ff. de vi, & vi arm. l. 1. § famil. & de verb. sign. l. fin.*

SUMMARIUM.

1 *Gravis jactura qua.*

Gl.

Gl. Gravem jacturam. Ant. Cap.

L.autem fin. C.de revoc.don. Unde videtur hæc desumpta, dicit, jacturæ molem, *& cap.fin.extra de donat.* dicit. Seu grave suarum rerum damnum, quæ ad idem tendunt.

1 Sed quæro, quæ dicatur gravis jactura? videtur quod gravis jactura dicitur in tota substantia, vel in majori parte *DD.ff.de excusat.tut l.per litem,in princ.& extra de rest.spol.c.1. lib.6.* Sed in minori parte potest gravis jactura inferri, & sic in minus dimidia facit, quod not. *extra de donat. c.Apostolicæ ver.hoc semper.Sed Jo.And.in eo. cap.fin.de don.* dicit, quod istud est arbitrarium, in eligendo gravem jacturam; si res non habuit effectum, videtur quòd sit locus pœnæ, facit *C.de revoc.donat.*

In hac constitutione dicitur gravem jacturam moliri, quod verbum melior,ris, idem est, quod machinari aliquid: propter hoc caveant conjuncti, ne talia machinentur.

SUMMARIUM.

1 *Verbi nitor natura.*

Glos. Nisi sint. Ant.Caputi.

1 Istud verbum nitor stat.......

Et ponendo insidias conjuncto, habet locum d.pæna, ut dicit *Gl.in d.l.fi.C.de revo.don.* vel etiam accusando, vel insidiãdo, vel infamando de delicto, quamvis vero *argum. ff.de his,quib.ut indign. l.1. & cap.1. §.sed & qui dilator.10.tollat, qua fuer. prima causa benef. amitt.* & sic non solum si ipse faceret, sed etiam si causam præbeat, habebit locum quod hic dicitur.

SUMMARIUM.

1 *Dictionis, etiam natura.*

Glos. Vel etiam pecuniale damnum. Ant. Caputi.

1 Dictio (etiam) est implicativa, ut not. *ff.de ver. oblig.l.quodcunque §.si ita.ff. de aq.pluv.arceu.l.iter,& extra de electio.cap.cum in cunctis,* & ideo non solum excluduntur ab hoc jure, qui atroces injurias, vel impias manus intulerint, vel gravem jacturam substantiæ moliti sunt, vel contra vitam nisi sunt, verum etiam qui pecuniale damnum dant, quod contingere potest multis ex causis præter supradictas, & sic generaliter: & ad hoc advertant conjuncti, ut honorent conjunctos, ne in futurum excludantur ab hoc jure. Ubi dicit Bernardus Y conomica *cap.1.* Superbia contra vicinum balneum est expectans tonitruum cum saggitta. Et *Salom. Proverb.27.10.* melior est vicinus juxta, quàm frater procul. Et *Jacobus Beneventanus cap.12.* Dilige vicinos, ut sis dilectus ab illis.

Vicino melius nil fore credo bono.

SUMMARIUM.

1 *Voluntas dupliciter considerata.*
2 *Filii injurati utrum possint vici num injuriantem ab hoc jure protomis. excludere.*
3 *Filii injuriantis an possint eodem jure protomis. privari.*

Glos. Sine venditoris voluntate. Ant.Caputi.

1 Voluntate scilicet tacita, vel expressa, facit. *ff.de procurat.l.filiusfamilias. §.invitus.argum.ff.de pignor.action. l.Gajus,* & quod not. *ff.de procurat.l.invitus,per Cyn.& Bart.in l. quæ dotis, ff.sol.matr.*

2 Sed pone, quod aliqua ex supradictis injuriis sit commissa contra conjunctum per aliquem de conjunctis, & injuriatus moritur relictis filiis, an prætextu injuriæ paternæ possunt excludere conjunctum ab hoc jure? & videtur, quod non. Nam si donatarius commisit ingratitudinem contra donantem; ex qua poterit revocari donatio, & ipse donator tacuit, & decessit, hæredes ejus non possunt donationem revocare, ut not. *C. de revoc. don. l.fin.* & hoc puto verum in casu nostræ constitutionis, nisi conjunctus hoc ignoraverit; dum vivebant; quia tunc possent hæredes istum conjunctum excludere *argum.l.in confirmando ff.de confirm.tuto.* & est ratio, quia ignorata non possunt intelligi esse remissa. *l.cum aquiliana,& l.qui cum tutoribus in fi.D.de transactio.*

3 Sed quid è contra si moritur injurians, relictis hæredibus, an dicti hæredes possint excludi ex delicto defuncti, quando id, ad quod ipse defunctus tenebatur, pervenit ad eos, ut in *l.1. C. si ex delict. defunct.* quod not. *aut.de feud. cap.2.* ubi delictum patris nocet filio. Nam sicut excludebatur defunctus propter injuriam per eum commissam, eodem modo ejus hæredes: qui in hac re successerunt. Ant.de Caputis.

TEXTUS. IV.

Causa vero dotis, vel donationis propter nuptias, vel simplicis donationis, vel donationis causa mortis, vel ex testamento, vel ex permutatione, vel ex transactione, & parentes, & extranei omnes possunt alienare. Nisi fortè quis vendendo, vel locando, vel emphyteosim dando illi qui non habent jus protomiseos simulatè donaverit, aut per legatum dederit, &c. Ideoque illi, qui habent jus protomiseos, possunt exigere juramentum à venditore, & emptore. Si autem post juramentum probatum fuerit contra constitutionem nostram simulatè egisse Venditor, & emptor debent pœnam perjurii substinere, & insuper venditor rem amittat, & emptor pretium, & fisco applicabitur. Fiscus autem vendat rem illam

illam illis, qui habent jus protomiseos; Et si ante juramentum probatum fuerit hoc fecisse, venditio fiet irrita, & cogetur invitus venditor illis vendere, qui habent jus protomiseos.

SUMMARIUM.

1 *Causa pro contractu ponitur.*
2 *Dos si datur æstimata, an sit retractui locus*
3 *Dos duplici respectu æstimatur.*
4 *Æstimatio dotis indubio censetur facta pro designanda dotis constitutione.*
5 *Insolutum pro dote dari, & in dotem dari offerunt.*
6 *Venditio in causam doti regulatur à contractu dotis cui accedit.*
7 *Res insolutum accepta non semper efficitur dotalis ad intell. cons. Soccin. Jun. 150. vol. 3.*
8 *Causa dotis inest cum rei pro muliere vice pecuniæ datur.*
9 *Res æstimata in dotem data, si evincatur, duplex actio competit.*
10 *Res causa dotis æstimata inducit venditionem non simpliciter, sed cum adjuncto, unde nec pro ea gabella solvitur.*
11 *Res cum pro pecunia datur, quibus casibus dotalis effici, & dici possit.*
12 *Baldus defenditur in l. eleganter, de pign. actio.*
13 *Res empta ex pecunia dotali non est dotalis, nisi tribus in casibus.*
14 *Res empta, & destinata in causa futura dotis pro filia, vel in causa antefati pro uxore an retrahatur.*
15 *Dos quo ad filiam est lucrativus.*
16 *Dos destinatione, dos est, & privilegia dotis habet.*
17 *Donationis filiafamil. efficitur domina, & pater reputatur extraneus.*

Causa dotis.

1 Causa dotis) idest contractus dotis, ita exponitur causa, ad Gl. in l. quod in herede. §. eligere. D. de tribut. & si cer. pet. l. certi conditio.

2 Quid si dos æstimata marito datur? vicinos præferri tenet hic *Affl. nu. 7. vers. item quaro*, quid si datur fundus æstimatus ea æstimatione: quæ venditionem inducit, & Afflicti rationes tacito eo transcribit *Jacob. Novell. in §. 2. num. 153. & seq.* propterea quæ de emphyteosi habentur per *Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua, versic. 110. Imol. in cap. potuit, vers. tangit etiam hic Salyc. & DD.* alios in *l. 3. C. de jur. emphyt.* Sequitur *M. Ant. Bardus qu. 12. num. 5. fol. 150. Robert Marant. cons. 2.*

3 *Joseph. Ludov. decis. 60. ver. 3.* est casus resolvit, quod aut æstimatio fit ut sciatur dotis valor, & æstimatio non facit emptionem per *Affl. dec. 270. num. 4. in fine. Paris. cons. 81. num. 42. lib. 2.* Aut datur fundus doti æstimatus, non ad finem sciendi valorem rei, & judicatur de eo idem quod de empto, & vendito, quia tunc propriè constituitur emptionis, & venditionis contr. ctus, quamvis socer dicat se insolutum dare pro pecunia dotali genero debita.

4 In dubio censetur æstimatio facta pro designanda dotis constitutione, & matrimonio, vide *Affl. & adden. decis. 270.*

Andr. Tiraqu. de retra. lignag. §. 1. Glo. 14. concludit cum *Affl.* hic, cujus decisionem admodum notandam dicit, quia loquitur in casu constitutionis expressim statuentis, ut in dote non habeat locum retractus, & tamen locum habet, si ea æstimata data fuerit. *Tiraq. ibi nu. 108. & seq.* pro hoc *Franc. de Aret. inter cons. commun. ad caus. matr. 4.*

5 Ubi differentiam facit rem in dotem dari, vel in solutum pro dote tradi, & videtur *tex. in l. 1. & l. quoties. Cod. de jur. dot.* cum aliis citatis à *Socc. Jun. cons. 150. vol. 3.*

6 Tu autem adverte, quòd etsi æstimatio faciat censeri rem venditam, non ideò est contractus separatus à dote, sed potius quod capitulum contractus dotalis, unde regulatur prout dos ita notanter *Bald. in l. quoties in lectu. antiq. D. de jur. dot. & in l. eleganter in additione nova. D. de pign. act.* clarius *Pet. Anch. cons. 72.* incipit. Tantam familiaritatem.

Præterea hæc pars constitutionis permissiva alienationis in contractu dotis donationum, &c. Favorabilior est quam præcedens, prohibitiva respectu illorum trium generum contractus empt. locat. & emphyt. concordat enim magis communi regulæ pro libertate alienandi per *not. in l. dudum C. de contrh. empt.* igitur de vera, non de ficta, & impropria venditione prohibitio intelligenda est, secundum *Napodan. in 1. consuetud. de jure congrui vur. empt.*

Sed sic est, quòd dotis æstimatio non est simpliciter venditio, sed dotis causa. *Glos. in l. cum dotem C. de jur. dot.* juncta doctrina *Baldi*, ibi, modò *Glosa* quærit, meritò cessat prothomis. & habebit locum constitutio in omni venditione separata à contractu dotis, non autem in consequenti, qui dependeat ex prima intentione contrahentium, secundum *Bald. in d. l. cum dotem.*

Hanc conclusionem contra vicinos amplectitur *Marant.* sibi contrarius in *tract. de multipl. alie. prohib. num. 149.* citat *Jac. Novel. in §. 5. n. 34.*

7 Et ne obstant jura allegata per *Soccin. d. cons. 150. num. 7. & seq.* ubi mititur impugnare doctrinam *Baldi.* resolutivè dico *Soccin.* rationes concludere, quoties questio esset utrum res ita insolutum accepta efficiatur omni respectu dotalis, vel non omni. Hæc autem intelligi possunt ex diverso modo contrahendi, & ex diversitate personarum, cum quibus contrahitur, cum ex pecunia dotali comparantur res.

Personas distinguo, quoniam non idem jus est cum res venit ab eadem parte mulieris, quæ tenebatur pecuniam pro dote solvere, vel cum res à tertio comparatur, Et diuersus quoque contrahendi modum mistim considerabimus ad constituendum juris differentias.

8 Quoties res, quæ comparatur, ejus fuit, qui dotem soluere tenebatur. Semper inest causa dotis, sed non semper, omni respectu efficitur dotalis. Prior pars hujusmodi conclusionis probatur, ex ti-

titulo *D. & C. de jur. dot.* ubi sitæ sunt *ll.* quæ volunt emptionem, & venditionem exinde resultare; si enim causa dotis non inesset, non convenirent, titulo conveniunt;quia causa inest dotis, ex rubricis infertur ad declarationem *textuum, & texuum* dubiorum ille intellectus approbatur, qui convenit titulo,sive rubricæ,notantur *Alex.* probat *in l. 1. à num.5.* & post eum moderni *repet. D. si cert, pet.*

9 Fortius. Vbi pro re in dotem æstimata contra dotis debitorem agitur, fortè re evicta, duplex actio competit utilis ex empto, & primævam de dote actio,*text.in d.l.1. C. de jur. dot.* ubi *Bald. & DD.* juncta *l.qui res in princ.D.de solut.*secundum intellectum *Bart.* & magis communiter *DD.* ut fatetur *Soccin.d.consil.150. ante num.8.*

Sed directa dotis actio proprior est utili actione, quæ ex interpretatione venit, & favorabilior pro dote,quæ debebatur in pecunia,ut non intelligatur sublata re evicta,sentit *Bart.in d.l.1.* clarius *Paul.de Castr.* & est communis opinio, quam testatur *d. cons. Soccin. num. 11.*

10 Denique,ut alia omittamus, hæc conclusio patet in *textu l.quoties D. de jur. dot.* Ubi quamvis verè videatur venditio facta per rei æstimationem in dotem datæ, subdit J.C. quòd non simplex venditio est, sed dotis causa,& cum *Glo.*opponat ex *l. plerunque, §.si ante,eod.tit.* qui *textus* habet, fieri veram venditionem, & quod æstimatio vera venditio est,solvunt DD.simul stare,veram venditionem „ sed non simplicem,sed causa dotis: quia est potius „ quodam capitulum contractus separatus, ideo non solvitur gabella tanquam de re vendita, ita habetur in additio post *Glosam.fin.*

11 Licèt autem causa dotis semper insit,non tamen sequitur semper, & omni respectu rem dotalem effici, in quem articulum cadunt diversi modi,quibus contrahitur propter futuros casus restitutionis dotium.Qua in re notabilis est *d.l.plerunque §.si res.* Ubi ex modo conventionis habitæ regulatur futurus eventus restitutionis rei,vel æstimationis, „ illis verbis(Siquidem fuerit adjectum, utrum mu„ lier velit, ipsa eliget, utrum malit patre rem, an „ æstimationem. Verum si ita fuerit adjectum, „ utrum maritus velit; ipsius erit electio at si nihil „ de electione adiiciatur, electionem habebit mari„ tus, utrum malit res offerre, an precium earum.)

Eodem igitur respectu quo res æstimata restituitur,ut dos censenda est,sed non semper;quia interim ratione periculi,velut ex vera emptione mariti fuit, ideo *Glos.in d. §.ante vers. vera venditio*, exponit, vera quò ad periculum,non quò ad omnia.

12 Semper, & omni respectu potest dici dotalis res effecta, secundum intellectum *Baldi in d.l. eleganter In nova addit.* dum vult, quòd cum in obligatione est rem dari pro pecunia in dotem promissa, & res ita obligata solvitur marito,titulo dotis possidetur, non autem ex empto, nec eo casu speciale esse, ut primæva actione dotis agatur re evicta ab anteriori creditore, & sit speciem postea esse restituendam, quæ fuit in obligatione,ut daretur per *l. qui res suas.in princ.de solut. & l.1. in princip.C.de jure dot.* ubi DD. differentiam fatentur dotis constitutionem incipere à promissione, vel traditione, præsertim idem

Cui intellectui licet obsistet *Socc. d.cons.* relativè *ad l. qui res* non tamen videtur negare assumptum, ut *num.* 10. est videre.

Quod, & aliter,quàm *Soccinus glossat*,accipiendum est, ne in aliquo sit contradictio. Nam unus casus est, quando res pro pecunia simpliciter in dotem promissa marito datur, & procedit *Glo.ver. & soluit d.l.qui res*, & communis DD. interpretatio, propter æstimationem ex empto actionem competere,juxta *d.l.1. C.de jur.dot. vers.sin autem* nulla pollicitatio competere quoque eodem casu primævam actionem de dote, favore, & privilegio dotis,quamvis *Bal.*neget *d.l.qui res.*

Alter casus est, quando data fuit res pro re, & iste est intellectus *Dyni*, qui exponendo dic. *l.qui* „ *res*, ibi, (promittendo dotem) dicit ipse in specie. „ non in pecunia, & pro ista promissione obligavit „ aliam speciem, deinde illam obligatam tradidit in „ solutum, pro promissa, quam expositionem DD. non recipiunt ad illum *text.* verum non reprehendunt ejus dictum, & potest notari ad hoc,ut eodem casu maritus rem quam habuit,semper,& omni respectu titulo dotis possideat jure permutati dominii,vulgata *l.ita constante. D.de jur.dot.*

Tertius casus est, quando pecunia in dotem promittitur,non tamen simpliciter, sed pro ipsa pecunia res in specie obligatur,& sic obligata deinde solvitur marito, quo casu non est opus ex empto actione,quia primæva dotis actio propter precedentem obligationem non est subduta, & per eam pinguius consulitur doti, & marito, absque aliquo privilegio, & in his terminis, juxta intellectum *Baldi*, potest intelligi, *d.l.qui res*, rectè intuenti.vide *Vrsil.ad Affl. decisio.335. num.13. Hieron.Gabr.cons.129.num.10.vol.1.*

Quartus casus adjungitur, cum dote in pecunia promissa, res licèt obligentur marito; ea tamen obligatio non est ut res obligatæ, vel obligata detur pro pecunia dotali, idest in obligatione non est rem dari, sed pecuniam, quo casu si deinde res detur in solutum à debitore; vel impetretur à judice pignus possideri, quia finita videtur pignoris obligatio; & à contractu priore recessum, utilis actio similiter ex empto accomodanda est, fortè re in solutum accepta, evicta per creditores, quæ est decisio particularis, *d. l.eleganter, in princ. de pignor.actio.* quo etiam casu tenendum est; cum de dote agitur, primævam de dote actionem non nisi ex privilegio competere, verius verò videri rem ita in solutum habitam, veluti ex empto possideri.Et in istis terminis verum admittimus, quod respondet *Soccin. d. cons.289. num.7. & Bald.* notanter *consil. 289. in addit. vol.2.* dum tenet communem interpretationem. *Glos. in dict. l. qui res*, quæ est singularis secundum *Bart.* vide *Bald. Novell. de dote, par.8. privil. 19. Nicol. Boer. decis.337.*

Quos omnes si applicaverimus tractatui juris prothomiseos, concludere nos oportet juri prothomiseos locum non esse, durat enim in omnibus causa dotis, ergo jus prothomiseos cessat,per hunc *text.in princip. causa verò dotis.*

13 Facilior est resolutio, quoties in secunda principali parte distinctionis res ab extraneo comparatur pro pecunia dotali, quo casu constituenda est

est regula ex *l.pecunia*. *C.de jur. dot.* neque dotis causam durare, neque rem dotalem effici.

A regula verò excipi, cum, vel actum est, & conventum, ut res empta sit in fundum dotis pro muliere, vel cum maritus efficitur non solvendo, ut utrumque casum examinavimus, *infra verf.ex permutatione.*

Vel si mulier dotata sit minor, & ei sic expediat, ut pro pecunia res ipsa in dotem possideatur; ultra quas tres limitationes non esse alias, dicit *Soccin. d. conf. in fine.* vide latiùs ad *d. l. ex pecunia. Tiraq.de retrac. lignag.§.32.Glos. unica*, *à num.17. & Alfan. collect.*1000.

Quoties igitur regulæ locus erit, tunc, & protomisi, sive congruo, quoties limitationibus dic, ut in *d.Glos.diximus.*

14 Quid si pater rem, quam emit, antequam à vicinis interpelletur, constituit pro dote filiæ, quæ nondum alicui nupta est; Quid item si maritus de re empta augmentum dotis, vel antefatum uxori fecerit; *Camil. Saler. in addit. ad Napodan. in consuetud.Si quis emit,num.32. lit.A.* videtur sentire pro filia sed nihil probat, *Ant. de Alex. ibidem litera B*, ad quæsitum de uxore dubium, inquit pendet,an id lucrum,sive augmentum videatur in fraudem juris congrui.

Circumscripta fraude, & simulatione inter has personas validam esse donationem, non est verendum, juxta notabilem doctrinam *Napodan.in dict. consuetu.verf.possidet,* quem sequitur *Affl.h c.6.not.* & ante *Afflictum Ant. Caput. de Melfitto in Glos. verf.simulatè*, & cum *Affl.* sentit *Novellus nu.* 35. idemque *Affl.ct.decif.*338. *vide infra.*

15 Interim verò scias, quod respectu filiæ hujusmodi dotis constitutio dicitur donatio, & titulo lucrativo mulier talem non habet. *Cod. de dot. promiss. l.si pater dotem*, & est communis doctorum conclusio, teste *Pinel. in l.1. 3. par. verf.31. infertur. C. de bon. mater. Vrsill.ad Afflict.decis.*111. *num.*21.

Unde vicinis de fraude conquerentibus contra filiam competeret actio, quasi ad eam ex donatione res illa pervenerit.per *tex.in l.si fraudator. §.si à socero. D. qua in fraud. cre.* & est singulare, ut *Bolog.*notat. Sed de hac re latius infra in *Glos.simulatè donaverit.verf.in exemplo antecedentis.*

16 Stat igitur, ut si dos, & donatio, & quatenus dos est, & si non actu, tamen potentia propter destinationem, venitque sub statuto. quod de dote loquitur, ut ejus privilegio gaudeat, etiam pro puella ætatis minoris, & nondum nubilis,auctoritate *Bart. Ruin. Rolan. à Vall. Bal. Novell.* & aliorum probat *Hieronym. Mago. decisio. Florent.* 86. *Nicolaus Juncta.*

Atque ad propositum præcedentis conclusionis contra vicinos, quòd favore dotis,satis est habere Doctórem pro ea, dixit *Natta consil.*316. *num.*3. quem quoque sequitur ibi *Magon.in fin.*

17 Quatenus verò donatio est, non est verendum, filiamfamilias effici statim plenam dominam, pater verò qui donavit, neque remanet usufructuarius, neque est legitimus administrator, sed reputatur tanquam extraneus, posseque super re hujusmodi litem esse inter patrem, & filiam,notabiliter probat *Io.Vincent. Anna allegat.*73. *in causa Magnifici Joannis Petri.*

SUMMARIUM.

1 *Retractus cessat in omni donatione, & qua est ratio hujus textus.*
2 *Simplex quomodo accipiatur donatio.*
3 *Plica, & involutio est, ubi dolus adhibetur.*
4 *Vendens non exacturus conventum pretium, vicinis non præjudicat,nam donatio est pretii, non rei.*
5 *Clausula, quod pluris est donat, non excludit vicinos.*
6 *Contractuum mistio quando vicinos excludit,*
7 *Donatio,quæ fit pro solvendis debitis donatoris per donatarium, qui contractus censetur.*
8 *Donatio remuneratoria mutua, & ob causam excludit jus prothomis.num.*11.
9 *Remuneratio cui contractui æquiparatur.*
10 *Donatio remuneratoria transit in alium contractum, ubi pro meritis actio, vel judicis officium competit, sin minus, non ideò mera, & simplex donatio appellatur.*
12 *In re jure feudi data cessat retractus.*

Donationis.

1 Donationis) Constat omnes donationum species ab hoc jure protomiseos fuisse exceptas. Nam cum duæ sint, una simplex, altera ob causam, & quæ ob causam fit dividatur in donationem causa mortis,& propter nuptias,ut in summa *Goffred. extra de donat.* harum omnium hic est mentio.

Rationem verò excludendi vicinos propter hujusmodi donationum contractus, colligit *Afflict. hic 7. Not. num.9.ex text. l.fin. Cod.de pradi.decur. lib.*10. & aliis, ut per *Bartol.Cassane. in consuetu. Burgun.rubr.* 10. *§.9.verf.sed quid in donatione.n.* 13.

2 Simplex donatio pro mera liberalitate accipitur: quam is: qui donat, exercet. *l.* 1. *in princ. cum Glos. verf. Liberalitatem. D. de donat.* concordat *consuetud.Bari. eod.tit. de jur.protomi. §.jus protomiseos in donationibus.*

Sed & potest intelligi simplex in oppositum duplicitatis, idest sine plica, & involutione notat *Jo.Andr.in clem.sæpè,de verb.signif.*

3 Plica,& involutio evenire potest, aut quia donatio dolum admistum habet, & simulationem ad fraudandos vicinos, quo casu vicinis providetur, in textu ibi nisi quis donando.)

Aut quia commiscetur aliis contractibus: qui si retractui subduntur, ut est venditio, locatio, & emphyteusis. de quibus suprà visum est in primo textu, vicinis non officit donationis involutio. Pone qui rem immobilem vendidit, nec dum precium recepit, emptori gratiam agit,ut ex donatione is habeat,perficitur enim donatio. *l. empti fides. C. de contrab. empt.*& nec uidetur uendere,qui conventum precium donationis causa non exacturus vendit. *l.cum in venditione.D.eod.*

4 Sed nihil ex hoc vicinis præjudicabitur; quia precii magis quàm rei venditæ donationis species est, quæ neque propriè donatio dici potest secundum *Bal.in rubr.C.de contrab.empt.quæst.*12.

3 Vel

5 Vel pone, quod res venditur certo precio, adjecta clausula Si pluris valet, dono cedat emptori, quæ donatio vulgò pluris valentiæ dicitur. Certè admittuntur nihilominus vicini ad retractum, solventes precium verè conventum. *Bald. in fine sui tract. nostri jur. prothom.*

Ratio esse dicitur; quia principale propositum fuit vendere, & adjectio donationis fieri consuevit ad majorem emptoris securitatem, ità notat *Joan. Bessi. in consuet. Alver. des retraict. art.* 35. post *Barto. Cassan.* quem citat.

Ideò videtur donari modicum, quo pluri res vendita valet, considerat *Bartol. in l. 2. C. de rescin. vendit. vers. quæro quid si dictum est*, *idem Barto. In l. si quis cum aliter. de verb. oblig. & l. ab Anastasio. D. mand.* intelligens de eo; qui valorem suæ rei ignorat ut communiter cum *Barto.* dd. sentiunt, teste *Hieron. Cagno. in d. l. 2. nu. 129. vers. secunda conclusio.*

Et eo ipso ignorantia præsumitur, cum quis decipitur ultra dimidiam. *Præses de Franchis decis. 225. in fin.* latè *Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. casu* 144.

6 Sed quid in sciente rei valorem: quam tamen partim donat, partim vendit, & ità contractuum mistio fit: de qua textus est, & ibi *Barto. & omnes l. Aristo. D. de donatio.*

Attendemus id: quoad principaliter actum est, & cum de præjudicio vicinorum tractetur, potius inspiciemus contrahentium mentem, quàm verba, ne fiat fraus huic constitutioni, ut in mistura venditionis, & permutationis notat præsertim *Castren. in fine principii d. l. Aristo*, & aliis in propriis terminis: quos citamus in *seq. Glos. & Tiraquel. de retrac. §. 1. Glos.* 18. *à num.* 14.

7 Propterea adverti oportet, cum donatio fit mediante pecunia, aut alia simili causa, ut puta de solvendis debitis donatoris per donatarium, in qua facti specie *Joan. Fab. in §. precium. Instit. de emp. & vendit.* dicit videri, quod illud censetur de precio. *per text. l. mortis causa capimus. §. fin. D. de donat. causa mort.* esseque indubitabile, ubi debita erant certa, & specificata, ac posse dici venditionem adesse, & consequenter ex ea, si emphyteotica res sit ità donata, deberi domino laudemia, & judicari sicut de venditione, & de rebus: quæ in solutum dantur creditoribus, ut etiam retractui proxitatis sint obnoxiæ secundum eundem *Fabr. in l. prædium. C. de evict.* sequitur *Joan. Bessia. tit. des achapts art.* 3.

Quibus tamen non assentior, dum fraus absit, & simulatio, ut videbis in *seq. Glos.* quia in proposita facti specie non aliter est venditio, nisi certum aliquod precium exprimatur. nec refert certa ne vel incerta adiiciantur debita persolvenda, ut probat *Pynel. in 2. par. rubr. C. de rescin. vend. c. 1. num.* 18.

In summa scire nos oportet, quod notanter dixit *Bal. in d. l. ab Anastasio. 4. Not.* donationem in contractu venditionis esse coloratam, & depictam, ideo à *l. annullatam, & in l. non dubium. C. de legib. idem Bald. in fin. commen. de jur. protomis.*

8 Nisi esset hic textus omne genus donationis excipiens à jure prothomis. posset dubitari similiter de donationibus remuneratoriis, & ob causam & mutuis: quas vim venditionum habere dd. dicunt. *Jo. Fab. in brevi. C. l. 1. vers. quid si duo, de inoffic. testam. Guid. Pap.* & alii: quos pro & contra jus consuetudinarii retractus citat *Andr. Tiraq. eo. tracta. §. 25. Glo. 2. num.* 3.

9 Remuneratio, & mera donatio differunt *l. Attilius regulus. D. de donatio.* ideo dd. aliquando dicunt remunerativam donationem esse potius similem dationi in solutum, quam donationi simplici. *Aretin. in l. Julianus. §. qui fundum. num. 7. D. de verbo. oblig.*

Aliquando eam permutationi æquiparant per *l. sed & si lege. §. consuluit. de petit. hæred.* idem *Aretin. consi. 17. §. in princ. col. 6.* latè *Tiraq. in repet. l. si unquam. vers. donatione largitus. n.* 11.

10 Idque intelligunt ubi merita taliter donantem obligant, ut dari potuisset actio, vel Judicis officium. Cæterum non eò minus propriè, & simplex appellanda esset donatio, & mera liberalitas, quæ fit sub commemoratione meritorum donatarii, optimè probat *Ary. Pinel. in l. 1. 3. par. rubr. Cod. de bon. matern. num. 59. & seq. vers. ex his infertur apte*, atque ante *Pinel.* idem concludit, & probat *Sigismun. Loffred. in Paraphras. feud. ad cap. Titius, si de feud. defunct. fuer. controver. vers. quod hodie non est prohibitum.*

11 Ad punctum dico, quod quævis remuneratoria donatio, sivè permutationi, sivè in solutum donationi assimiletur, sivè simplex, & pura judicetur (modò absit fraus) vicinos ab hoc jure prothomiseos excludit. Cum & permutatio, & in solutum datio, & quicunque alius contractus, tribus illis exceptis emptione, locatione, & emphyteusi, sicut diximus, liberè contrahi possint, quod & firmat doctissimus *Robert. Marant. in tracta. de multipl. alien. prohib. vers. trigesimus, & ultimus nu. 117. & num.* 140. venio ad tertium.

Ut jure, & meritò reprehensus fuerit *Barto. Cassan. in consue. Burg. des retracts. §. 1. in addit. ver. vendit*, à *Bessia. in consuetu. Alver. titu. des retraicts. artic.* 36.

Eandem opinionem pro firmitate donationis ob merita sine controversia amplexus videtur *Maxil. in d. consuet. jus protomis. in donationibus, in princ.* ubi afferens rationem, quare in donationibus cessat protomisis, dicit in venditione precium: quod habetur ab uno, potest haberi ab alio, & idem est, sed donationes plerumque fiunt ob merita. *l. Attilius regulus, de donat. l. ne adjecit. D. pro socio.* eamque rationem ponit litera dictæ consuetudinis, ibi, cum talia merita non præcesserint vicinorum) & videtur contradictio in ipso contextu; Nam cum dicatur cessare jus protomis. in donationibus; quæ ex mera animi liberalitate procedunt, quomodo ex meritis deducitur ratio? quæ enim ex meritis fit donatarii non est propriè liberalitas. *d. l. Attilius*, ad quod non advertit *Maxilla.*

12 Hinc etiam tractatui convenit, quòd si res: quæ ex lege testatoris, vel ex consuetudine non permittitur vendi, nisi proximiori pro æquali precio accipere volenti, alicui per feudum detur, nisi fiat in fraudem, non habebit locum retractus. *cap. 1. §. sed etiam*, per quos fiat investitura, & ibi *Iacob. Belvis.* & alii: quos sequitur in proposito retra-

O ctus

ctus consuetud. Burdig. Arnol. Ferro. eodem titu. §.25.

Nam hæ concessiones, inquit ex mera veniunt liberalitate: quam diminuere, & in alium transferre, præter dantis voluntatem ineptum est. *argum. l. ad res donatas. D. de adil. adic. dixi supra §. 1. vers. sub eodem servitio.*

SUMMARIUM.

1 *Cessat protomis. in dato, seù relicto, ex quovis ultimæ voluntatis judicio.*

2 *Hæreditate vendita, an res singula petantur à vicinis, & quid si vendatur quota?*

3 *Testator prohibens rem alii vendi, quam Titio, an excludat vicinos.*

4 *Testatoris major, quàm statuti potestas, & quomodo intelligatur.*

5 *Testatore prohibente fundum alienari, & si alienetur, in alium transferri illo alienato, debent vicini admitti.*

6 *Testatore uno contextu in testamento vendente, testamentum non vitiat, & locus est congruo, quod declara, ut hic habes.*

7 *Legatarius cui vendere hæres gravatus est, pretiũ offerens, an statim dominium acquirat.*

8 *Testatore jubente, ut hæres Titio vendat missio est legati, & venditionis, & an faciat contra vicinos?*

9 *Missio actus facit cessare l. 2. C. de rescind. vend.*

10 *Necessaria alienatio non pertinet ad fraudis præsumptiones.*

Ex testamento.

1 EX testamento.) Cum indefinitè posita sit causa ex testamento ad exclusionem juris protomis. de qualibet intelligitur, ut est institutio, substitutio, fideicommissum, legatum, & tàm si in testamento relinquatur, quam si in codicillis. *Affl. hic.* 8. *not. num.* 10. & inde *infra §. transcurso. vers. ex testamento.*

2 Quid si hæres institutus hæreditatem venderet certo precio? est quidem controversia. Namque habentes vicinitatem ad res singulas hæreditatis, ideo videntur exclusi à retractu, quòd hæreditas est jus, & incorporalibus protomisis locum non habet, *ut in 1. text. declaravimus. ver. rem immobilem.*

Item quia illæ res singulæ hæreditatis non videntur per se venditæ per *l. 1. C. de evictio.* qua ratione idem in venditione quartæ partis hæreditatis tenuit *Maneri. de retraict. §. item si hæres,* relatus à *Jo. Bessia. tit. de retraict. art.* 23. quod dictum *Maine.* dixit esse mirabile, idem *Bessia. tit. des ac baptz. art. 7. fol.* 117.

Sed contra tenet *And. Tiraqu. de retrac. lignag. §. 1. Glo. 7. num.* 82. & argumentis Tiraquelli utitur *Jacob. Novel. in princip. constit. num.* 123. eorumque summa ratio est, quod incorporalia jura, & actiones inter immobilia à nonnullis computantur, quos idem *Tiraquel.* citat *d. Glos. 7. n.* 6.

Facillimè tamen respondetur in hac constitutione illas res immobiles comprehendi ut à vicinis retrahi possint, quæ finibus & vicinitate describuntur, ideo jura, & actiones non contineri, ut in principio textus probavimus. *ver. rem immobilem.*

Hæreditatem autem esse rem incorporalem non dubitatur etiam attenta continuatione *Glosa rub. C. de hæred. vel actio. vendi.* quam sequuntur *Cyn. & Bald.*

3 Quid si testator mandavit hæredi, ne fundum nisi Titio venderet: qui Titius non est conjunctus? respondet *Bald. in suo tracta. eod. titu. vers. quid si testator præferri habentem protomisim. arg. l. nemo potest. D. de leg.* 1. & quia à privato auferri nequit beneficium à lege, vel à consuetudine inductum, *authen. de nuptiis §. si vero.*

Cum Baldo transit simpliciter *Afflic. hic n.* 10. *Not.* 8. Hisque addit *Tiraq. in tract. de retract. lignag. ad finem tituli num.* 7. tàm habere locum protomisim, si testator ipse vendidit in testamento, quam si rem ab hærede vendi mandavit.

4 Comprobari potest, quoniam licet testatoris potestas in disponendo de propriis bonis major videatur quam statuti disponentis super alienis, intelligitur quò ad præjudicium testatoris, aut hæredis, vel legatarii, non autem tertii. *Aym. Crav. cons.* 174. *nobilis Guido vol. 1. post. Deci. consi.* 11. *vers. non obstat quòd contrarium.*

5 Amplius, & fortius dixit *Ferron. in consuet. Burdig. eod. tit. §. 1. vers. ex his ex facto,* quod si testator hæredibus prohibuerit alienari fundum, & si alienaretur, id in Claudium extraneum transferebat, fundo alienato, agnatos ex consuetudine retractus admitti, & Claudium extraneum excludi, quamvis ex testamento: & voluntate testatoris veniret. Nam, inquit, cum vivus testator vendita re, semel eos à retractu excludere non potuisset, meritò nec ex ultima voluntate: qua admittere voluit Claudium, cum beneficium legis eis adimere non potuerit.

6 Tu autem adverte, quia cum ipse testator vendit, non dubito, locum esse protomisi, est enim hic propriè contractus venditionis, & à testamento separatus, quamvis uno contextu testamento factus testamentum non vitiet, nec ab eo vitietur, quod post *Glo. in l. hæredes palam, §. fin. de testam. & Dyn. de reg. jur. cap. quod semel in fine,* frequentiori calculo sequuti sunt contra *Oldra. Alber. de Rosa. ver. ultimo quærit. Glos. Bart. Angel. cæterique.*

Faciunt dicta *Bald. in l. cum antiquitas. C. de testam. vers. hic potest formari quæstio, & in l. si avia. C. de jur. delib.* cujus doctoris testimonium in hac re dicit ægregium *Ludov. Rom.* idem sequens *consil.* 171. *in fine.*

Sed si hæredem suum vendere testator jusserit, legatum hoc posset esse utile extraneo legatario volenti emere, *text. est in l. si æquo precio.* 69. *de lega. 1. tex. in l. uxorem 39. §. agri plagam, de leg.* 3.

Eodemque casu præcium offerens legatarius hæredi gravato rem ex testamento petet non actione ex empto, quasi tunc per oblationem precii pari consensu emptione perfecta, juxta notata in *d. §. agri plagam, per Dyn. Bart. & dd.*

7 An autem oblato precio per legatarium absque facto hæredis rei dominium transeat. *Bart.* tenet pro legatario in eod. *§. agri plagam,* quem sequitur, *Petr. à Duer. in regul.* 210. *ampli.* 13.

Verùm

Verum contra *Bar.* est communis opinio teste *Bologn.in l.1.nu.303.de leg.1.*

Sed in legato, pro quo ex testamento agi potest, cessat jus prothomiseos, ergo sequitur nihil contra legem protomiseos, vel retractus fecisse testatorem legando, & ita respondetur objectis, & vicinos excludi per hunc *tex.constitu.*

8 Resolvamus hoc modo, in hujusmodi legatis duo sunt attendenda, liberalitas testatoris; quia legatum est donatario quædam à defuncto relicta. *Instit.de legatis §.1.*

Et rei venditio per precium: quod à legatario solvitur, mediante consensu prævio testatoris, & legatarii subsequente; ut in dictis ll. doctores adnotant. Ergo mistio est legati, & venditionis. Sed ubi est contractuum mistura attenditur potentio, & qui magis ex agentium intentione prevalet, ut dictum est in *Glos.præcedenti.arg. l.quæritur hermafroditum. D.de stat.hom.* quem *textum* huic etiam proposito expendunt *dd.*

Igitur aut plus est in legato, quàm in venditione, aut è contrario, verbi gratia testator mandavit rem vendi ab hærede justo precio, & dico veram censeri venditionem, vicinosque præferri. Si verò mandavit vendi minori precio; quo valet, & quoniam prævalet legati natura, non continetur sub statuto, lege, vel consuetudine retractus.

Hæc est notabilis, & vera distinctio *Ambros. de Opizo in repetit.§.divi de l.filiusfamilia. D.de lega. 1. num. 77. & 86.* qui in propriis terminis loquitur.

9 Eodemque casu cessare videmus remedium *l.2. C. de rescind. vendit.* ut ibi moderniores notant, præsertim *Pinel.ibi parte prima cap.1, num.19.* qui *Tiraquellum* meminit ubi supra *num.5. & 9.*

10 Alienationes autem: quæ testamento fiunt, si necessariæ sunt, non facilè in fraudem factas videri decet *Alciat.in fin.3.lib.de verb.& rer.signific per tex.l.ex hoc adicto.D.de alien. Jud.mut.l.reos. D.de soluti.*

Quod ideò notandum duximus, quia in hac constitutione tunc verum est in donationibus ex testamento, cæterisque exceptis non habere locum protomisim, quoties fraus, & simulatio absunt, Unde videre licet quàm impudenter in quæstione proposita loquatur *Jac.Novel.§.7. nu.67. vers.quid insuper dicendum.*

SUMMARIUM.

1 *In permutatione cessat jus protom. & conclusionis ratio.*

2 *Permutationis significatio.*

3 *Commutationis duo genera comprobantur, vel pecuniæ in speciem, vel speciei in speciem.*

4 *Alia divisio commutationis traditur, & declaratur.*

5 *Permutatio generum utrum detur, in quo examinatur Glos.in l.1.vers.postulabis.C.de rer. permut.*

6 *Permutatio, & contractus innominatus deo ut des an differant,*

7 *Genus non est, quod demonstratur, sed species.*

8 *L. 5. §. & si quidem de præscr. verbis expungitur.*

9 *Implementum in permutatione est necessarium, ut de evictione antequam res evincatur agi possit.*

10 *Spiritualium rerum inæqualitas in permutatione, quomodo attendatur, & an locus sit remedio l. 2.C.de rescind.vendit.*

11 *Temporalium inequalitas in permutatione distinctè tractatur quo ad jus protomiseos.*

12 *Pecunia dissimilis est permutatio per æstimationem.*

13 *Æqualis pecunia est mutuum dissimilis permutatio.*

14 *Mobilium, & immobilium permutationis consideratio.*

15 *Rerum similium in specie differens extimatio.*

16 *Contrahentium consensu res fungitur vice pecuniæ.*

17 *Permutans, ut ex rei distractu utatur precio non excludit vicinos, pro quo perpenditur text. l.sed Julianus.§.mutui ad Macedon.*

18 *Permutans rem immobilem cum re mobili non præjudicat vicinis.*

19 *Res si datur æstimata in permutatione, non cessat jus prothomisi,*

20 *Cautela Marantæ ad excludendum vicinos.*

21 *Rerum dissimilium permutatio, ut non obsit vicinis, quomodo consideretur statim, vel ex intervallo, rei venditione sequuta.*

22 *Statim, & incontinenti quando dicatur factum.*

23 *Rerum adhuc similium permutatio animo vendendi facta non obest vicinis.*

24 *Res mobilis pro immobili tradita, an censeatur esse loco pretii.*

25 *Rerum æstimatio quando inducit emptionem, & venditionem.*

26 *Pecunia pro re stabili data, inducit quandoque permutationem ad quod perpenditur, tex. l.dedi. de condit.ob causam, & an hujusmodi contractus noceat vicinis.*

27 *Conjectura emptionis, vel permutationis contracta ex qualitate contrahentium, rebus mobilibus, vel immobilibus datis.*

28 *Conjectura sumitur ex præcedenti tractatu.*

29 *Re unius ex contrahentibus æstimata, qui contrarius inducatur emptionis, an permutationis.*

30 *Re permutata cum re venali habita taxata, vel non taxata quantitate, an censeatur permutatio ad intellectum text. & Glos. l. 1. C. de rer. permut.*

31 *Re venali habita, si pro certa re detur, an habeat parem firmitatem cum contractu venditionis.*

32 *Constitutio de protomisi, & congruo intelligitur de vera emptione, non per similitudinem.*

33 *Sola contrahentis intentio non sufficit, nisi ultra rem habuerit venalem.*

34 *Re venali habita, si nomine pretii de quo fuit conventum, certa res datur, habet locum protomisi,*

35 *Naturam rei, sive actus qui geritur potius quam contrahentium verba attendi, quod declara, ut num.36.*

36 *Emere pro pretio, quod in arca est, vel pro quanto pretio in arca est, differunt, & perpenditur Glos. in c.hac venditio. §.hujusmodi, de contr. emptio,*

37 *Reprahenduntur, qui Glosa opinionem impugnat*

non enim eadem sunt parentibus erga filios, & fratribus inter se, neque sodalibus eadem, & civibus Simili modo in reliquis amicitiis.

Divisæ igitur sunt etiam injuriæ ad unũquemque eorum; incrementumque accipiunt, quo magis erga amicos fiunt, ut pecuniis sodalem privare gravius est, quam civem.

Id quoque plus altissimo Deo displicere, ad litem habetur *Psalm.* 49. *Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum.*

Item *Psalm.* 54. *Si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem utique & Psalm.* 40. *homo pacis meæ, in quo speravi, &c. faciunt quæ ponit Andr. Isern. tit. quib. mod. feud. amitt. num.* 10. *vers. turpiter luserit.*

SUMMARIUM.

1 *Vicinorum dilectio nobis quærenda est, ideo venditore volente, potest inimicus vicinus uti jure protomis.*
2 *Injuriandi animus in vicinis non præsumitur sicut nec in consanguineus.*
3 *Voluntatis argumentum ex quibus colligitur, & an satis sit si vicino inimico ad retractum accedenti non contradixerit offensus venditor.*
4 *Voluntas in verbis, facies in speculo ostenditur.*
5 *Actio injuriarum 7. modis tollitur.*
6 *Remissio plenè facta in foro conscientiæ operatur in foro contentioso, & quando est necessaria præsentia officialium, & quando damna remissa censentur.*
7 *Punitus pro illata injuria vicino, an habeat jus protomis.*
8 *Contumelias non pati non est nostrum.*
9 *Judex olim competens injuriarum quis fuerit.*
10 *In jure protomiseos an sit locus gratificationi.*
11 *Inimicitia fratris an fratri noceat cum extraneo contracta.*
12 *Injuria facta domestico quandoque attenditur.*
13 *Injuria uni facta, quo respectu omnibus de agnatione facta dicatur.*
14 *Vicinis bonus esto propter multa.*
15 *Reconciliatio sequuta probanda est.*

Sine venditoris voluntate.

1 SIne venditoris voluntate) Verum cum vicinorum amor, & dilectio nobis quærenda sit juxta Canonis præceptum humanissimum, & utilissimum; quod est in agendum, ut diligant vicini, teste *C. Plinio natur. histor. lib.* 18. ideò consensisse videtur Federicus Imperator ad reconciliandã inter eos dilectionem, ut si venditor offensus volet possit vicinus venire, & petere rem jure prothemis. Jus namque valde confidit de vicino, ut non ab re *Petr. de Bellaper. dixerit in repet. l. si non convitii, C. de injur.* Vicinum non præsumi, quod injuriandi animo percusserit vicinum, vel in eum
2 contumelias dixerit, sicut contra extraneum, *num.* 14.

Pariter in sanguine conjunctis, quod non præsumitur animus inferendæ injuriæ, juxta ea; quæ allegat *Aym. Crav. cons.* 18. *num.* 27.

3 Quæro igitur; quodnam erit hujus voluntatis argumentum? si habetur tacita, eam dico sufficere cum hic solam voluntatem lex nostra requirat. *Jas. & alii in l.* 2. *§. voluntate, D. solu. matr.* ut puta si qui vendidit extraneo, non contradiceret vicino ad retractum accedenti, ex *dict. per Bartol. Cassan. in consuet. Burgun. des drois §.* 7. *de mari, & la femme. num.* 46.

Sed cogita, quia lex ista cogit venditorem cõjunctos omnes ex ordine vocare, non tamen illos: quos rationabili odio prosequitur, Si ergo admonuit conjunctos, & sibi exosis non denunciavit est evidens conjectura, quod voluit, ut illi rem habeant per protomisim. *argum. l. cum Prætor. D. de judic. c. nonne, extra de præsump. cap. qualis,* 25. *distin.* Et ità suam volutatem venditor conformem reddit huic constitutioni in eo: quod habetur in textu (nullo modo sine venditoris voluntate ad jus protomiseos veniant.)

Si verò è contrario idem offensus denunciavit offensori suo, ut emat, ex denunciatione satis colligimus voluntatem cum remissione inimicitiæ, & per id dissimulatam injuriam, dicit *Bald. in cap.* 1. *in princ. de prohib. feud. alien. per Feder. nu.* 13. relatus per *Massueri in sua practi. tit. de injur. num.* 9. *ubi de dissimulatione.*

4 In verbis enim voluntas hominis consistit, sicut facies in *Speculo Bald. consi.* 102. *col.* 2. *vol.* 3. Et ex abundantia cordis os loquitur ad cognoscendũ quale sit cor proximi. *Ludol. Car. in Psalm.* 40. *vers. egrediebatur foras*, & loquebatur in id ipsum. Hominem ex loquela esse intuendum censuit Socrates, ad quæ curiosus addet.

Concludo ex his, quod ex forma, & modo procedendi voluntas arguitur qualis sit *Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum col.* 4. *D. pro socio, exornatur per Aym. Crav. cons.* 20. *par.* 1.

Si autem venditor nulli ex vicinis denunciavit sed simpliciter extraneo vendidit, traditque, quærenda est extrinsecus conjectura voluntatis per remissionem injuriæ tacitam, vel expressam secundum ea; quæ habentur in *l. non solum. §.* 1. *& l. sed si unius. §. si ante. D. de injur. & instit. eod. tit. §. fin. ubi Glos. & Doct.* tetigitque *Afflict. hic, & in constitu. reg. generalia jura. not.* 5. ubi ponit modos quibus inducitur reconciliatio, & remissio injuriarum, & vide quæ ad idem notanter colligit *Prosp. Caravit. in rit.* 275. & practicam docet hic *Maranta in fine prima quæst. princ.*

5 Reducuntur autem ad septem modos, tollitur enim actio injuriarum dissimulatione, pacto, transactione, jurejurando, per quod injuriantis declaratur animus, lapsu anni, vel triginti annorum, satisfactione, morte injuriati ante litem contestatam, & injuriantis post litem contestatam.

Primum *in §. fin. supra citato, ubi Glos.*

Secundum *l. si tibi §. quadam. D. de pactis.*

Tertium *l. transigere. C. de transactio.*

Quartum *l. non solum, vers. proinde. D. de injur.*

Quintum *l. si non convitii. C. de injur. & §. sed & lex Cornelia, cum ibi notat. instit. eo. tit.*

Sextum *instit. quib. mod. tolli oblig. in princ.*

Septimum *l. si eam §. qui injuriarum. D. si quis cation.*

6 Et

Et cavebis, quoniam injuriarum remiſſio facta in foro conſcient æ ſi plena eſt, operatur in foro conſentioſo. *Hyppol. Marſil. ſingul.* 246. *remiſſio injuriarum.*

Et cum ſit in teſtamento, non eſt neceſſaria præſentia officialium; quæ requiritur per *Reg. Pragm. titu. de compoſitionibus*, ut obſervatum fuit in cauſa quærelæ Caſtellani Regii Caſtri Monop. contra illos de Palmetiis, & remittens injuriam, an & quando præſumatur damna, & intereſſe remittere differt *Menoch. lib. 3. præſump.* 114. *fol.* 215.

7 Sed quæro, an id jus protomiſeos admittatur is: qui cum injuriatus fuerit vicino venditori, aut illi pecuniale damnum dederit, aut ejus vitæ fuerit inſidiatus, fuit tamen per officiales dignè punitus, rem ablatam reſtituit, pro damnis ſatisfecit. Reſpondeo, quod non, quoniam ex hoc, quod ſatiſfecit parti offenſæ non inducitur pax, vel remiſſio, ex *not. per Jul. Clar. in pract. crim. §. fin. quæſt.* 58. *verſic. adde quòd etiam ſi quis oſtendat.*

8 Nec puto contemnendum pro ornatu retractionis injuriarum, quod apud Strabonem legitur *lib.* 15. *Geograp. quondam non fuiſſe jus niſi cedis, & contumelia; cum non ſit in ſe ipſo hac non pati; Nam quæ in contractando conſiſtunt cum in unoquoque ſint, ferendum eſſe arbitrati ſunt, ſi quis fidem violarit, ſed cavendum cui credatur, ne implicetur Urbis controverſiis, hac ille.*

9 Item ſecundum *Dioniſ. Alicar.* Romulum injuriarum; quæ maximæ, ideſt graviſſimæ eſſent, judicium Regibus tribuiſſe, quæ verò minores eſſent Senatoribus permiſiſſe, notat *Ludovi. Charonda in Catal. legum antiq. ad l. Jul. de judiciis.*

10 Utile eſt ſcire, ſi quia habetur ratio amicitiæ, & inimicitiæ in prælatione vicinorum, poſſit venditor eligere ex vicinis unum: quem mavult rem habere uti ſibi gratioſiorem, videtur enim in retractu jure ſanguinis locus gratificationi, & ſat ſieri ſtatuto, vel conſuetudini, cum venditur conſanguineo, affirmat *Joan. Beſſian. in conſuetud. Alvern. des retraicts, artic.* 21. dicens id eſſe regulare.

Et à contrario ſenſu colligitur argumentum ex hoc textu, quia extraneus emptor à vicinis repellitur, ergo ſi non eſt extraneus, ſed pariter vicinus repellendus non eſt.

Sed hic oppoſitum eſſe verum; quia hæc conſtitutio duo vult, unum eſt, ne alienetur in extraneum, niſi denunciatur vicinis, ibi (non aliter permittimus alienare.)

Alterum eſt, ut vicini vocentur, & invitentur ex ordine, & gradatim, ibi (in primis vocentur) Itaque non eſſet ſatis vendere uni ex vicinis, ſi ſunt alii in eodem gradu, vel proximiori, & ita probat *Bartol. Caſſan. in ſuo retractu §.* 2. *&* 3. facit *Petr. Anchar. conſ.* 371. *late Andr. Tiraquel. §.* 11. *Gloſ.* 6. *num.* 6. *& ſeq. concordantes habes per Borgni. Cavalc. deciſ.* 20. *num.* 27. *verſ. nec etiam obſtaret.*

E contrario autem cum venditur res proximiori: qui primum fuerat invitandus, ſatisfeciſſe dicitur ipſe dominus huic conſtitutioni, & debuit magis quam potuit illi gratificare, & præferre aliis vicinis, ſervato legis hujus præſcripto, ſecundum dicta *Alber. & aliorum in l. ad officium in fin. Cod. commu. divid. rationem vide apud Caſſaneum in d. §.* 3. *in fine.*

11 Ponamus, quòd frater meus offendit Titium meum vicinum: qui nunc habet domum, vel aliam rem immobilem venalem, & mihi conjunctam, ſin obſtabit ut excludat, cauſa inimicitiæ cum fratre meo, & videtur ita; quoniam inimicitia contrahitur ex offenſa facta conſanguineo, & eſt odium naturale; quod non indiget probatione, ſicut facta injuria uni de familia tangit omnes de illa familia, allegat *Hippoly. Rimin. conſ.* 175. *num.* 5. *vol.* 2.

Item injuria, ſeu inimicitia exiſtens inter aliquos extenditur uſque ad quartum gradum affinium, & ultra, ex doctrina *Bal. in l. Athleta, de excuſ. tuto. idem Hippoly. conſi.* 31. *num.* 17. *eod. vol.*

12 Quin & in domeſticis receptum eſt injuriam ei factam mei occaſione, mihi fieri. *Jo. Cephal. conſi.* 587. *in* 5. *fundamento. Riminal. conſ.* 68. *num.* 5. *vol.* 2.

Dic tamen id verum eſſe, ubi odium eſſet protenſum etiam inter me, & Vitium, quòd ſi protenſum non eſt, nihil mihi obſtarèt factum fratris. *l.* 2. *§. fratris. D. ſi quis ali. teſta. probi.* ita in paribus terminis allegat *M. Anto. Peregri. in tract. de jure fiſci lib.* 3. *tit.* 3. *de inimicis. numer.* 5.

13 Quod autem dictum eſt, injuriam factam uni de agnatione omnibus cenſeri factam, id intelligitur ad effectum, ne credatur eorum teſtimonio, vel ne judicent in ea cauſa, ſed non ut unicuique injuriarum actio competat. *Cephal. declarat d. conſil.* 587. *num.* 43. *Aym. conſil.* 119. *num.* 3.

Effectus verò eſt, quoniam accepta eo modo injuria repulſari poteſt à cæteris conſanguinei. *And. Tiraq. in tract. de pœnis, cauſa* 51. *num.* 66.

14 Ut quiſque aſſueſcit neminem lædere, præſertim ut vicinis bonus ſit, juxta M. Catonis præceptum, de re *ruſt. c.* 4. *Nam inquit, ſi re vicinitas libenter videbit, facilius tua vendens, operas facilius locabis, operarios facilius conduces. Si ædificabis, operis, materia, jumentis juvabunt, ſi quid bona ſalute uſus venerit, benignè defendant.*

Namque & legis mens eſt, ne per arboris quidem occaſionem vicino nocere oportere, *tex. eſt in l.* 1. *Cod. de interdic.*

15 Sed & illud omittendum non eſt, cum de reconciliatione inter vicinos ſequuta contingeret agi, quòd quemadmodum inimicitia probari debet in ſpecie, ita & ipſa reconciliatio, alias enim præſumitur inimicitia durare, ideſt ſumpto argumento ex præterito in præſens in his: quæ habent radicem odii capitalis. *Bal. conſ.* 163. *vol.* 3. exornat *Tiber. Decia. in tract. crim. lib.* 3. *cap.* 25. *inimicitiæ cauſa. num.* 86.

Ant. de Caputis de Melfitto in §. Licet.

SUMMARIUM.

1 *Verbi licet natura.*
Verbi omnes.

2 *Atrox injuria, impiæ manus, & gravis ſubſtantiæ jactura repellunt conjunctum à jure protom.*

Iſte *§. hoc dicit uſque ad §. cauſa vero dotis.* Qui atroces injurias, vel impias manus venditori, vel ejus familia intulerint, vel gravem jacturam ſubſtantiæ moliti, vel in perſonam etiam ſi pecuniale damnum dederint, ad jus protomiſeos ſine

venditoris voluntate venire prohibentur. Dividitur in duas partes. Prima replicat regulam supra positam, quòd omnes conjuncti vocantur ad illud jus, secunda ponit exceptionem. ibi, omnes isti,

1 Licet.) istud verbum de sua natura denotat aliud esse, contrario sensu, ut *not. Cod. de legib. l. non dubium, in Glos. Magna, & ff. de verb. oblig. l. quicunque, §. 2. quod semper non est, ut not. in d. Glos. Sic prædiximus in vers. in primis.*

2 Omnes, collectivum est, ut *ff. de arbitr. l. non distinguemus §. cum in plures, & not. ff. de legat. 1. l. si pluribus.* Sed in singulari *num. distributivum, not. in l. 3. de statu homi.* hic autem quia est collectivum comprehendit parentes, socios, & extraneos conjunctos.

3 Nota quod atrox injuria repellit conjunctum ab hoc jure protomiseos. Et eodem modo impiæ manus delatæ contra venditorem, vel ejus familiam, ut *C. de revoc. donat. l. fin.* & similiter si conjuncti moliti sunt contra vitam, sivè substantiam venditoris. Nota quod prædicti committentes talia, non admittuntur ad hoc jus sine volunte venditoris, facit, *C. de revoc. donat. l. 1. & l. fi. & infra dicam.*

S U M M A R I U M

1 *Atrox injuria quæ, & ex quibus colligitur.*

Glosa Atroces injurias Antonii Caputi.

1 Quæ dicatur atrox injuria? dic quod ex tribus comprehenditur; aut ex facto, ut si fuerit quis vulneratus, vel fustibus cæsus, aut ex loco, ut si in theatro, vel in foro, vel in conspectu prætoris, aut ex persona: ut si ab humili, aut à libertis injuria facta sit, ut *Instit. de injur. §. atrox.* Vel si adulterium commisit cum uxore ejus, vel dixit verbalem injuriam dum præsideret, *C. de injur. l. 4.*

S U M M A R I U M.

1 *Conjunctus conjunctum in casu licito percutiens, an repellatur à jure protomiseos.*
2 *Propositum quomodo judicatur.*
3 *Percussio in dubio an præsumatur facta in casu licito.*
4 *Conjunctus per alium percutiens, an excludatur.*
5 *Manu, vel pede percusserit parvi refert.*
6 *Conjunctus percutiens eum, quem ignorabat esse conjunctum an repellatur ab hoc jure protomis.*

Glosa vel Manus impias Ant. Caputi.

De hoc verbo, & similibus hic positis habetur in *d. l. fi. C. de revoc. donat. & in cap. fi. extra de donat.* quia suprapofuit atroces injurias: sub quibus continetur vulneratio, & fustium cessio hic voluit comprehendere omnem aliam verberationem, pro hoc: quod dicit, Impias manus facit *17. quæst. 4. si quis suadente.*

1 Sed pone, quod conjunctus in casu licito, puta se defendendo, vel loco percutit conjunctum, an per hunc textum excludatur? *Jo. Andr. in d. cap. fin. de donat.* ponit hoc in donatore; & dicit quod per verbum impias manus, & quod punitur ibi, quod non sit locus pœnæ, pro hoc *extra de pænit. cap. ad aures,* &c. in quibusdam, & quod ibi not. Ità hic & multo magis, quia hic additur ex proposito, & per præcedentia, & sequentia judicatur propositum, facit quod *not. Jac. Butri. C. unde vi. l. 1.* ubi animus desideratur ex tribus, ex tempore, qualitate personarum, & circumstantiis.

2 Sed quid in dubio quia non apparet, quod percussit se defendendo, & cum percutere sit talis actus: qui habet in se dolum, ut *l. 1. C. de sicar. ff. ad leg. aquil. l. si quis fumo,* respon. quia cum unus actus potest se habere ad permissum, & ad prohibitum; præsumitur potius fieri eo modo: quo est licitum, *ff. pro socio. l. meritò* facit quod not. *Barto. ff. de bon. eor. l. qui postulati. §. 1. in fine,* & not. per eû, *C. de post. hæred. instit. l. fin. in fine,* & vide extra *de relig. domi cap. constitutus in Glos. compensatione, & de accusatione, c. cum dilectus filius, circa finem.* Et in iis, quæ sunt de genere permissorum, non præsumitur dolus. *l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat.*

3 Sed quid si ipse conjunctus non, percussit, sed ab aliquo percuti fecit? Respond. excluditur per regulam, qui per alium, *de reg. jur. in 6. & c. si quis suadente. 17. quæst. 4. & extra de sent. excomm. mulieres,* & per *Jo: And. extra de donat. c. fin.*

4 Sed quid si percussit non manu, sed pede, & posset dici, quod non escluderetur, cum hic dicat, manus cum nihil commune habeant, ut *ff. de alumn. l. fin. & de minor. l. Papinianus exuli.* sed dic quod *DD. in d. c. fin. de donat.* dicunt, quòd idem est, & ita excludatur, per *d. c. si quis suadente,* ubi loquitur de manu, & nihilominus si clericus percutitur pede, habet locum *d. c.*

5 Sed quid si ignorat sibi esse conjunctum. Respond. non potest excludi. Nam ingratitudo non cadit in ignorantem, facit quod habetur *ff. loca. l. si ignorans, & extra de sent. excomm. cap. si verò, il a.* Sed videtur contrarium, quia jam non potest dici qui teneatur de injuria, licet per ignorantiam fecit, nam non debet attendi animus, sed jus. *l. eum, qui nocentem, ff. de injur.* Sed prius dictum magis placet per verbum hic positum, ex proposito, quòd videtur requiri animus injuriantis, sed est etiam attendenda dicta ignorantia, an fuit crassa, vel supina, quæ non excusaret, pro quo vide *not. extra de cler. excomm. cap. Apostolica.*

S U M M A R I U M.

1 *Familia appellatione qui veniant.*

Gl. Vel ejus familiæ. Ant. Cap.

1 Qui verò comprehendantur appellatione familiæ, vide, quod legitur, & not. *ff. de verb. & rer. signif. l. pronunciatio, § familia, & l. detestatio, §. familiæ, eod. tit.* & continentur omnes, qui sunt in servitio, etiam essent liberi homines. *ff. de ædil. edi. l. ædiles in princ. vers. familia, & ff. de vi, & vi arm. l. 1. §. famil. & de verb. sign. l. fin.*

S U M M A R I U M.

1 *Gravis jactura quæ.*

Gl.

Gl. Gravem jacturam. Ant. Cap.

L.autem fin. C.de revoc.don. Unde videtur hæc desumpta,dicit,jacturæ molem,*& cap.fin.extra de donat.* dicit. Seu grave suarum rerum damnum, quæ ad idem tendunt.

1 Sed quæro, quæ dicatur gravis jactura? videtur quod gravis jactura dicitur in tota substantia, vel in majori parte *DD.ff.de excusat.tut.l.per litem,in princ.& extra de rest.spol.c.1. lib.6.* Sed in minori parte potest gravis jactura inferri, & sic in minus dimidia facit,quod not. *extra de donat. c.Apostolicæ ver.hoc semper.Sed Jo.And.in eo. cap.fin.de don.* dicit,quod istud est arbitrarium, in eligendo gravem jacturam;si res non habuit effectum,videtur quòd sit locus pœnæ,facit *C.de revoc.donat.*

In hac constitutione dicitur gravem jacturam moliti, quod verbum molior,ris,idem est, quod machinari aliquid:propter hoc caveant conjuncti, ne talia machinentur.

S V M M A R I V M.

1 *Verbi nitor natura.*

Glos. Nisi sint. Ant.Caputi.

1 ISTud verbum nitor stat..........

Et ponendo insidias conjuncto, habet locum d.pæna,ut dicit *Gl.in d.l.fi.C.de rev.don.* vel etiam accusando,vel insidiãdo, vel infamando de delicto, quamvis vero *argum. ff.de his,quib.ut indign. l.1. & cap.1.§sed & qui dilator.10.vollat. quæ fuer. prima causa benef. amitt.* & sic non solum si ipse faceret,sed etiam si causam præbeat,habebit locum quod hic dicitur.

S V M M A R I V M.

1 *Dictionis, etiam natura.*

Glos.Vel etiam pecuniale damnum. Ant. Caputi.

1 DIctio(etiam) est implicativa,ut not. *ff.de ver. oblig.l.quodcunque §.si ita.ff. de aq.pluv.arcen.l.iter,& extra de electio.cap.cum in cunctis,&* ideo non solum excluduntur ab hoc jure,qui atroces injurias, vel impias manus intulerint,vel gravem jacturam substantiæ moliti sunt, vel contra vitam nisi sunt, verum etiam qui pecuniale damnum dant, quod contingere potest multis ex causis præter supradictas, & sic generaliter: & ad hoc advertant conjuncti, ut honorent conjunctos,ne in futurum excludantur ab hoc jure, Ubi dicit Bernardus Yconomica *cap.1.* Superbia contra vicinum balneum est expectans tonitruum cum saggitta.Et *Salom. Proverb.27.10.* melior est vicinus juxta,quàm frater procul. Et *Jacobus Beneventanus cap.12.* Dilige vicinos,ut sis dilectus ab illis.

Vicino melius nil fore credo bono.

S V M M A R I V M.

1 *VOluntas dupliciter considerata.*

2 *Filii injurati utrum possint vici num injuriantem ab hoc jure protomis. excludere.*

3 *Filii injuriantis an possint eodem jure protomis. privari.*

Glos. Sine venditoris voluntate. Ant.Caputi.

1 VOluntate scilicet tacita,vel expressa, facit. *ff.de procurat.l.filiusfamilias.§.invitus.argum.ff.de pignor.action. l.Gajus,* & quod not. *ff.de procurat.l.invitus,per Cyn.& Bart.in l. qua dotis, ff.sol.matr.*

2 Sed pone, quod aliqua ex supradictis injuriis sit commissa contra conjunctum per aliquem de conjunctis,& injuriatus moritur relictis filiis, an prætextu injuriæ paternæ possunt excludere conjunctum ab hoc jure?& videtur, quod non.Nam si donatarius commisit ingratitudinem contra donantem; ex qua poterit revocari donatio, & ipse donator tacuit, & decessit, hæredes ejus non possunt donationem revocare,ut not.*C. de revoc. don. l.fin.* & hoc puto verum in casu nostræ constitutionis,nisi conjunctus hoc ignoraverit; dum vivebant; quia tunc possent hæredes illum conjunctum excludere *argum.l.in confirmando ff.de confirm.tuto.* & est ratio, quia ignorata non possunt intelligi esse remissa.*l.cum aquiliana,& l.qui cum tutoribus in fi.D.de transactio.*

3 Sed quid è contra si moritur injurians, relictis hæredibus,an dicti hæredes possint excludi ex delicto defuncti,quando id, ad quod ipse defunctus tenebatur,pervenit ad eos,ut in *l. 1. C. si ex delict. defunct.*quod not.*ext.de feud. cap.2.* ubi delictum patris nocet filio.Nam sicut excludebatur defunctus propter injuriam per eum commissam,eodem modo ejus hæredes: qui in hac re successerunt.

Ant.de Caputis.

T E X T U S. IV.

CAusa vero dotis, vel donationis propter nuptias, vel simplicis donationis, vel donationis causa mortis, vel ex testamento, vel ex permutatione, vel ex transactione, & parentes, & extranei omnes possunt alienare. Nisi fortè quis vendendo, vel locando, vel emphyteosim dando illi qui non habent jus protomiseos simulatè donaverit, aut per legatum dederit, &c.Ideoque illi, qui habent jus protomiseos, possunt exigere juramentum à venditore, & emptore. Si autem post juramentum probatum fuerit contra constitutionem nostram simulatè egisse Venditor, & emptor debent pœnam perjurii substinere, & insuper venditor rem amittat, & emptor pretium, & fisco applicabitur. Fiscus autem vendat rem illam

illam illis, qui habent jus protomiseos; Et si ante juramentum probatum fuerit hoc fecisse, venditio fiet irrita, & cogetur invitus venditor illis vendere, qui habent jus protomiseos.

SUMMARIUM.

1 Causa pro contractu ponitur.
2 Dos si datur aestimata, an sit retractui locus
3 Dos duplici respectu aestimatur.
4 Aestimatio dotis indubio censetur facta pro designanda dotis constitutione.
5 Insolutum pro dote dari, & in dotem dari offerunt.
6 Venditio in causam doti regulatur à contractu dotis cui accedit.
7 Res insolutum accepta non semper efficitur dotalis ad intell.cons.Soccin.Jun.150.vol.3.
8 Causa dotis inest cum res pro muliere vice pecuniae datur.
9 Res aestimata in dotem data, si evincatur, duplex actio competit.
10 Res causa dotis aestimata inducit venditionem non simpliciter, sed cum adjuncto, unde nec pro ea gabella solvitur.
11 Res cum pro pecunia datur, quibus casibus dotalis effici, & dici possit.
12 Baldus defenditur in l.eleganter, de pign.actio.
13 Res empta ex pecunia dotali non est dotalis, nisi tribus in casibus.
14 Res empta, & destinata in causa futura dotis pro filia, vel in causa antefati pro uxore an retrahatur.
15 Dos quo ad filiam est lucrativus.
16 Dos destinatione, dos est, & privilegia dotis habet.
17 Donationis filiafamil.efficitur domina, & pater reputatur extraneus.

Causa dotis.

1 Causa dotis) idest contractus dotis, ita exponitur causa, ad *Gl.in l.quod in haerede. §. eligere.D.de tribut.& si cer.pet.l.centi condictio.*

2 Quid si dos aestimata marito datur? vicinos praeferri tenet hic *Affl.nu.7. vers.item quaero*, quid si datur fundus aestimatus ea aestimatione: quae venditionem inducit, & Afflicti rationes tacito eo transcribit *Jacob. Novell. in §.2. num.153. & seq.* propterea quae de emphyteosi habentur per *Spec.tit.de loca.§.nunc aliqua, versic.110. Imol.in cap.potuit,vers.tangit etiam hic Salyc. &* DD.alios in *l.3. C. de jur. emphyt.* Sequitur *M. Ant. Bardus qu.12. num.5 fol.150. Robert Marant. cons.2.*

3 *Joseph.Ludov.decis.60.ver.3.* est casus resolvit, quod aut aestimatio fit ut sciatur dotis valor, & aestimatio non facit emptionem per *Affl.dec.270. num.4.in fine.Paris.cons.81.num.42. lib.2.* Aut datur fundus doti aestimatus, non ad finem sciendi valorem rei, & judicatur de eo idem quod de empto, & vendito, quia tunc propriè constituitur emptionis, & venditionis contr. ctus, quamvis socer dicat se insolutum dare pro pecunia dotali genero debita.

4 In dubio censetur aestimatio facta pro designanda dotis constitutione, & matrimonio, vide *Affl. & addin.decis.270.*

*Andr.Tiraqu. de retra.lignag.§.1.Glo.14.*concludit cum *Affl.* hic, cujus decisionem admodum notandam dicit, quia loquitur in casu constitutionis expressim statuentis, ut in dote non habeat locum retractus, & tamen locum habet, si ea aestimata data fuerit. *Tiraq. ibi nu.108. & seq.* pro hoc *Franc. de Aret.inter cons. commun.ad caus.matr.4.*

5 Ubi differentiam facit rem in dotem dari, vel in solutum pro dote tradi, & videtur *tex. in l.1. & l. quoties. Cod.de jur.dot.* cum aliis citatis à *Socc.Jun. cons.150. vol.3.*

6 Tu autem adverte, quòd etsi aestimatio faciat censeri rem venditam, non ideò est contractus separatus à dote, sed potius quod capitulum contractus dotalis, unde regulatur prout dos ita notanter *Bald.in l.quoties in lectu.antiq.D.de jur.dot. & in l.eleganter in additione nova. D. de pign. act.* clarius *Pet.Anch. cons.72.* incipit. Tantam familiaritatem.

Praetereà haec pars constitutionis permissiva alienationis in contractu dotis donationum, &c. Favorabilior est quam praecedens, prohibitiva respectu illorum trium generum contractus empt. locat. & emphyt.concordat enim magis communi regulae pro libertate alienandi per *not. in l. dudum C.de contrah. empt.* igitur de vera, non de ficta,& impropria venditione prohibitio intelligenda est, secundum *Napodan.in 1.consuetud.de jure congrui var.empt.*

Sed sic est, quòd dotis aestimatio non est simpliciter venditio, sed dotis causa. *Glos.in l.cum dotem C.de jur.dot.* juncta doctrina *Baldi*, ibi, modò *Glosa* quaerit, meritò cessat prothomis. & habebit locum constitutio in omni venditione separata à contractu dotis, non autem in consequenti, qui dependeat ex prima intentione contrahentium, secundum *Bald. in d.l.cum dotem.*

Hanc conclusionem contra vicinos amplectitur *Marant.*sibi contrarius in *tract.de multipl.alie.prohib.num.149.*citat *Jac.Novel.in §.5.n.34.*

7 Et ne obstant jura allegata per *Soccin, d. cons. 150.num.7. & seq.* ubi mittitur impugnare doctrinam *Baldi.* resolutivè dico *Soccin.* rationes concludere, quoties quaestio esset utrum res ita insolutum accepta efficiatur omni respectu dotalis, vel non omni.Haec autem intelligi possunt ex diverso modo contrahendi, & ex diversitate personarum, cum quibus contrahitur, cum ex pecunia dotali comparantur res.

Personas distinguo, quoniam non idem jus est, cum res venit ab eadem parte mulieris, quae tenebatur pecuniam pro dote solvere, vel cum res à tertio comparatur, Et diversus quoque contrahendi modum mistim considerabimus ad constituendum juris differentias.

8 Quoties res, quae comparatur, ejus fuit, qui dotem solvere tenebatur. Semper inest causa dotis, sed non semper, omni respectu efficitur dotalis. Prior pars hujusmodi conclusionis probatur, ex ti-

titulo D. & C. de jur. dot. ubi sitæ sunt ll. quæ volunt emptionem, & venditionem exinde resultare; si enim causa dotis non inesset, non convenirent, titulo conveniunt; quia causa inest dotis, ex rubricis infertur ad declarationem textuum, & texuum dubiorum ille intellectus approbatur, qui convenit titulo, sive rubricæ, notantur Alex. probat in l. 1. à num. 5. & post eum moderni repet. D. si cert. pet.

9 Fortius. Vbi pro re in dotem æstimata contra dotis debitorem agitur, fortè re evicta, duplex actio competit utilis ex empto, & primævam de dote actio, text. in d. l. 1. C. de jur. dot. ubi Bald. & DD. juncta l. qui res in princ. D. de solut. secundum intellectum Bart. & magis communiter DD. ut fatetur Soccin. d. consil. 150. ante num. 8.

Sed directa dotis actio proprior est utili actione, quæ ex interpretatione venit, & favorabilior pro dote, quæ debebatur in pecunia, ut non intelligatur sublata re evicta, sentit Bart. in d. l. 1. clarius Paul. de Castr. & est communis opinio, quam testatur d. cons. Soccin. num. 11.

10 Denique, ut alia omittamus, hæc conclusio patet in textu l. quoties D. de jur. dot. Ubi quamvis verè videatur venditio facta per rei æstimationem in dotem datæ, subdit J.C. quòd non simplex venditio est, sed dotis causa, & cum Glo. opponat ex l. plerunque, §. si ante, eod. tit. qui textus habet, fieri veram venditionem, & quod æstimatio vera venditio est, solvunt DD. simul stare, veram venditionem sed non simplicem, sed causa dotis: quia est potius quodam capitulum contractus separatus, ideo non solvitur gabella tanquam de re vendita, ita habetur in additio post Glosam fin.

11 Licèt autem causa dotis semper insit, non tamen sequitur semper, & omni respectu rem dotalem effici, in quem articulum cadunt diversi modi, quibus contrahitur propter futuros casus restitutionis dotium. Qua in re notabilis est d. l. plerunque §. si res. Ubi ex modo conventionis habitæ regulatur futurus eventus restitutionis rei, vel æstimationis, illis verbis (Siquidem fuerit adjectum, utrum mulier velit, ipsa eliget, utrum malit patre rem, an æstimationem. Verum si ita fuerit adjectum, utrum maritus velit; ipsius erit electio at si nihil de electione adiiciatur, electionem habebit maritus, utrum malit res offerre, an precium earum.)

Eodem igitur respectu quo res æstimata restituitur, ut dos censenda est, sed non semper; quia interim ratione periculi, velut ex vera emptione mariti fuit, ideo Glos. in d. §. ante vers. vera venditio, exponit, vera quò ad periculum, non quò ad omnia.

12 Semper, & omni respectu potest dici dotalis res effecta, secundum intellectum Baldi in d. l. eleganter in nova addit. dum vult, quòd cum in obligatione est rem dari pro pecunia in dotem promissa, & res ita obligata solvitur marito, titulo dotis possidetur, non autem ex empto, nec eo casu speciale esse, ut primæva actione dotis agatur re evicta ab anteriori creditore, & sit speciem postea esse restituendam, quæ fuit in obligatione, ut daretur per l. qui res suas in princ. de solut. & l. 1. in princip. C. de jure dot. ubi DD. differentiam fatentur dotis constitutionem incipere à promissione, vel traditione, præsertim idem

Cui intellectui licet obsistet Socc. d. cons. relativè ad l. qui res non tamen videtur negare assumptum, ut num. 10. est videre.

Quod, & aliter, quàm Soccinus glossat, accipiendum est, ne in aliquo sit contradictio. Nam unus casus est; quando res pro pecunia simpliciter in dotem promissa marito datur, & procedit Glo. ver. & soluit d. l. qui res, & communis DD. interpretatio, propter æstimationem ex empto actionem competere, juxta d. l. 1. C. de jur. dot. vers. sin autem nulla pollicitatio competere quoque eodem casu primævam actionem de dote, favore, & privilegio dotis, quamvis Bal. neget d. l. qui res.

Alter casus est, quando data fuit res pro re, & iste est intellectus Dyni, qui exponendo dic. l. qui res, ibi, (promittendo dotem) dicit ipse in specie. non in pecunia, & pro ista promissione obligavit aliam speciem, deinde illam obligatam tradidit in solutum, pro promissa, quam expositionem DD. non recipiunt ad illum text. verum non reprehendunt ejus dictum, & potest notari ad hoc, ut eodem casu maritus rem quam habuit, semper, & omni respectu titulo dotis possideat jure permutati dominii, vulgata l. ita constante. D. de jur. dot.

Tertius casus est, quando pecunia in dotem promittitur, non tamen simpliciter, sed pro ipsa pecunia res in specie obligatur, & sic obligata deinde solvitur marito, quo casu non est opus ex empto actione, quia primæva dotis actio propter precedentem obligationem non est subduta, & per eam pinguius consulitur doti, & marito, absque aliquo privilegio, & in his terminis, juxta intellectum Baldi, potest intelligi, d. l. qui res, rectè intuenti. vide Vrsil. ad Affl. decisio. 335. num. 13. Hieron. Gabr. cons. 129. num. 10. vol. 1.

Quartus casus adjungitur, cum dote in pecunia promissa, res licèt obligentur marito; ea tamen obligatio non est ut res obligatæ, vel obligata detur pro pecunia dotali, idest in obligatione non est rem dari, sed pecuniam, quo casu si deinde res detur in solutum à debitore; vel impetretur à judice pignus possideri, quia finita videtur pignoris obligatio; & à contractu priore recessum, utilis actio similiter ex empto accomodanda est, fortè re in solutum accepta, evicta per creditores, quæ est decisio particularis, d. l. eleganter, in princ. de pignor. actio. quo etiam casu tenendum est; cum de dote agitur, primævam de dote actionem non nisi ex privilegio competere, verius verò videri rem ita in solutum habitam, veluti ex empto possideri. Et in istis terminis verum admittimus, quod respondet Soccin. d. cons. 289. num. 7. & Bald. notanter consil. 289. in addit. vol. 2. dum tenet communem interpretationem. Glos. in dict. l. qui res, quæ est singularis secundum Bart. vide Bald. Novell. de dote, par. 8. privil. 19. Nicol. Boer. decis. 337.

Quos omnes si applicaverimus tractatui juris prothomiseos, concludere nos oportet juri prothomiseos locum non esse, durat enim in omnibus causa dotis, ergo jus prothomiseos cessat, per hunc text. in princip. causa verò dotis.

13 Facilior est resolutio, quoties in secunda principali parte distinctionis res ab extraneo comparatur pro pecunia dotali, quo casu constituenda est

est regula ex *l. pecunia*. *C. de jur. dot.* neque dotis causam durare, neque rem dotalem effici.

A regula verò excipi, cum, vel actum est, & conventum, ut res empta sit in fundum dotis pro muliere, vel cum maritus efficitur non solvendo, ut utrumque casum examinavimus, *infra vers. ex permutatione*.

Vel si mulier dotata sit minor, & ei sic expediat, ut pro pecunia res ipsa in dotem possideatur; ultra quas tres limitationes non esse alias, dicit *Soccin. d. cons. in fine.* vide latiùs ad *d. l. ex pecunia. Tiraq. de retrac. lignag. §. 32. Glos. unica*, à *num. 17. & Alfan. collect. 1000.*

Quoties igitur regulæ locus erit, tunc, & protomisi, sive congruo, quoties limitationibus dic, ut in *d. Glos. diximus*.

14 Quid si pater rem, quam emit, antequam à vicinis interpelletur, constituit pro dote filiæ, quæ nondum alicui nupta est; Quid item si maritus de re empta augmentum dotis, vel antefatum uxori fecerit; *Camil. Saler. in addit. ad Napodan. in consuetud. Si quis emit, num. 32. lit. A.* videtur sentire pro filia sed nihil probat, *Ant. de Alex. ibidem litera B*, ad quæsitum de uxore dubium, inquit pendet, an id lucrum, sive augmentum videatur in fraudem juris congrui.

Circumscripta fraude, & simulatione inter has personas validam esse donationem, non est verendum, juxta notabilem doctrinam *Napodan. in dict. consuetu. vers. possidet*, quem sequitur *Affl. h c. 6. not.* & ante *Afflictum Ant. Caput. de Melficto in Glos. vers. simulatè*, & cum *Affl.* sentit *Novellus nu. 35.* idemque *Afflict. decis. 338. vide infra.*

15 Interim verò scias, quod respectu filiæ hujusmodi dotis constitutio dicitur donatio, & titulo lucrativo mulier talem non habet. *Cod. de dot. promiss. l. si pater dotem*, & est communis doctorum conclusio, teste *Pinel. in l. 1. 3. par. vers. 31. infertur. C. de bon. mater. Vrsill. ad Afflict. decis. 111. num. 21.*

Unde vicinis de fraude conquerentibus contra filiam competeret actio, quasi ad eam ex donatione res illa pervenerit. per *tex. in l. si fraudator. §. si à socero. D. quæ in fraud. cre.* & est singulare, ut *Bolog.* notat. Sed de hac re latius infra in *Glos. simulatè donaverit. vers. in exemplo antecedentis.*

16 Stat igitur, ut si dos, & donatio, & quatenus dos est, & si non actu, tamen potentia propter destinationem, venitque sub statuto. quod de dote loquitur, ut ejus privilegio gaudeat, etiam pro puella ætatis minoris, & nondum nubilis, auctoritate *Bart. Ruin. Rolan. à Vall. Bal. Novell.* & aliorum probat *Hieronym. Mago. decisio. Florent. 86. Nicolaus Juncta.*

Atque ad propositum præcedentis conclusionis contra vicinos, quòd favore dotis, satis est habere Doctorem pro ea, dixit *Natta consil. 316. num. 3.* quem quoque sequitur ibi *Magon. in fin.*

17 Quatenus verò donatio est, non est verendum, filiamfamilias effici statim plenam dominam, pater verò qui donavit, neque remanet usufructuarius, neque est legitimus administrator, sed reputatur tanquam extraneus, posseque super re hujusmodi litem esse inter patrem, & filiam, notabiliter probat *Io. Vincent. Anna allegat. 73. in causa Magnifici Joannis Petri.*

SUMMARIUM.

1 *Retractus cessat in omni donatione, & quæ est ratio hujus textus.*
2 *Simplex quomodo accipiatur donatio.*
3 *Plica, & involutio est, ubi dolus adhibetur.*
4 *Vendens non exacturus conventum pretium, vicinis non præjudicat, nam donatio est pretii, non rei.*
5 *Clausula, quod pluris est donat, non excludit vicinos.*
6 *Contractuum mistio quando vicinos excludit.*
7 *Donatio, quæ fit pro solvendis debitis donatoris per donatarium, qui contractus censetur.*
8 *Donatio remuneratoria mutua, & ob causam excludit jus protbomis. num. 11.*
9 *Remuneratio cui contractui aquiparatur.*
10 *Donatio remuneratoria transit in alium contractum, ubi pro meritis actio, vel judicis officium competit, sin minus, non ideò mera, & simplex donatio appellatur.*
12 *In re jure feudi data cessat retractus.*

Donationis.

1 DOnationis) Constat omnes donationum species ab hoc jure protomiseos fuisse exceptas. Nam cum duæ sint, una simplex, altera ob causam, & quæ ob causam fit dividatur in donationem causa mortis, & propter nuptias, ut in summa *Goffred. extra de donat.* harum omnium hic est mentio.

Rationem verò excludendi vicinos propter hujusmodi donationum contractus, colligit *Afflict. hic 7. Not. num. 9. ex text. l. fin. Cod. de prædi. decur. lib. 10.* & aliis, ut per *Bartol. Cassane. in consuetu. Burgun. rubr. 10. §. 9. vers. sed quid in donatione. n. 13.*

2 Simplex donatio pro mera liberalitate accipitur: quam is: qui donat, exercet. *l. 1. in princ. cum Glos. vers. Liberalitatem. D. de donat.* concordat *consuetud. Bari. eod. tit. de jur. protomi. §. jus protomiseos in donationibus.*

Sed & potest intelligi simplex in oppositum duplicitatis, idest sine plica, & involutione notat *Jo. Andr. in clem. sæpè, de verb. signif.*

3 Plica, & involutio evenire potest, aut quia donatio dolum admistum habet, & simulationem ad fraudandos vicinos, quo casu vicinis providetur, in textu ibi nisi quis donando.)

Aut quia commiscetur aliis contractibus: qui si retractui subduntur, ut est venditio, locatio, & emphyteusis. de quibus suprà visum est in primo textu, vicinis non officit donationis involutio. Pone qui rem immobilem vendidit, nec dum pretium recepit, emptori gratiam agit, ut ex donatione is habeat, perficitur enim donatio. *l. empti fides. C. de contrah. empt.* & nec uidetur uendere, qui conventum precium donationis causa non exacturus vendit. *l. cum in venditione. D. eod.*

4 Sed nihil ex hoc vicinis præjudicabitur; quia precii magis quàm rei venditæ donationis species est, quæ neque propriè donatio dici potest secundum *Bal. in rubr. C. de contrah. empt. quæst. 12.*

3 Vel

5 Vel pone, quod res venditur certo precio, adjecta clausula Si pluris valet, dono cedat emptori, quæ donatio vulgò pluris valentiæ dicitur. Certè admittuntur nihilominus vicini ad retractum, solventes precium verè conventum. *Bald. in fine sui tract. nostri jur. protbom.*

Ratio esse dicitur; quia principale propositum fuit vendere, & adjectio donationis fieri consuevit ad majorem emptoris securitatem, ita notat *Joan. Bessi. in consuet. Alver. des retraict. art.* 35. post *Barto. Cassan.* quem citat.

Ideò videtur donari modicum, quo pluri res vendita valet, considerat *Bartol. in l. 2. C. de rescin. vendit. vers. quæro quid si dictum est*, idem *Barto. in l. si quis cum aliter. de verb. oblig. & l. ab Anastasio. D. mand.* intelligens de eo: qui valorem suæ rei ignorat ut communiter cum *Barto.* dd. sentiunt, teste *Hieron. Cagno. in d. l. 2. nu. 129. vers. secunda conclusio.*

Et eo ipso ignorantia præsumitur, cum quis decipitur ultra dimidiam. *Præses de Franchis decis. 225. in fin.* latè *Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. casu* 144.

6 Sed quid in sciente rei valorem: quam tamen partim donat, partim vendit, & ità contractuum mistio fit: de qua textus est, & ibi *Barto. & omnes l. Aristo. D. de donatio.*

Attendemus id: quoad principaliter actum est, & cum de præjudicio vicinorum tractetur, potius inspiciemus contrahentium mentem, quàm verba, ne fiat fraus huic constitutioni, ut in mistura venditionis, & permutationis notat præsertim *Castren. in fine principii d. l. Aristo*, & aliis in propriis terminis: quos citamus in *seq. Glos. & Tiraquel. de retrac. §. 1. Glos. 18. à num.* 14.

7 Propterea adverti oportet, cum donatio fit mediante pecunia, aut alia simili causa, ut puta de solvendis debitis donatoris per donatarium, in qua facti specie *Joan. Fab. in §. precium. Instit. de emp. & vendit.* dicit videri, quod illud censetur de precio, *per text. l. mortis causa capimus. §. fin. D. de donat. causa mort.* esseque indubitabile, ubi debita erant certa, & specificata, ac posse dici venditionem adesse, & consequenter ex ea, si emphyteotica res sit ità donata, deberi domino laudemia, & judicari sicut de venditione, & de rebus: quæ in solutum dantur creditoribus, ut etiam retractui proxitatis sint obnoxiæ secundum eundem *Fabr. in l. prædium. C. de evict.* sequitur *Joan. Bessia. tit. des achaptz art.* 3.

Quibus tamen non assentior, dum fraus absit, & simulatio, ut videbis in *seq. Glos.* quia in proposita facti specie non aliter est venditio, nisi certum aliquod precium exprimatur. nec refert certa ne vel incerta adiiciantur debita persolvenda, ut probat *Pynel. in 2. par. rubr. C. de rescin. vend. c. 1. num.* 18.

In summa scire nos oportet, quod notanter dixit *Bal. in d. l. ab Anastasio.* 4. *Not.* donationem in contractu venditionis esse coloratam, & depictam, ideo à *l. annullatam, & in l. non dubium. C. de legib. idem Bald. in fin. commen. de jur. protomis.*

8 Nisi esset hic textus omne genus donationis excipiens à jure prothomis. posset dubitari similiter de donationibus remuneratoriis, & ob causam & mutuis: quas vim venditionum habere dd. dicunt. *Jo. Fab. in brevi. C. l. 1. vers. quid si duo, de inoffic. testam. Guid. Pap.* & alii: quos pro & contra jus consuetudinarii retractus citat *Andr. Tiraq. eo. tracta. §. 25. Glo. 2. num.* 3.

9 Remuneratio, & mera donatio differunt *l. Attilius regulus. D. de donatio.* ideo dd. aliquando dicunt remunerativam donationem esse potius similem dationi in solutum, quam donationi simplici. *Aretin. in l. Julianus. §. qui fundum. num. 7. D. de verbo. oblig.*

Aliquando eam permutationi æquiparant per *l. sed & si lege. §. consuluit. de petit. hæred.* idem *Aretin. consi. 17. §. in princ. col. 6.* latè *Tiraq. in repet. l. si unquam. vers. donatione largitus. n.* 11.

10 Idque intelligunt ubi merita taliter donantem obligant, ut dari potuisset actio, vel Judicis officium. Cæterum non eò minus propriè, & simplex appellanda esset donatio, & mera liberalitas, quæ fit sub commemoratione meritorum donatarii, optimè probat *Ary. Pinel. in l. 1. 3. par. rubr. Cod. de bon. matern. num. 59. & seq. vers. ex his infertur apte*, atque ante *Pinel.* idem concludit, & probat *Sigismun. Loffred. in Paraphras. feud. ad cap. Titius, si de feud. defunct. fuer. controver. vers. quod hodie non est prohibitum.*

11 Ad punctum dico, quod quævis remuneratoria donatio, sivè permutationi, sivè in solutum donationi assimiletur, sivè simplex, & pura judicetur (modò absit fraus) vicinos ab hoc jure prothomiseos excludit. Cum & permutatio, & in solutum datio, & quicunque alius contractus, tribus illis exceptis emptione, locatione, & emphyteusi, sicut diximus, liberè contrahi possint, quod & firmat doctissimus *Robert. Marant. in tracta. de multipl. alien. probib. vers. trigesimus, & ultimus nu. 117. & num.* 140. venio ad tertium.

Ut jure, & meritò reprehensus fuerit *Barto. Cassan. in consue. Burg. des retractz. §. 1. in addit. ver. vendit*, à *Bessia. in consuetu. Alver. titu. des retraictz. artic.* 36.

Eandem opinionem pro firmitate donationis ob merita sine controversia amplexus videtur *Maxil. in d. consuet. jus protomis. in donationibus, in princ.* ubi afferens rationem, quare in donationibus cessat protomisis, dicit in venditione precium: quod habetur ab uno, potest haberi ab alio, & idem est, sed donationes plerumque fiunt ob merita. *l. Attilius regulus, de donat. l. ut adjecit. D. pro socio.* eamque rationem ponit litera dictæ consuetudinis, ibi, cum talia merita non præcesserint vicinorum) & videtur contradictio in ipso contextu; Nam cum dicatur cessare jus protomis. in donationibus: quæ ex mera animi liberalitate procedunt, quomodo ex meritis deducitur ratio? quæ enim ex meritis fit donatarii non est propriè liberalitas. *d. l. Attilius*, ad quod non advertit *Maxilla.*

12 Hinc etiam tractatui convenit, quò si res: quæ ex lege testatoris, vel ex consuetudine non permittitur vendi, nisi proximiori pro æquali precio accipere volenti, alicui per feudum detur, nisi fiat in fraudem, non habebit locum retractus. *cap. 1. §. sed etiam*, per quos fiat investitura, & ibi *Jacob. Belvis.* & alii: quos sequitur in proposito retra-

Verum contra *Bar.* est communis opinio teste *Bologn.in l.1.nu.303.de leg.1.*

Sed in legato, pro quo ex testamento agi potest, cessat jus prothomiseos, ergo sequitur nihil contra legem protomiseos, vel retractus fecisse testatorem legando, & ita respondetur objectis, & vicinos excludi per hunc *tex.constitu.*

8 Resolvamus hoc modo, in hujusmodi legatis duo sunt attendenda, liberalitas testatoris; quia legatum est donatario quædam à defuncto relicta. *Instit.de legatis §.1.*

Et rei venditio per precium; quod à legatario solvitur, mediante consensu prævio testatoris, & legatarii subsequente; ut in dictis ll. doctores adnotant. Ergo mistio est legati, & venditionis. Sed ubi est contractuum mistura attenditur potentio, & qui magis ex agentium intentione prevalet, ut dictum est in *Glos.precedenti.arg. l.quæritur hermafroditum. D.de stat.hom.* quem *textum* huic etiam proposito expendunt *dd.*

Igitur aut plus est in legato, quàm in venditione, aut è contrario, verbi gratia testator mandavit rem vendi ab hærede justo precio, & dico veram censeri venditionem, vicinosque præferri. Si verò mandavit vendi minori precio; quo valet, & quoniam prævalet legati natura, non continetur sub statuto, lege, vel consuetudine retractus.

Hæc est notabilis, & vera distinctio *Ambros. de Opizo in repetit.§.divi de l.filiusfamilia. D.de lega. 1. num. 77. & 86.* qui in propriis terminis loquitur.

9 Eodemque casu cessare videmus remedium *l.2. C. de rescind. vendit.* ut ibi moderniores notant, præsertim *Pinel.ibi parte prima cap.1.num.19.* qui *Tiraquellum* meminit ubi supra *num.5. & 9.*

10 Alienationes autem, quæ testamento fiunt, si necessariæ sunt, non facilè in fraudem factas videri decet *Alciat.in fin.3.lib.de verb.& rer.signific per text.l.ex hoc adicto.D.de alien. Jud.mut.l.reos. D.de soluti.*

Quod ideò notandum duximus, quia in hac constitutione tunc verum est in donationibus ex testamento, cæterisque exceptis non habere locum protomisim, quoties fraus, & simulatio absunt. Unde videre licet quàm impudenter in quæstione proposita loquatur *Jac.Novel.§.7. nu.67. vers.quid insuper dicendum.*

SUMMARIUM.

1 *In permutatione cessat jus protom. & conclusionis ratio.*
2 *Permutationis significatio.*
3 *Commutationis duo genera comprobantur, vel pecunia in speciem, vel speciei in speciem.*
4 *Alia divisio commutationis traditur, & declaratur.*
5 *Permutatio generum utrum detur, in quo examinatur, Glos.in l.1.vers.postulabis.C.de rer. permut.*
6 *Permutatio, & contractus innominatus deo ut des an differant,*
7 *Genus non est, quod demonstratur, sed species.*
8 *L. 5. §. & si quidem de prascr. verbis expungitur.*
9 *Implementum in permutatione est necessarium, ut de evictione antequam res evincatur agi possit.*
10 *Spiritualium rerum inæqualitas in permutatione, quomodo attendatur, & an locus sit remedio l. 2.C.de rescind.vendit.*
11 *Temporalium inæqualitas in permutatione distincti tractatur quo ad jus protomiseos.*
12 *Pecuniæ dissimilis est permutatio per æstimationem.*
13 *Æqualis pecuniæ est mutuum dissimilis permutatio.*
14 *Mobilium, & immobilium permutationis consideratio.*
15 *Rerum similium in specie differens extimatio.*
16 *Contrahentium consensu res fungitur vice pecuniæ.*
17 *Permutans, ut ex rei distractu utatur precio non excludit vicinos, pro quo perpenditur text. l.sed Julianus §.mutui ad Macedon.*
18 *Permutans rem immobilem cum re mobili non præjudicat vicinis.*
19 *Res si datur æstimata in permutatione, non cessat jus prothomis.*
20 *Cautela Marantæ ad excludendum vicinos.*
21 *Rerum dissimilium permutatio, ut non obsit vicinis, quomodo consideratur statim, vel ex intervallo, rei venditione sequuta.*
22 *Statim, & incontinenti quando dicatur factum.*
23 *Rerum adhuc similium permutatio animo vendendi facta non obest vicinis.*
24 *Res mobilis pro immobili tradita, an censeatur esse loco pretii.*
25 *Rerum æstimatiò quando inducit emptionem, & venditionem.*
26 *Pecunia pro re stabili data, inducit quandoque permutationem ad quod perpenditur, tex. l.dedi. de condit.ob causam, & an hujusmodi contractus noceat vicinis.*
27 *Conjectura emptionis, vel permutationis contractæ ex qualitate contrahentium, rebus mobilibus, vel immobilibus datis.*
28 *Conjectura sumitur ex præcedenti tractatu.*
29 *Re unius ex contrahentibus æstimata, qui contrarius inducatur emptionis, an permutationis.*
30 *Re permutata cum re venali habita taxata, vel non taxata quantitate, an censeatur permutatio ad intellectum text. & Glos. l. 1. C. de rer. permut.*
31 *Re venali habita, si pro certa re detur, an habeat parem firmitatem cum contractu venditionis.*
32 *Constitutio de protomisi, & congruo intelligitur de vera emptione, non per similitudinem.*
33 *Sola contrahentis intentio non sufficit, nisi ultra rem habuerit venalem.*
34 *Re venali habita, si nomine pretii de quo fuit conventum, certa res datur, habet locum protomis,*
35 *Naturam rei, sive actus qui geritur potius quam contrahentium verba attendi, quod declara, ut num.36.*
36 *Emere pro pretio, quod in arca est, vel pro quanto pretio in arca est, differunt, & perpenditur Glos. in c.hac venditio. §.hujusmodi, de contr. emptio,*
37 *Reprehenduntur, qui Glosa opinionem impugnat*

gnant, & Glosa defenditur.

38 *Pretium si non est quantum, nec numeratum dicitur magis species, & corpus quodam.*

39 *Mutuum non contrahitur pecunia non numerata in sacculo data.*

40 *Census annuus si pro re stabili datur, an sit locus prothomisi?*

41 *Nomen debitoris inter species, & immobilia quandoque connumeratur.*

42 *Census annui judicantur perpetui.*

43 *Census annui emuntur, & venduntur.*

44 *Census annui diversimodè constituuntur. Et diversi oriuntur contractus, re tradita, ut super ea census quòt annis solvatur.*

45 *Census annuus alius super fundo, alius de fundo.*

46 *Census annuus qui acquiritur super re vendentis censum repugnat cum emphyteosi.*

47 *Distinguitur, & declaratur in quo annuo censu locus sit congruo.*

48 *Venditio non intelligitur per similitudinem, modò fraus absit.*

49 *Fraudem alllegans illam deducere, & probare tenetur, cùm contractus de jure tenet.*

50 *Fraus quando consideratur in fraudem vicinorum facta, & non in fraudem constitutionis ipso jure tenet contractus.*

51 *Pecunia si in permutatione refunditur quando sit emptio, vel permutatio?*

52 *Nomen à contrahentibus impositum non attenditur, cum de alterius præjudicio agitur.*

53 *Duo contractus ex uno negotio, an inducantur, examinatur text. l. si sponsus. §. circa, & l. cum hic status. §. pen. de donat. int. vir. & uxo.*

54 *Ad idem declarantur text. l. Titius de præscr. ver. & l. 2. C. de pac. inter empt. & vendi. & l. Labeo, D. de contrah. empt. & l. cum te. C. de pac. int. emp. & vend.*

55 *Unius negotii una est substantia contractus, non duæ substantiæ sub una forma.*

56 *Plures contractus ex uno negotio non oriuntur ideo potius unus contractus dicitur inesse in alio, sicuti species in genere, ad quod traditur intellectus l. Aristo de donatio.*

57 *Plures contractus possunt in una conventione considerari, ob alterius præjudicium.*

58 *Mistio contractuum circa eandem rem permutationis, & venditionis, excludit in universum vicinos optima ratione.*

Ex permutatione.

1 EX permutatione.] Quædam bona ponit *Affli. 9. Not. num. 11.* cujus theoricam re assumit *Bartolo, Cassan. de retract. rubr. 10. §. 9. vers. quid autem in permutatione*, latius *Jacob. Novel. in §. 5. à n. 41.* quidde *Afflicto* tacuit, & *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. Glos. 4. num. 28. cum infinitis seq.*

Tu ne discedas à brevi, ac vera doctrina *Napod. in consuet. Neapol. verba emet, de jure congr.* & ex multis collige, quod rationabilis cõclusio ad hunc *textum* est in permutatione nõ habere locum protomisim, modò bona fide contrahatur. Rationem habes à *Bald. num. 9. ver. & ista constitutio* videtur non habere locum in permutatione, *argu. Glos. notab. in l. fin. C. de prædi. curi. lib. 10.*

2 Illud tamen in primis omittendum non est, quod permutationis verbum latè patet comprehendens quamcumque subrogationem rei pro re. *Bar. consi. 26. & in l. si donatæ. §. si sponsus D. de donat. int. vir. & uxor.* estque communis sẽsus doctorum. *Socci. jun. consi. 28. num. 8. vers. 4. principaliter 2. volum.* etiam si una, eademque persona subroget, quod & comprobat *Jacob. Mandel. consi. 97. num. 2. & 43.*

3 Aptissimè verò authoritate Philosophi ponit *August. Niphi lib. de divitiis cap. de pecuniæ origine.* Commutationis duo genera, unum & prius possessionum naturalium. Secundum pecuniæ in possessionem, vel possessionum in pecuniam, velut est venditio, & hujus generis alii contractus, pro quo ultimo commutationis genere textus ex notabilis in *l. ità constante. D. de jure doti.* ubi dos permutari dicitur ex pecunia in rem, aut ex re in pecuniam.

Verum de primo genere omnis erit tractatio, licet opportunè, & de secundo quædam attingenda sint.

4 Dic altius, commulatio quandoque fit personarum quandoque rerum, personarum contingit dupliciter uno modo translativè de loco in locum, necessitatis, vel utilitatis gratia est exemplum in *cap. mutationes. cap. scias. cap. episcopus caus. 7. quæst. 1.* de qua *Parisi. cons. 45. post num. 6. vol. 4.* & latius *Petr. de Perus. in tract. de muta. stat. persona. ad Quintilian. Mandos. in praxi signat. grat. ver. translationes.*

Altero modo mutatione dominiorum, exemplum in *decret. mancipia, & cap. seq. de rer. permut. & D. eod. l. 2.*

Rerum dupliciter, aut æqualium, aut inæqualium. Æqualiũ uno modo dicũtur eæ res quæ sunt ad genus, alio modo, quæ sũt ad species respectivè.

In genere sunt æqualia inter se, spiritualia, item temporalia, inter se. De illis est exemplum, extra *d. titu. cap. quæsitum cap. ad quæstiones. cap. cum universorum, & simil.* Nec de his ad nos.

De istis scilicet temporalibus, si certa pro certis dantur, habes exemplum *in l. quoniam. C. eo.*

5 Dixi autem certa pro certis propter distinctionem *Glos. ad l. 1. vers. postulabit. C. dict. tit.* quæ *Glo. communiter recipitur*, teste *Jaso. in §. actionum n. 92. Instit. de action.*

Et tamen contradicit *Gomez.* ibi *in Glos. ver. ex permutatione*, tenens permutationem dici, sivè sivè generum, sivè specierum, cum in *l. 1. D. de contrah. empt.* ex Homero I. Consultus referat exercitum Græcorum, ære, ferro, hominibusque vinum permutasse, neque dubium sit ferrum, ac vinum consistere in genere, suique functionem recipere. Ad idem *Ari. Pinel. in repet. l. 2. C. de rescin. vend. 4. part. rubr. num. 9. & 10.* concordantes allegat adversus Glosam, & communem sententiam adducẽs pro se *text. l. 5. §. & si quidem. D. de præscri. verb.* ubi dicitur permutatio, cum indistinctè res pro re datur, quam etiam opinionem autoritate Corrasij tuetur *Joan. Bessian. in consuetu. Alvern. des Acpts art. 3.*

6 Ita ut secundum eos nulla constitui rectè possit differentia inter permutationem, & contractum illum iunominatum (do ut des.)

Aqui-

A quibus equidem facilè dissentio communi adhærens interpretationi, & considero, quod tunc permutatio propriè, & verè contracta, & perfecta censetur: quando res permutata utrinque tradita est. *l. 1. D. de rer. permut.* ibi (permutatio autem ex re utrinque tradita initium obligationi præbet) ferrum autem vinum, & simil. quamvis in pondere, numero, vel mensura consistant, ac functionem in proprio genere admittant, juxta textum, & quę ibi *not. l. 2. §. mutui datio, D. si cert. pet.* id verum concepimus, cum in obligatione deducuntur, quiditate minimè expressa. *l. ubi autem, D. de verb. oblig.*

7 Sed cum res demonstratur per (quid est) ueluti homo, Sticus, uinum hoc aut illum ferrum, jam species sunt, non genus, & certitudinem habent, ita probat *tex. l. 74. stipulationum, quadam eod. tit. juncta Glos. in d. l. ubi autem. vers. appellatio*; ibi illud autem nomen quid, refertur ad species, quas oportet demonstrare. Et *Glo. in d. l. 2. in princ. vers. speciem*, interpretatur pro re corporea.

8 Dico igitur in *d. §. & siquidem V. J. D. de præscri. verb.* propriè explicari articulum contractus innominati do ut des ut ibi in fine dicitur. Duobus namque intendentibus res permutare, si neuter tradidit, nulla est permutatio. *l. ex placito, C. de rer. permut.*

Si unus tantum ex sui parte contractum impleuit, adhuc permutatio non est sed alia actione consequitur altero recusante implere, quod conuentum est. *d. l. 1. D. eod. cum ibi not. in fine, & in d. §. & siquidem. 2. responso*, quo loco per id: quod dandum est, antequam detur constitui propiè dicimus contractum illum innominatum do ut des siuè certum conuenitur, ut detur, siuè incertum, siuè in specie, siuè in genere; cum indefinitè dicat *tex.* Si autem rem do, ut rem accipiam non distinguens, quam rem, qualem, & quantam, hæc autem species contractus potest resolui in permutationem ueram, & propriam; quando demum dederis mihi rem dari conuentam pro re, quam antea tibi dedi, ut non immeritò permutationem nominat *J. Cons. Paulus in d. §.* & siquidem explicans in effectu articulum do ut des.

Ex quibus concluuo in placitum permutationis deduci posse res omnes, nec referat certè sint, uel incertæ, tamen ante implementum alterius contrahentis esse propriè contractus speciem; quam dicimus do, ut des post implementum uerò utriusque, esset permutationem, & ita inuicem differrè; non est male arbitrati sunt *Corras.* & qui illi adhæserunt. Cur enim alias J. Consulti differentes tractatus fecissent de rerum permuta. & innominatis contractib. do, ut des? Consequens est communem scholam Glosatoris nostri benè sensisse de incertis non dici permutationem cum rebus utrinque traditis, non attento, quod ab initio fuerat conuentum, uerum sit apparere, & palpari quid quale, & quantum sit, & in specie, licet ante incertum esset.

9 Atque adeò implementum per dominii hinc inde translationem esse necessarium in ipsa permutatione, ut agi possit ante de euictione; quam res euincatur, perinde ac si res non fuisset tradita, dicit *Castrens. in l. 1. num. 11. eo. de re. permut. Francisc. Beccius consil. 83. num. 8. & 9. vol. 1.*

Redeo nunc ad aliud caput distinctionis de inæqualium permutatione. Sunt autem inæqualia, si fortè spiritualia cum temporalibus permutantur, quod est prohibitum in *c. fin. extra d. tit.*, & uide pulchram *decisio. per Afflic. 17. regia cur. affectabat.*

10 Sed, & temporalia inter se, & spiritualia inter se inhæqualitatem habent de spiritualibus pone, Si duo beneficia permutentur imparia, ut in *cap. 2. de renunc. in 6.* Vnde resultare solet conjectura fraudis, quod prosequitur *Petr. de Anchar. consil. 388. cum concord. per Ludov. Gomez. ad regu. Cancel. de infirm. resign. q. 19. Rebuff. in pract. benefic. de permut. fol. mihi 402.*

Et an absoluta talium rerum commutatione locus sit remedio. *l. 2. C. de rescind. vend.* habetur ibi, & per *Covar. lib. 1. varia. resol. cap. 7.*

Et quæ inter æquales, & inæquales beneficiorum permutationes constitutæ sint differentiæ, & quomodo inæquales ad æqualitatem deducantur, *est notab. theorica Quintil. Mandos. in pravi signat. gratiæ, ver. permutationes.*

11 Temporalia dico inæqualia modo ingredior proprius materiam, uel quod permutatio est facta mobilium inter se dissimilium, & specie differentium, uel quod est facta immobilium rerùm etiam inter se differentium specie, uel tertio, quod est facta mobilium, & immobilium simul genere, & specie differentium.

Exemplum primi membri diuisionis est in *§. fin. in proœmio D. in textu ibi.* dissimilia permutantes.

12 Potest quoque ejus inæqualitatis mobilium poni exemplum in pecunia ex dictis *C. Plinii natur. histor. lib. 33. cap. 3.* Postea, inquit Anibale urgente. Q. Fabio maximo dictatore asses unciales facti, placuitque denarium xvi. assibus permutari, quinarium Octonis, sextertium quaternis quod facit ad intellectum eorum: quæ dicit *Alberi. in l. 1. D. de contrah. empt.* de quibus aliqua per *Pynel. in 1. parte rubri. C. de rescin. vend. num. 5.*

13 Et hic caue, quoniam ideò dico cadere permutationem in pecunia dissimili ratione signi, & materiæ.

Nam cum datur numus pro numo æquali non est permutatio, sed contractus mutui ex distinctione Scoti *lib. 4. sententiarum distin. 15. quast. 2. art. 2.* qui appellat aliquem contractum permutationem, si fiat rei utilis pro re utili immediatè, puta uini pro blado. Aliquem contractum emptionem, & uenditionem, cum numisma datur pro re utili licet Philosophus *lib. 1. Politic. cap. 6.* indifferenter, & impropria loquutione istum quoque contractum uocauerit permutationem asserens in omnibus permutationem esse. Demum, & tertio aliquem appellat mutuum, si fiat numismatis pro numismate, dest cum quis fidem alterius sequutus ita pecuniam dedit, ut alio tempore accipiat in æquali genere, ut est apud nos *text. d. l. 2. §. mutui datio. cum l. 1. D. eo. si cert. pet.* dicta Scoti allegat *Hjer. à Luca in tract. de camb. num. 12. vers. turpe lucrum.*

Immobilium autem rerum dissimilitudo, veluti fundi, & domus, ut *in l. quoniam. C. de rer. permut.*

mut. non est pro nunc considerabilis.

14 Mobilium verò, & immobilium simul permutatio habet rerum dissimilitudinem in genere: nõ est eniam genus mobilium, & immobilium. *argum. l. à divo Pio §. in venditione, D. de requd.*

Similiter in specie, quia una species est navis, alia equus. alia domus, accipiendo hic genus, & speciem secundum legistas, ut *not. in §. plebs autem à populo Instit. de jur. natu. gent. & civi.*

15 Demum est inæqualitas etiam in is: quæ specificè conveniunt, ut apud *Homerum 6. Iliad.* Diomede Græco, & Glauco Trojano arma permutantibus, ea scilicet quæ Glauci erant centum bobus extimata, & quæ Diomedis novem bobus habetur in *§. fin. D. de probami.* quo in loco *Hieronim. Cagno. num. 295.* historiam ex peritioribus recenset, & versus Policiani ex Græco latinos.

16 Illud nunc, considera, quod ex partium voluntate, cum contractus natura id patitur, potest fieri, ut pro pecunia utamur rebus, sivè mobiles sint, sivè immobiles: quæ certitudinem sui faciant pondere, numero mensura, vel si neque numerabiles, pendibiles, mensurabiles sint per certam extimationem idem effectus habeatur.

17 Primum, & principale: quod attenditur dico intentionem: quâ contrahitur, & hæc ad effectus diversos, vel latis est præsumi, vel etiam est probanda. Quoties interest sciri qua mente res accipiantur, ne legi fiat fraus, idem resultat effectus pecuniam numerari, vel mobilia: ex quorum distractu quis utatur precio tradi. *tex. est singularis in l. sed Julianus. §. mutui dationem. D. ad Senat. Cons. Maced.* Cujus argumento *Robert. Maran. in tracta. de multipl. alien. prohib. num. 142. & disp. 9. 3. princ.* conclusione, & *Vincen. Maxilla in consuet. Bari de jur. protomis. §. in permutationibus, num. 16. vers. revertor ad materiam,* firmarunt quod quando rei stabilis permutatio fieret cum frumento, vel aliqua alia re, & permutans statim venderet illam rem, licet non fuerit data extimata, haberet locum jus congrui, quia præsumitur, ut ipsi dicunt, permutatio facta in fraudem propter venditionem incontinenti sequutam, quod animus contrahentis erat potius habere pecuniam, quam rem per *dict. textum.*

18 Addo *Nicol. Boer. in consuet. Biturig. de retract. §. 1.* qui tunc, ait, non esse locum retractui in re permutata, si sit ejusdem qualitatis: quia si res immobilis permutatur cum marca argenti, vel panno scarlatæ, vel alia re mobili habet locum consuetudo retractus multos concordantes citat *Tiraq. §. 1. Glos. 14. num. 43. Jo. Sayso. in consuet. Turon. titu. 15. de retr. §. 10. Jo: Papo. in consuet. Burbon. eo. tit. §. 452. Mari. Muta. in consuet. Panor. cap. 26. num. 183.*

19 Plus dicunt, u t idem præsumatur quoties daretur res æstimata, succederet enim loco precii, & pecuniæ, eo attento, quod extimatio in dubio, & regulariter facit venditionem, ex *l. plerumque §. si ante matrimonium. l. si inter virum. l. quoties. D. de jur. dot. l. ex conventione. C. de pact.* cum aliis latè congestis per *Andr. Tiraqu. de retract. lignag. §. 1. Gl. 14. num. 20.*

20 Ideo *Marant. in d. tract. nu. 141.* docuit contrahentes, ut caveant ab apprecio rei permutatæ, si volunt excludere jus congrui, ponens exemplum cum permutantur invicem stabilia extimata. Sequitur *Maxilla in d. §. in permutationibus num. 6. vers. quid enim si aliquis,* ubi meminit *Nicol. Boer. decis. 144. in fine.*

Est igitur secundum eos conclusio, quod si fiat permutatio cum re mobili, quæ statim venditur, vel fiat cum rerum extimatione, habet locũ prothomisis, sicut in simplici emptionis, & venditionis contractu in prima specie facti propter præsumptam fraudem in altera propter extimationis naturam.

21 Tu autem adverte ne erres. Nam quod attinet ad dissimilium permutationem, idest mobilium, & immobilium non videtur curandum, nec ne fuerit statim res vendita; quia *tex. in d. l. Sed Julianus. §. mutui* dationem non dicit ex subita venditione fieri, ut loco pecuniæ, præsumantur datæ res mobiles consistentes numero, pondere, vel mensura, pone quod mercari solitus æstate sues valdè macros accepit à Titio in vicem fundi permutati, eosque pinguefactos proxima glande, venderet hyemali tempore, quis neget huic animum fuisse emendi, & vendendi? & tamen non dicitur statim quod multos post menses fit. *Glos. & Doct. in §. omnis, Instit. de verb. oblig.*

Verum fatemur, quod si statim res illæ venderentur vice permutationis habitæ ex actibus incontinenti subsequentis major fraudis suspicio resultaret, maximè cum de tertii præjudicio agitur. *l. si ventri, §. pervenisse. in fin. D. de privil. cred. Deci. in l. petens. 2. not. C. de pact. Cravet. consi. 156. nu. 17. Affl. decis. 72. num. 3. Ruin. consi. 177. num. 15. lib. 1.*

Statim autem, & incontinenti, quando factum dicatur consistit in Judicis arbitrio. *Angel. in d. l. si ventri concord. per Crave. d. consil. 156. vers. non obstat, sub num. 17.*

23 Rursus considero in proposito non esse vim in rerum permutatarum dissimilitudine, modò præsupponamus voluisse aliquem potius vendere, quam permutare, ut puta si daretur similis res mobilis: quæ facilius inveniret emptorem, quam res data vice ejus: quæ deinde vendita est, ut in notabili casu dicit *Bar. in l. sicut. §. si permiserit, quibus mod. pign. vel hypo. solvi,*

Quamvis concedendum sit promptiorem locum esse ratractui, quoties res mobiles pro immobilibus dantur, sivè mobiles extimentur, sivè non, secundum *Andr. Tiraqu. in d. §. 1. & Glos. 14 nu. 40. & seq.* qui tamen loquitur attentis suis consuetudinibus, quæ sine dubio favorabiliores fuerunt consanguineis, quam nostra hec constitutio vicinis.

24 Sed caveamus à *Jo: Bessia. in consuet. Alver. eod. tit. art. 30. vers. 3. facit;* qui asserit authoritate *Bald. & Jas. in d. l. ex conventione,* quod in traditione rerum mobilium pro immobilibus censetur intervenisse æstimatio, & res mobiles loco precii esse datas, nec posse videri traditas ob aliam causam, quàm ut faciant æstimationem secundum valorem rei stabilis, & propterea præsumi tacitam conventionem de precio, hæc ille non tamen id dixerunt *Bald. & Jas.*

Et dum in 31. *art.* notat veram permutationem

nem illam solam dici ad excludendum retractum, quæ rerum æqualium,& similium fit V. G. immobilium simul,aut simul mobilium, nihil allegat intelligendi sunt igitur doctores isti secundum proprias consuetudines: de quibus tractant.

Et est pro eis locus. *Genes.c. 33. in fi. ibi.* emit partem agri in quo fixerat tabernacula à filiis Hemor patris Sichem centum agnis, & fuit opinio: quæ controvertitur in *l. 1. D.de contrab.emp.* alibi executio.

25 Quantum verò ad rerum æstimationem, adhuc puto advertendum enim admittimus, quod si res una pro alia æstimatur, hoc ipso contrahitur emptio,& venditio neque enim taxatio, sive estimatio potest esse pecuniam, quamvis aliæ res per pecuniam estimentur, *l.si ita D.de fidejuss.*

Pro declaratione igitur regulæ quæ se habet, ut æstimatio in dubio emptionem faciat, si est rei condigna notabilis est ratio *Ari. Pincl. in 2. part. rub.C. de resc. vend.num.* . . distinguentis, aliud esse,si ad implementum contractus venditi, & empti: in quo ab initio conventum fuerat de re, & precio in pecunia,tradatur res æstimata: quoniam inspecta conventione,non autem solutione sequuta, potest res fungi vice pecuniæ, & procedit dispositio *text. l. precii.C. de res. vend.* quod quidem fuisse videtur ibi de mente *Glosa*,nam dum arguit, quia sine precio non est emptio,respondet illud esse quò ad venditionem,ut in contrario non quò ad numerationem.Quasi dixerit esse necessariam precii mentionem quò ad venditionem scilicet perficiendam nam postquam est perfecta per consensum in re, & precio, quantum ad numerationem potest una res pro altera consentienti pro soluto dari, ita intelligitur *d.l. precii.*

Si enim dum contractus empti,& venditi in esse deducitur,res pro re venderetur, repugnat natura contractus. *tex.est in §. precium.instisu.de empt. & vend.l.empti fides.C.de contrab.empt.*

Consequens est,quod cum ab initio conventum est de dandis invicem rebus licet æstimatis, una non potest esse precium alterius. Et si utraque precium esset,& merx, non ideo minus dicenda est permutatio,*tex.est in d.l.1.D.de rer.permut.*& vide infra *num.*18.

26 Considero ulterius, quod non solum si res mobilis æstimata pro re stabili data esset, sed & si pecunia pro re stabili, interdum resultat permutatio potius, quam venditio, *tex.est notab. in l.dedi,quæ est fin.D.de condit. ob caus.*Non hoc facit pecunia, neque estimatio, sed in causa est modus contrahendi, cum convenerint partes de danda invicem re pro pecunia:quæ conventio dandi non est compatibilis in contractu venditionis. *Bartol.* declarat *in ead. l. fin. post Glos. & in l. 1. vers.quæro in quo differt.C.de rer.permut.* quam resolutionem examinat idem *Pynel. in 2.part.rub. C.de rescin.vend.à n. 9.* ad intellectum tam *d. l.fin.* quàm *l.5. §. 1. D.de præsc.verb.*& vide quæ dixi in *§.1.ver.Nisi.*

Nimirum hæc ita se habere, quoniam permutatio, & emptio similes sunt.*l.fin. D.ex quib. caus. in possess.eat. Afflict.decis.*339. Alibi dicunt, permutationem vicem obtinere emptionis, & ei esse vicinam.*l.2.C.de rer.permut. & l.2. D. eo Tiraquell. de retract.lignag.dict.§.1.Gl.14.nu.*28.

Sed quoniam in hac constitutione, ut oppositi cõtractus ponuntur, ità ut in venditione sit locus protomisi,in permutatione verò cesset,exceptio tamen si in fraudem vicinorum, volentes emere, & vendere simularent permutare,ideo non sola similitudo contractuum, vel rerum; super quibus,contràhitur dissimilitudo attendenda est, sed aliunde rationes sumendæ ad argumenta ejus contractus; qui subjacet protomisi, & congruo.

37 Contrahentium qualitas potest investigari, qua mente res mobiles,vel immobiles dederint, vel acceperint evenire enim solet, ut mobiles utiliores sint immobilibus ob personarum conditiones, ut ecce Pigerimi,qui sunt, cum vitam pastoralem sequantur, ut iis otiosis à mansuetis pecoribus perveniat educatio, secundum *Aristo. Polit. 5. tex. 5.* facilè pro grege ovium sibi utilium domum: quam in Urbe possident permutarent,cum sub dio,vel in præsepe libentius vivant; hæc certè est vera, & propria permutatio rei, scilicet inutilis pro utili, juxta *l.1.D.de contrab.empt. in princ.ibi*(unusquisque secundum necessitatem temporum, ac rerum utilibus inutilia permutabant) idque sentit *Maxilla in d.§.in permutationibus num.7.* ponens exemplum in Nobili: qui cum delectetur equis, vel vestibus pro pulchro equo,vel veste qualificata,daret domum in permutationem,cadit enim in talib.affectio, & judicatur ex qualitate hominum.*l.plenum §. equitii D. de us.& habit.*

Et ut posui aliud exemplum in mercatore, ut porcos haberet vice fundi, veluti fundi precium, nam,& si octo mensibus porcos in sylvis habuisset & sub custodia ,deinde precio majori distracturus: posset bonus Judex arbitrari, attenta qualitate persone, & mercimonii,hoc non esse longum tempus ad fraudis præsumptionem ex his;quæ in propriis terminis adnotat *Tiraquell. in d. Glos.* quem meminit *Menoch.de arbit.judic.*

Verum neque per hoc dicenda est venditio magis,quam permutatio, cum in effectu precio non sit contracta, nec de precio ab initio conventum, ut diximus supra *vers.pro declaratione* igitur regulæ, quod poteris comprobare ex citatis locis per *Tiraquell.d.Glos.14.num.*44.

28 Investigari etiam potest,qui fuerit ante retractatus vendendine an permutandi,& vide,infra *num.* 33. quem tractatum non fundabimus in sola æstimatione ipsarum rerum hinc inde datarum, cum dictum sit non ex hoc emptionem,& venditionem contrahi,probat *tex. in l. emptionem. C. de rer. permut.*

29 Verum quoties solum res Titii æstimatur,& de ea tantum agitur, quæ sic æstimata, puta domus, tradita est Sempronio, venditio est censenda per consensum in re:quæ est domus,& in precio: quod est certa quantitas æstimationis, sicut quando venderetur res quanti estimabitur à tertio quodam eo enim arbitrante,perfecta dicitur emptio,& venditio, *text.in l.fin.C.de contrab.empt. & in d. l. plerumque § si ante,& l.si quoties, & dd. in iisdem locis D.& C.de jur.doti.*

Quod si eodem tempore conventionis de danda re convenirent in extimationem domus, impossibile est venditionem contrahi, quamvis precio contractam,posse deinde re loco precii data adimpleri.

pleri per insolutum dationem consentiente venditore, certissimum fit per *d. l. precii*.

30 Cum de præcedenti tractatu quæstio est, pulchra incidit disputatio, & difficilis; cum res stabilis habita fuerit à domino venalis, tu verò eam comparaturus, pecuniam ad manus non habens, rem aliam dedisti taxata tamen quantitate de qua facti specie est *tex. singularis cum Glos. in l. 1. ver. taxata C. de rer. permuta*. Et quia duo copulativè concurrunt tractatus de vendendo, & valoris taxatio certa hoc casu benè dicit *Glos. in d. vers. taxata*. quam sequuntur *Cynus*, & alii dd. emptionem, & venditionem esse, & rem: quæ taxata quantitate; vice precii datur esse non ad perfectionem, sed adimplementum contractus per *d. l. precii*, quem *text*, eadem *Glo.* allegat.

Sed difficultas est, si permutetur res cum ea re: quæ venalis habita est non taxata quantitate, qui est casus *d. l. 1.* nam non est propriè venditio, quamvis ei accedat quò ad aliquos effectus, nec est permutatio, ut dd. ibi notant. Vnde apparet dicit *Odofred.* aliquem contractum esse emptionem, & venditionem, aliquem esse rerum permutationem, aliquem eis esse similem.

31 In quibus autem consistat similitudo cum uno vel cũ altero contractu. doctores vario modo interpretati sunt, illud verò communiter affirmant, quòd, & si vera venditio non sit in prima parte *d. l. 1.* habebit tamen parem firmitatem cum ea; quo casu sequuta evictione non detur conditio ob causam ad repetendam rem datam pro re evicta, neque esse locum pœnitentiæ ante implementum ex parte alterius contrahentis, sicut esset in contractu innominato, in hoc appellantes illum *textum singularem post Barto. Paulus Castr. in l. 1. num. 10. D. de rer. permut. Ang. in l. sciendum §. 1. de adil. adic. cum vulgaribus*, quibus in eo: quod asserunt locum non esse pœnitentiæ, re venali habita. propter contractum innominatum, non adhæret *Pynel. in 2. part. rubr. c. 1. nu. 15. C. de rescind. vendit.*

Sed communis intellectus ad *d. l. 1.* est cum *Gl. 1.* intelligente duos casus in eo *textu*. Primus est de re exposita vænali. Secundus neutra re vænali exposita, ut agi etiam possit conditione ob causam, atque ante agi posse de evictione, quam res evincatur, perinde ac si res non fuisset tradita, juxta doctrinam *Castr. in l. 1. num. 11. eo. tit.* concludit *Franc. Becci. consil. 83. num 9.* tanquam locus sit pœnitentiæ in ipsa rerum permutatione ante implementum, qui est secundus casus *d. l. 1.* atque multis comprobat *Surdus decis. 173. num. 13. & sequen.*

32 Sunt ergo duæ conclusiones *ex d. l. 1.* Vna est, cum res habita est tantum vænalis postea vero permutata, nulla precio constituto, non est contractus emptionis, sed similis, ut in *textu* habetur, non erit igitur locus protomisi, quia constitutio Federici loquitur in alienatione per venditionem, nec est trahenda ad similes alios contractus, sed in vera, & propria venditione procedet, nec extendẽda contra jus commune: quo res permittuntur liberè alienari. *Napodan.* probat hanc illationem in *cons. 1. de jur. cong. ver. emit*, ubi specificè allegat *d. l. 1.* per quam arguit, ut sicut qui permutat, evicta re agit ad interesse, vel præscriptis uerbis, uel utili ex empto ad exemplum directæ ex empto per *d. l. 1.* ita uideretur faste utili conditione ex *lege municipali* posse peti jus congrui in permutatione, sed oppositum postea concludit, sequitur *Afflict.* utens eisdem legibus, & rationibus: quibus *Napod. in hac constitutione, & §. 3. n. 11. vers. 9. Nota. & seq. nu. 12. & 13. & nu. 23.* concludit, quod ubi contractus est innominatus, & actio præscriptis uerbis competit, cessat protomisis, quicquid sit de similitudine cum emptione, quod, declara ut supra *num.* 48.

33 Quæ conclusio eo facilius admittenda est, si probaretur intentio tantum permutantis; qui uoluisset potius uendere, quàm permutare, nec ultra esset probatum à uicino rem habitam fuisse uenalem. Namque dicta *l. 1. in prin.* ideo habet de similitudine illius contractus cum emptione; quia altera ex rebus permutatis uenalis erat non autem ex sola contrahentium intentione; quæ non sufficeret, ut contra *Condanum lib 7. c. 5.* scribit *Pynel. in d. cap. 1. 2. par. rubr. de resc. vend. n. 13. in fi.*

Ideò caute legendus est *Cosm. Nepita. in Consue. Catan. tit. 49. num. 3. Maran. de multipli. alien. n. 141.*

34 Secunda est conclusio, quod si res habita est uænalis, ex quo palam fit, dominum in proposito uendendi fuisse, ac emptorem perquisiuisse, re uænali exposita, deinde uerò nomine precii fundum accepit idest certa quantitate ejus taxata cum primum de precio conuenerint. Et quia à uera, & propria emptione, & uenditione nihil hujusmodi permutatio differret, igitur protomisis locum quoque habebit antecedens patet ex iis, quæ diximus supra, *vers. cum de præcedenti tractatu nu.* 30.

Consequens probatur necessariò in hac constitutione; quæ in uenditione loquitur; juncta *Glos. in d. l. 1. vers. taxata. per Ludo. Bologn. consi. 25.* & ita potest esse uera opinio *Maxilla, & Tiraq. d. Glos. 14. num. 19.*

Adde *Francis. Bursat. consil.* 149. à *num.* 20. *volum.* 1.

Marc. Anto. Bard. de jur. protom. qu. 12. *& Bened. hic num.* 54.

35 Quam conclusionem credo veram, etiam si contrahentes appellarent permutationem; standum est enim naturæ rei, seu actus: qui geritur nec attenditur nomen contractus, sed substantia, secundum quam judicatur, & medulla, non cortex verborum inspicitur. *Bald.* probat, quem refert, & sequitur in proposito *Afflict. d. §. 3. num.* 15. idest quod dicunt ex uno actu non resultare contractum difformem *Glos. & Bart. in l. certi conditio §. quoniam igitur. D. si cert. pet.* idem *Bart. in l. 1. in prin. eo. tit.*

Attenditur ergo, ultra verba, principalis intentio contrahentium; secundum quam judicatur unus contractus uniformis, per *tex. in l. 1. §. idem Pomponium. D. de depos.* quem allegat *Socci. in rubr. de verb. oblig. num.* 18. in terminis meritissimus *Præses Vincen. de Franch. decis. 392. num. 2. & 3.* & antè eum. *Afflict. decis. 72. in fine.*

36 Hæc sanè intellige, quoties verba sunt incompatibilia actui sivè contractui: quæ secundum subjectam materiam resultat alioquin si res patitur ex verbis judicabimus magis unum contractum, quã alium. Ideò aliud est si quis conveniens cum venditore dicat quã ntum precii in arca habeo, & valet,

let, eritque emptio, & venditio propter verbum quātitatis expressum, illud verò si dicat pro eo precio: quod in arca habeo; quia tunc verbum precii sine quanto esset ut species, & ita resultat contractus innominatus: in quo diximus cessare protomisim, hæc est *Glos. singulari in l. hac venditio. §. hujusmodi emptio. ver. quanti D. de contr. emp.* quam communiter receptam dicit *Fabian. de emp. & vend. q. 5. nu. 34.* esse tamen æquipollentem venditioni, dicit *Tiraq. d. Glo. 14. nu. 45.* inde inferens ad suam consuetudinem.

37 Quam *Glosa* differentiam *Alber.* non admittit, nec quidam alii: quibus adhæret omniū oppugnator. *Pynel. in dict. 2 par. rubr. de rescind. vendi. cap. 1. num. 2. & seq. & cap. 3. nu. 11.*

Sed non respondent legibus, quas *Glos. pro se citat*: iisque apertissimè constat pecuniam in arca esse, ut corpus, neque dici numeratam, præsertim est *textus l. sed & si certos. D. de leg. 1.*

38 Nec me movet, quòd ipsi adversus *Glosam* dicunt satis esse ad emptionis substantiam precii mētionem fieri, nec esse differentiam dici pro precio, vel pro quanto precio, contradicunt enim *textui. l. 1. D. de contrahent. empt.* & melius *in §. item precium. Instit. de empt. & vend.* quibus in locis precium debet esse quantum, & numeratum, quod non est quoties uti species quædam, vel uti corpus daturt licet non constituatur ex ejusmodi specie sivè corpore una res continua, nec totum essentiale, vel integrale, sed magis unus cumulus, & acervus, ut considerat *Navar. in comment. de spol. eccles. §. 16. ver. tertio dico.*

Neque ab re subtilis illa *Glosa*, & meritò singularis, & recepta allegat *l. fin. D. de condit. causa data* nisi ut ostendat non ex sola mentione pecuniæ pro re concludi emptionis, & venditionis contractum tanta est in contractibus verborum vis, ad cujus *l. intellectum*, & nos quædam advertimus in *§. 1. supra ver. Nisi.*

39 In simili mutuum non contrahitur, sed contractus innominatus, ubi pecunia in sacculo datur sine numeratione, sine qua mutuum pecuniæ non contrahitur secundum communem opinionem: quam probat *Viv. opin. 537.*

40 Ex quibus inferri quoque potest, minimè venditionem esse quoties pro re stabili datur annuus redditus super re soli, quamvis reddimibilis ad voluntatem reddentis censum, sed magis est permutatio. V.G. si fundus dotalis cum censu permutatur, qui representet fundum dotis, in hac enim facti species retractus, sive jus congrui cessabit, vide quæ notavimus in *1. sen. ver. per venditionem.*

Sed *And. Tiraq. de retrac. §. 1. Gl. 14. nu. 119. & 120.* tenet, quòd cum redimibilis est census, emptio est, & venditio, non autem permutatio, præsertim si certè verisimiliter atq; evidenter certum esset, rem ipsam redimibilem redemptum iri, Et meminit *Igneum in l. 3. §. si conditioni. vers. & si aliud n. 46. de Sen. cons. Syllan. qui simpliciter asserit*, venditionem esse, si fundus permutatur cum annuo censu redimibili eundemq; Ignei locum citat *Pynel. dict. cap. 1. num. 3.*

41 Ego pro priori sententia in hoc: quod posui de censu, allego *textum in l. eum à quo. C. de soluti. & liber.* ubi nomen debitoris connumeratur inter species, nec est pecunia, & eam *l. allegat Glos. in d. l. sed si certos.*

Et ubi prohibita est alienatio, putta rerum pupillarium, ipsi reditus annui neque dividi possunt sine causa. *Bald. in l. fin. C. commu. divid.* quem comprobat *Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. cap. 171.*

Et quod de nominibus debitorum habetur fortius procedit in annuis censibus; quoniam debitorum nomina non semper inter immobilia computantur, sicut & jura, & actiones. *Glos. & doct. in l. moventium 93. de verb. & rer. sing.*

42 Annui verò redditus cum judicentur perpetui propter dubium redimendi, ne sint ex gratia. *arg. l. sufficit D. de condi. indeb. ubi Jas. concord. citat Tiraquel. d. Gl. 14. nu. 119. Jo. Fic. lib. 1. com. opin. verbo redditus*, existimari debent, ut fructus: qui renascuntur, ideoque non a pecunia: quæ solvitur: sed à duratione perpetua, immobilibus rebus annumerantur; perpetui enim habitu sunt, & si redimibiles quandocunquè: *Bened. Boni. de censib. lib. 1. artic. 14 & 15. nu. 38.* & indè, optimè *Ferro. in consuet. Burdig. de feud. §. 20.*

Præterea annui census emuntur, & venduntur, quod est clarissimum ex constitutionibus Summorum PP. præsertim Nicolai V. quæ est inserta in *volum. pragm. pit. de censib. & Pii V.* ædita super forma creandi census, non tamen publicata in hoc Regno, nec dum Romæ declaratum, quarum utra servari debeat, Arctavit enim Pius consuetudinem fœnerandi prætextu censualium contractuum, teste *Paulo Fusc. de visitat. lib. 2. c. 21. nu. 24.* & si dicta constitutio Pii jure comprobetur, per *Alvar. Valas. Lusit. consul. 35.*

Ergo annuus census precium non est, cum in emptione. & venditione aliud sit precium, aliud merx, itaque ut merx, & species in contractum permutationis cadunt ipsi annui redditus, cum pro re immobili dantar, non autem ut precium in emptionis contractum, cessat igitur protomisis in horum permutatione.

44 Sed advertatur, quoniam constitutio annui census duobus modis fieri potest, uno modo cum quis tradit rem suam alicui, atque in domini translatione in accipientem onus imponitur censi sus quot annis solvendi super eadem re, quòd aut fit cum omnis dominii translatione, & est propriè censualis contractus, aut cum reservatione directi penes dantem, & tradentem, & est emphyteusis secundum *Glos. notab. in c. constitutus. ver. juxta ratam, extra de relig. domi.*

45 Altero, eum quis emit super alienis bonis annuum censum sibi solvendum, vel etiam de alienis bonis annuatim, & quamvis differant hæ censuum constitutiones, cum aliud sit de fundo, aliud super fundo: cum censui obligando, & summittendo, qui censum vendit, juxta *text. in l. fin. §. Lucius, de contrab. emp.* & declarat *Aym. Crave. consil. 217 nu. 4. vol. 1.*

46 In proposito non curo, cum satis sit scire, hoc secundo modo censum acquiri nobis, re penes censsus venditorem, eundemque dominium existente, in terminis dictarum constit. Pontificalium.

Neque hic modus aliquid commune habet cum emphyteosi, imò si pacta emphyt. in eo adiicerentur, non obligarent constituentem, ad *Affl. decis. 80. & Valas. d. consult. 35.* eosque census Gallis volatiles nuncupari dicit *Ferron. in cons. Burdig. de feud. §. 20.*

47 Secundum primum modum intelligendi, sivè sit propriè simplex census sivè etiam emphyteoticus, cum ita constituitur in ipsius rei traditione, certa est conclusio locum esse congruo, & protomisi in terminis nostræ constitutionis: quæ & in venditione, & in emphyteosi locum habet, ut in primo *tex.notatum est.*

Et est *decisio Sac. Consil.per Affl.* 72. & addentes ibidem, meritissimi *Præsid.de Franch. decis.*392. qui concord. citat, quibus addi possunt quæ diligenter animadvertimus in *d.*1. *tex.ver.per emphyteosim.*

Secundum verò alterum intelligendi modum est casus principalis quæstionis, idest cum in vicem fundi alter contrahentium dat annuum censum: quem habet super bonis, vel de bonis talis debitoris, nulla præcedente conventione emendi, & vendendi illum fundum, unde vicini allegare possent census traditionem, propter implementum conventi precii factam, quicquid postea verbis coloraverint in instrumenti confectione ad vicinorum exclusionem ipsi contrahentes, & consequenter venditionem esse censendam dicerent.

48 Omnia enim præmissa, quamvis ita stricto jure procedant, & verum sit in illis tribus contractuum speciebus protomisim locum habere, & venditionem eam tantum intelligi: quæ vera, & propria, non autem quæ ei similis est declarationem, & interpretationem recipiunt, dummodo absit fraus, & simulatio, ut in *tex.consit.ibi* (Nisi forte.)

Et ad hoc optimè facit *d. §. mutui dationem. l.si Julianus.D.ad Senat.Cons. Maced.* ubi expressè habetur quòd licet verba Sen.Consulti ad pecuniam numeratam referri videantur, quia tamen dubitatur: ne fraus Sen. Consulto adhibeatur cautum fuit, ut quemadmodum filiofamilias prohibetur, mutuo dari pecuniam numeratam, ita etiam alias res mobiles, ex quarum distractu filiusfam. pecuniam habeat, ideò summat *Bart.* in hoc Sen.Consulto verbum pecuniæ accipitur strictè, nisi fraus intervenit.) & *Paul. Castrens. ex eodem §.*colligit in aliis rebus molibus, quam in pecunia numerata cessare Sen. Consul. quamvis illæ res mutuabiles sint, nisi hoc fiat in fraudem.)

Nisi igitur fraus intervenerit, vel in fraudem fiat, sicut non prohibentur dari mutuo res mutuabiles, excepta pecunia per *d. §. mutui dationem.* pariter hic nisi quis simulatè permutet, sustinenda est conventio: quæ secundum juris regulas in contractum innominatum cadit magis quod in emptionem, & venditionem.

49 Ergo qui fraudem intervenisse allegat, & in fraudem factum proposita revocatoria actione, causam adfuisse ostendet, quare in fraudem id factum sit ex communi doctrina *Barto. post Glos. in l.post contractum.D.de donat.*

50 Neque enim in fraudem hujus constitutionis, sed magis vicinorum potest dici alienatum: quibus hæc constitutio providet, ut præferantur extraneis, meritò ipso jure tenet, quod factum est secundum distinctionem *tex.d.si libertas.D.de jur.patron. per Jo.Fabr.& alios Instit.de actio.§. item si quis in fraudem.Loffred.consi.*21. *nu.*4.

Nec in hoc laborandum est, cum *tex.* nostræ constitutionis requirat simulationem à vicinis probandam esse, & modos ejus probationis doceat, vel ad annullandum, vel ad irritandum, quod simulatè cum extraneo actum fuisse, à vicinis jus protomiseos habentibus, allegatur *d.ver.*Nisi fortè, *& vers. seq. usque in finem §. ubi*, & differentiam fraudis, & simulationis notavimus.

Benè facit, quòd hujusmodi contractus, permutatio, non solum à contrahentibus, sed & à *dd.* dici consuevit, ut in casu Præsidis *de Franch. decis.* 283.*nu.*4.*& seq.*

51 Illud autem videtur sine controversia receptum, quod si in permutatione alter contrahentium refunderet pecuniam, dummodo quantitas: quæ refunditur, rei æstimationem non excedat, vel præponderet, cum debeat magis judicari permutatio, quàm emptio ex decisione *Bart.& communi in l.Aristo.D.de donat.Canonista per illum tex. in cap. ad quæstiones,de rer.permut.*& alii à *Tiraq.ad saturitatem congesti in §.*30.*Glos.*1.*de retr.lignag.*

Meritò substinetur ipsa permutatio, nec vicini ad protomisim admittuntur authoritate *Bal. hic. vers.quæro quidam permutavit num.*8. *Afflic.vers, sed juxta hoc quæro.nu.*14. *Maxilla in consuet. Bari.§.in permutationibus.nu.*2. *&* 3. quibus consentit meritiss.*Præses de Franch decis.*392.*num.*2. ubi etiam meminit *Tiraq.Addo Ant.Gomez. in l. Tauri* 20.*num.*15. *vers.item quæro si quis vendit rem, & Maur.Burg.Sicul.in tract. de laudemio.* 2. *par.*4. *inspecti.n.*10.*Ant.Gomez de contrac.cap.*2. *n.*10.

52 Ita & è contrario asserentes, quoties pecunia: quæ in rei permutatione accessit majori quantitate excedat rei justum valorem, tunc etenim potius erit venditio, quàm permutatio, potissimum ubi de fraude vicini conquæruntur, agitur enim de eorum præjudicio, & sic aliorum à contrahentibus, quo casu non attenditur quo nomine contrahentes ipsi actum nuncupaverint, quod & sequitur *Did.Covar.var.resol. lib.* 2. *cap.* 4. *num.*9. ubi aliquos ex his meminit. Et ad id: quod de tertii præjudicio agitur, citatur *Boer. decis.* 144. quos commemorat *Pynel. in* 2.*par. rubr. de rescin. vend.c.*2.*num.*3.

Difficultas est, si æqualitas est valoris rei, & pecuniæ: quæ refunditur, ut si pro re: quæ valet xx. detur res valoris x. & decem refundantur, alii enim dixerunt esse venditionem, alii permutationem propter rationes hinc inde. *Afflic. & Maxilla* non videntur clarè resolvisse, quamvis inclinent magis esse venditionem, authoritate *Bald. in prælud.feud. col.*4. *vers.pro intellectu horum num.* 11. quem multi sequuntur, magis tamen communiter oppugnatur, ideo pulcherrimis rationibus contrariam sententiam apertè amplectitur *Andr. Tiraquel.d.§.*30.*à num.*15.*&* 36. *Covarru. eo. cap.*4. *nu.* 9.*vers.quòd si res,& pecunia æquales sunt,* aliisque comprobat *Pynel.num.*5.*& seq.*

Intelligendo nisi probarent vicini tractatum fuisse de vendendo, aut quia sic contrahentes contractum appellaverint, aut quia res habitæ sunt venales, & res, & precium in implementum venditionis cessisse, aut aliter fraudem ex conjecturis arguerent secundum ea: quæ supra tetigimus: & dicentur *in ver.Nisi. Glos.simulatè*, & advertit notanter *Pynel.ibi nu.*6.

Aliqui verò dicunt, data æqualitate rei, & pecuniæ verius esse venditionem, & permutationem, pro media parte, cum æquales sint utrinque species, & pecunia, prout ipsa conventio cum permuta-

mutatione, vel cum venditione conformitatem habet, ità ex mente *Cyni* expressè tenet *Paul. de Castr. in l. quaeritur D. de statu hom.* & apertissimè *And. Alci. in l.2. num.18. D. de verbo. oblig. & in l. 2. vers. 4. casus D. si cer. pet.* refert *Tiraq. in d. §. 30. num. 38.* & inde, comprobatque aliquibus consuetudinibus, & Doctorum authoritatibus, quamvis ipse in praecedenti sententia videatur sistere: scilicet totum contractum permutationem esse.

Sed *Covar. in dict. cap. 4.* Summo quasi digito quaestionem attingens *Alciato* adhaeret, & latius *Pynel. d. cap. 2 nu. 8. & 9.*

Angel. in d. l. quaeritur allegat *tex.* quem dicit ad hoc facere *in l. 1. C. de rer. permut.* respondetur, quod ibi non est unicum negocium, sed duae factorum species prorsus distinctae, ideo alia competit actio in permutatione rei vaenalis expositae, & est primus casus, alia, cum nulla rerum permutatarum fuerat antea vaenalis, & est secundus casus, juxta declarationem *Glosae*, & comunem, ut superius probavimus, ex *Francisc. Beccio consi. 83. num. 9.*

53 Ad *l. sponsus. §. circa, & l. cum hic status. §. pen. D. de don. inter vir. & uxor.* clarè dici potest, decisiones fundari, attenta voluntate mariti vendentis uxori vilius, ut donaret quod pluris est res, quod patet in litera utriusque *tex. dict. §. circa vers.* enim vero si cum animum haberet vendendi ex precio ei remiserit, venditionem quidem valere, remissionem hactenus non valere, quatenus locupletior facta est.) *in dict. §. pen. vers.* Planè si minoris res venierit donationis causa, vel postea precium sit remissum, & caet. Itaque constat contractum venditionis habuisse admistam causam donationis in parte precii, non quia sunt duo contractus formaliter, sed unus, idest venditio, & adeò verum est volutatem, & propositum mariti in dictis legibus attendi, ut si animum vendendi non habens, vel societatem contraendi societatem cum uxore contraxit, aut ei vendidit donationis causa, neutrum horum contractuum valet, meritò inde non probantur duo contractus, ubi ad utrumque non est intentio agentium.

54 Neque facit *tex. in l. Titius. D. de praescr. verb.* imò rectius consideranti probat, quòd non duo contractus sunt, sed unus, nam cum J. Consultus vertetur in ea facti specie nec non tam foenerata pecunia intelligi debeat, quam quasi mandatum contractum tutius esse ait praescriptis verbis in factum actionem dari. Ergo non duo sunt contractus, sed ei qui principaliter intenditur adiici, & apponi possunt pacta: quae placita sunt contrahentibus, ut ibi in principio, quod neque nos negamus.

Pari modo resolvitur *tex. l. 2. C. de pact. int. emp. & vend.* neque enim ibi duo sunt contractus, sed unicus scilicet emptionis conditionatae, sivè pactionatae, ut ad literam patet, ideo non duae actiones simul; ut contractus fides servetur, competunt, sed vel praescriptis verbis, vel ex vendito, ergo si duo ibi essent contractus, & pactum illud de redimenda re produxisset separatam speciem ab emptione, non utiq; competeret actio ex vendito, vel dic ut seq.

In idem magis videtur urgere *tex. in l. Labeo. D. de contrah. empt.* quem allegat *Pynel. d. cap. 2. nu. 9.* ubi ex eadem conventione uendendi, inquit *Pynel.* resultat duplex actio ex vendito, & praescriptis verbis, respond. ideo concurrit actio praescriptis verbis cum actione ex vendito; quoniam ex diversis fontibus, sivè causis habent originem, idest ex venditionis conventione, & ex pacto qualificante venditionem, quae resolutio est tàm ad *d. l. Labeo* quam ad *d. l. 2. C. de pact. int. emp. & vendi.* secundum *Barto.* eisdem in locis.

Imò patet ibidem quòd quamvis pactio sit altera à venditione, non tamen facit separatum contractum, sed regulatur à principaliori scilicet venditione, ideò est, quòd etiam pro ipso pacto competit eadem actio: quae ex principali actu competit, nempè est venditi.

Minus obstat *l. cum te. C. eod. de pact. inter empt. & vendi.* in quem multa expendit *Pynel. in d. cap. 2.* ille enim textus quamvis à quibusdam accipiatur, ut in ea facti specie resultet contractus mixtus partim nominatus, partim innominatus rei, & precii secundum *Bald. & Paul. Castren. & Castren. in l. Aristo. nu. 3.*

Alii tamen aliter intelligunt, & idem *Pynel.* talem intellectum non recipit *num. 16.* quòd, inquit Imperator, non sine misterio non exprressit nomen illius contractus propter facti perplexitatem, quo specificum conventionis nomen colligi nequivit, ideò magis videri ex tenore literae fuisse contractum innominatum: qui ob similitudinem cum emptione, & venditione non malè traditur *sub rub. de pac. int. emp. & vend.*

Non sunt ergo duo contractus, sed unus, in quo pactum rei; vel facti adimplendi extra precium dedit causam contractui, ità ut ab ipsa causa contractus reguletur, uti à principali contrahentium intentione, juxta solutionem Glosae: quam scribentes omnes sequuntur, & videtur ibi textus in iis verbis (contemplatione certae rei inter nos habita) supplet Glosa (dante causam contractui.)

55 Dicendum est igitur ex uno negocio sivè actu, sub una conventionis forma nequaquam duos contractus diversos specie oriri posse, sed unum, aut simplicem, aut pactionatum, nec quia pactionatur eò minus dicendus est una substantia; pactum enim contractui inest, sicut genus in specie; non ut genus, & species post speciem informatam constituant duas substantias per se distinctas, quae propositio demonstratur verissima, legibus, exemplis, & rationibus, quae videri possunt valdè notanter apud *Vaco. à Vacu. lib. 5. declara. jur. cap. 65. à num. 11.* quem in hoc sequuntur quidam è recentiorisius *in rubr. de verb. oblig.* in aliquo tamen pungit *Jo. Mar. Aquilin. in ead. rubr. num. 338.* sed nihil ad nos.

Eaque in proposito redditur indubitabilis conclusio: quam alia est forma permutationis, alia venditionis, neque se invicem compatiuntur, quo casu nec potest resultare unus contractus duarum formarum, nec duo contractus ex una conventionis forma, sed attendi debet conventio: ex qua unus contractus resultet, idest permutatio, ex theorica *Soccini in eadem rubr. num. 18.* qui allegat *optimum tex. in c. ad quaestiones, de rer. permut.*

Dico permutationem magis quam venditionem resultare: tum propter plurima: quae adducit *Tiraquel. in d. §. 30.* tùm quia ut genus inest namq;

emptio, & venditio veluti species est in permutatione, cum sit permutatio quædam *l. 1. D. de contrahen. empt. idem Facon. lib. 1. cap. 27. num. 7.* post *Condanum, & Rodoginum ibi in addit.* citatos.

56 Et quod dixi unum contractum resultare ex unica conventione, quamvis admistam habeat pactionem, notanter probo *in l. Aristo. D. de donat,* noviter illum textum ponderando in illis verbis (quia donatio aliqua inesse videtur) eo loquitur Aristo de negocio misto cum donatione, & subdit J.C. donationem inesse, si inest, ergo non duplex contractus per se, sed qui propter misturā unus fit in altero sicut genus in specie, vel species in genere, ut *Facon.* probat *d. cap. 65.*

57 Sed concedamus propter præjudicium alterius, quàm cotrahentium, hujusmodi conventionem esse judicandam partim venditionē partim permutationē, ut tradit in specie *Condan. lib. 2. c. 5.* & post *Purpur. Boer. Rip. Alcia. Covar. Gomez.* & alios firmat *Pyn. d. c. 2. n. 3, & 9. 2. p. rub. C. de rescind. vendit.*

58 Adhuc concludendum arbitror contra vicinos notabili (ni fallor) ratione. Nam cum non possit revocari per protomisim res ab extraneo contrahente pro ea parte; quæ permutata est; cum in ea parte præferri non debeant vicini, per *tex. nostræ constitutionis,* quæ in permutatione locum non habet, consequens est, ut qui ex ipsa contractum mistione quò ad permutatione efficitur dominus rei pro parte permutata, fiat etiam vicinus alteri parti pro indiviso, ergo majorem propinquitatem habet aliis vicinis. Sed per hanc ipsam constitutionem habetur ratio majoris propinquitatis, ut notavimus infra *§. scriptum est autem, & §. si autem domum,* meritò,

Quæ puto considerandam, quoniam *Mantua de jur. protomis. 2. quæstio.* non resolvit, nec *Benedel.* tetigit. Et Dominus Preses in *dict. decis. 392.* quando pecunia est æquali, dicit aliter sentire Maxillam, nec ultra verbum addit.

SUMMARIUM.

1 *Transactionis nomen generale est, & an in omni specie cesset protomiss.*
2 *Litis eventis difficili æstimari potest.*
3 *Transactio minus propria qua, & an in ea locus sit protomisi.*
4 *Transactione an inducatur rei?*
5 *Protomisis non competit, quoties jus ceditur super re apud cessionarium existente, quod declara, ut hic.*
6 *Litis æstimatione soluta pro actione hypothecaria intentata cessat protom. quæ in re pignorata, & hypothecata non obtinet.*
7 *Protom. cessat in re immobili data pro transactione super delicto.*
8 *Transactio in fraudem non excludit vicinum, & ex multis colligitur.*
9 *In divisione an sit locus juri prothomiseos?*
10 *Divisio censetur contractus mistus, participans de contractu, & distractu.*
11 *Divisio loco transactionis.*
12 *Divisio alia rerum universalium, alia specierum, & quando obtineat protom.*
13 *Dividens pecuniam recipit pro portione sua, vel sponte, vel Judicis authoritate.*
14 *Judicis officium latissimum in divisione.*
15 *Dividendo quis sivè provocatus, sivè provocans, nunquam vicinis locum aperit.*
16 *Provocatio ad divisionem voluntaria, adjudicatio semper necessaria.*
17 *Adjudicatio in divisione judiciali coactione dicitur necessaria, ideò nec protomisis, nec laudemiū obtinet.*
18 *Res ubi dividi non potest inter consortes, necessaria videtur alienatio partis.*
19 *Consuetudine Neap, & Bari consortes rei omnibus præferuntur.*
20 *Quid secundum constitutionem Sancimus.*
21 *Multi casus, in quibus cessat congruum remissivè.*
22 *Partem rei communis emens, & reliquam in divisione acquirens, an sit subjectus retractui.*

Ex transactione.

1 Ex transactione.) Transactio, inquit *Bart. in l. 1. D. pro empt.* est nomen generale ad omnem conventionem: per quam è lite disceditur *l. ejus rei D. de rei vend.*

Meritò potest dubitari, an generaliter in omni transactione *tex.* hic intelligatur? de transactione: quæ fit super debito litis eventu, resolutio est clara contra vicinos, per hunc *tex. Not. 10. Afflict.* refert *Tiraq. de retr. lig. §. 1. Glos. 14. nu. 60.*

2 Esse potest ratio, quòd difficilè est æstimare dubium litis eventum, in quo dd. se torquent in *l. 2. C. de resc. vend.* ad intellectum *l. Latius §. fin. D. ad Sen. Cons. Trebel. de quo Aym. cons. 151. vol. 1.* tangit meritiss. Præs. de Franch. *dec. 159. n. 7.*

3 Difficultas est de transactione minus propriè dicta. Pone exemplum in eo; qui cum controversiam moveret Titio, super alicujus re immobilis venditione, litis æstimationem recepit, juxta *tex. in d. l. ejus rei,* quam facti speciem cum *ll.* emptioni similem esse dicant, *l. litis, D. pro empto, juncta l. 1. eod. tit. tenuit Tiraq. ubi supra nu. 64.* locum esse consequenter retractui consuetudinario: secundum quem omne æquivalens venditioni satis est pro eo jure consanguinitatis.

Quæ tamen ratio ad hanc constit. juris protomiseos non aptatur, ubi propriam venditionem accipimus, modo absit fraus: quæ facilè præsumeretur fortè, quia pro actore negocium erat liquidum, & accepto ejus rei petitæ precio ab agendo destitit, ex dictis *Bald. in cap. Imperialem de prohib feud. alien. per Federi.* circumscripta verò contrahentium fraude, magis placet opinio *Bartolo. Cassan. in consuet. Burgund. tit. des censes. §. 1. vers. retenue, vers. adverte ad cautelam,* quem locum, & concordantem *Bertrandi cons. 321. in princ. lib. 1.* citat idem *Tiraquell. ubi supra numer. 63.* idest non habere locum retractum, quoties res, accepta ejus æstimatione reliquitur apud possiden-
4 tem, quoniam ex eo non inducitur dominii translatio, sivè alienatio, per *tex. l. si pro fundo, ubi Bart. C. de transact. juncta Glos. in l. pen. C. pro empt.* quod dicit esse singulare *Cassane. ibi num. 6. Jo. Sayso. in consuet. Turon. de retrac. art. 24. Cassan. de retrac. §. 1. ver. vendu. ibi* (quid si dimittitur. *Ferron. consuetu. Burdeg. de retract. §. 28.*

Præsupposito autem in transactione non alienari rem, sequitur neque protomisim locum habere in terminis nostræ constitutionis argumento ex primo textu, ubi notavimus non impediri contra-

tractum venditionis, sed rei alienationem, antequam vicinis gradatim denuncietur, ibi in textu non aliter ei concedimus alienare.

Finge tamen induci etiam posse alienationem, dimissa re penes adversarium, quod probare nititur *Tiraq.a num.* 65. & inde in qua tamen dubitatione tenetur doctrina *Bart.in l.*1. *D.pro empt. distinguentis*, an is, qui æstimationem recipit cedit jus: quod habet super tali re, vel quietat simpliciter nullum jus transferendo, & secundum *Bar. fuisse decisum, dicit Nicol.Boer.decisio* 42.*num.*26.*de quæ rs Parif. consi* 85.*num.*15.*lib.*3.*Peregri.de fideicom. art.*40.*num.*123.

5 Et videtur non esse vicinos audiendos contra hujusmodi transactionem, quandoquidem hoc casu fatetur. *Tiraquel.verf.hæc autem* quæ dicta sunt *num.* 74. retractum non posse competere ad rem; quæ nō erat penes dimittentem, vel cedentem adversario possessori, sed ad jus, & actionem super illa re intentatam. Jura verò, & actionem, quia incorporalia sunt, in protomisim non veniunt, ut dictum est in primo *tex.ver.rem immobilem* merito sequitur, quod qui litis extimationem recepit cedens, & transferens omne jus in adversarium possessorem; neque habet onus denunciandi uicinis, neq; uicini jus habent protomiseos ad jus cessum; quod incorporale est, nec id aduertit *Bened. nu.*20.

Intelligè sane, quoties jus illud: de quo transfigitur, erat dubium super illa re, & bona fide pecunia data est ex causa transactionis, re dimissa, & relicta penes possidentem, qui per pecuniam uexationem redemit, non enim diceretur alienatio, ex dictis *dd.* quod sequitur *Anto.Capic.decis.*156.*nu.*15. *& *16.*Fran.Mar.decisio.*52. *nu.*10. *par.*2. *Ceph.cons.* 375.*nu.*30. *vol.*3.

Secus dicas, post latam sententiam pro eo: qui non possidet, quoniam dimissio rei penes detemptorem uictum dicitur datio, & translatio ejusdem rei, cum quod est liquidum dimittitur. *Alex.in l.si mulier n.*2.*D.de condit.causa data*, ubi alios citat sequitur *Ceph. d.consi. nu.*37. *& Franch. Mar.ea. decis.nu.*4. quos in materia laudemii refert, & sequitur nouissimè *Maur.Burg.par.*2. *insp.*14. *num.*4. *& *7.

6 Minus dubium est, quando litis æstimatio solueretur intentata actione hypothecaria per quam avocatur sola possessio, sicut è contrario per rei vendicationem dominium, juxta doctrinam *Baldi in l.si creditor*, qui rem lectura antiqua. *D.de pigno. actio*, quem sequitur *Nicosan.tract.de pignor.*5.*par.* 4.*memb. nu.*197. & refert *Preses de Franch. decis.* 427.

Dicimus enim neque in re pignorata, neque in hypothecata protomisim procedere infra *§. sc riptum est, ver. in venditione Affl.in §.licet*, quem sequitur *Maxil. in consuetud. Bari. §. in pignoribus eo.tit.*

7 Et notabis ex *Bened.hic nu.* 19. quod si transigentibus aliquibus super delicto res immobilis alteri daretur minimè retrahi posset; quia pro bono pacis transactum est, & ita inquit versatur favor. Tu verò dic omnem transactionem fauorabilem esse cum tendat ad lites tollendas, *tex. est in l.cum te, & l.quamvis.C.de transac.Jas.in l fratris in fin. eo.titu.*

8 Illud quoque puto notabile non excludi uicinos quando præcessit tractatus de lite super aliqua re movenda, & demum restituenda per modum transactionis propter simulationem: quæ neque juramento firmatur, ut *Bened.num.*20.

Videtur autem in tota hac materia interpretationem cujuscunque contractus naturaliter desumi posse ab illis quatuor causis, à persona à forma verborum, à facto, sive a materia, & ab intentione finali contrahentium, advertendo à quo fiat, & super quæ, & qualiter, & ad quem finem. *Nicol.Boer. decis.*172.*nu.*16.

9 Similis est quæstio in divisione de qua dubitavit *Tiraquel.in §.*1.*Glos.*14.*verf. cæterum, & hac species nu.*76. Utrum consanguineus ejus: qui preciū accepit ex divisione rei communis integre socio adjudicatæ, uel per Judicem, vel per licitationem, possit partem illius ab ejus socio: cui tota res adjudicata est ui illius consuetudinis, retrahere.

Et licet cogitandum requirit *Tiraquell.minimè ausus diffinire, & Bened.ad principium constit.nu.* 73.*referens Tiraquel.inclinantem videri locum habere retractum ex l.communi §.si debitor. D.comm. divid.subdit.* (multi alii secus affirmant, hanc alienationem necessariam uocantes *l.si pignori. D. famili.hercis.*

Adverte, quia cum ad licitationem devenitur, ex licitatione consurgit venditio secundum *Bald. in l.*1.*C.com.utr.jud. & in l.ad officium per illum t.x.C.com.divi post Guliel.de Cun.*

10 Divisio videtur contractus mistus: qui participat de contractu, & distractu, & de permutatione, & uenditione, sed tamen propriam, & distinctam habet naturam, per *§.pen.inst.de offic.Jud. & §.quadam, de actio.* unde licet recompensatio fieret de rebus non communibus, sed propriis recompensantis totus contractus dicitur divisio, modo absit fraus. Unde actio retractus per divisionem, & post litem contestatam subsequutam resolvi potest dummodò ritè, & rectè fiat absq; simulatione.

11 Atque alii notatur divisionem haberi loco transactionis, ut videtur *tex.in l.tres fratres.D. de pac.* ubi de divisione sermo est in principio, in fine verò *l.resolvitur quæstio* veluti transegissent, qui diviserunt, melior *tex.l.qui Romæ. §. duo fratres. ibi* (quasi de hoc transactum esset. *D.de verb.oblig.ubi Bar.*2.*qu. & Mari.Socc.consi.*67.*vol.*1. ubi quod per divisionem tollitur occasio discordiarum, cujus rationes transcripsit *Thom.Gram.decis.*7.

12 Pro resolutione puto ita distinguendum, aut divisio est de hæreditate, siue quota hæreditatis, & supra diximus cessare protomisim; quod jus in incorporalibus cessat simpliciter, estque speciale judicium *famil.ercisc.D. & C.eod.tit.*

Aut est de rebus corporalibus immobilibus, in quibus subdistingue. Nam cum diuisio præsupponat communionem, sicuti priuatio habitum. *tit. com.divid.c.ad dissolvendum, de desp. impub.cum vulgar.*

Textus in princ.constit.videtur clarus, tales res esse subjectas protomisi.ibi si quis forti ex parentela habeat communem agrum, vel domum, vel vineam, vel rem immobilem divisam, vel indivisam aut ex communi emptione, vel ex aliquo alio hujusmodi titulo, vel aliquo alio modo, & conjunctus voluerit alienare prædictas res per venditionem, &c.

Dic igitur, quod aut is: qui commune habet prædium

dium partem suam uult alienare per aliquem ex tribus contractibus, & clarum est esse locum congruo, siuè protomisi, per *d. tex.*

13 Aut uerò diuidendo cum socio, uel cohærende ipsius rei immobilis æstimationem, siuè precium in pecunia recipit re dimissa penes consortem, & tunc uel id facit spontè uolens, aut Judicis authoritate si Judicis authoritate, dicimus cessare protomisim: quæ in uenditione uoluntaria procedit, in *d. tex. vers. voluerit*, ut notabimus. Sed hæc est necessaria, quia judicium in inuitum redditur. *l. inter stipulantem, §. si stiticum. D. de verb. oblig. Glos. in cap. 1. extra de jud.*

14 Et latissimum est Judicis officium in diuisionis Judicio, & si uiderit expedire poterit uni fundum, alteri pecuniam assignare. *§. pen. Insti. de offic. Jud. & de actio. §. quadam. l. Judicem. D. com. divid. Jacob. Menoch. de arbitr. Jud.*

Quamuis enim alienatio sit, quia tamen medio diuisionis prouenit necessaria, non autem uoluntaria dicitur, quo refugio à communione disceditur, in qua nemo cogitur stare *Bursat.* probat multos referens *consi. 137. num. 7. vol. 2.*

15 Neque adhæreo in proposito quibusdam differentiam constituentibus inter prouocantem ad diuisionem, & prouocatum, quasi, qui prouocauit uoluntarius sit alienator. *Opizo. in repet. l. filius familias §. divi. num. 72. D. de leg. 1.*

16 Quia cum quis ad diuisionem prouocat socium uel consortem, aut coheredem, non hoc petit, ut fundus insolidum sibi, uel aduersario adjudicetur, sed ut diuidatur *l. 1. & 4. D. com. divid.* & patet ex forma libelli posita per *pacti. Papien. tit. for. libel. pro hared. vel singul. reb.*

Proponere igitur actionem potest dici ex uoluntate agentis, sed adjudicatio: quam ex suo officio facit Judex non potest dici nisi necessaria, quoniam in diffiniendis litibus fauetur conuento, & prouocato, & è contrario in preparatoriis actori, juxta *not. in l. de die in princ. D. qui satisfd. cog.*

17 Pro hac conclusione considero, quod aut res à Judice adjudicatur prouocato, & resolutio est clara pro eo, ut non teneatur uicinis jure protomiseos nemo enim dubitat talem diuisionem, aut translationem procedentem ex coactione judiciali dicit necessariam, adeò ut si esset emphyteosis, neque requireretur consensus domini, neque deberetur laudemium, authoritate *Isern.* probat *Alex. consil. 7. num. 5. vol. 7.* & alios congerit *Maur. Burg. de laud. par. 2. inspec. 40.*

Aut uerò adjudicatur ipsimet prouocanti, & tunc ipse non dicitur alienare, sed acquirere partem consortis refusa parte precii ejus rei æstimationis ex judiciali adjudicatione constitutio autem de protomisi obligat alienare uolentem ad denunciandum uicinis, ut patet ad literam primo textu merito, &c.

18 Modo resumo aliud caput distinctionis, quando spontè; & inter uolentes facta diuisione consors admittit consorti partem suam precio accepto, quo casu subdistinguendum puto. Aut res commodam diuisionem non recipit, & consequenter unus ex eis licitando reliquam partem sibi comparauit, & quidam uidetur necessaria acquisito, & alienatio ex *Rebuff. tracta. de praec. & licit. art. 3. Glo. 1. nu. 3 Bartol. Cassan. consi. 144.*

19 Aut uero cum diuidi posset, concordant, ut unus habeat, & partis precium refundat consorti, & tunc non necamus uenditionem, & emptionem contractam, ex uoluntate, tamen quò ad retractum, & protomisim, si sumus in Ciuitate Neapolis consors in emptione rei communis, siuè sit prædium rusticum, siuè urbanum, præfertur omnibus uicinis, ergo non poterit conueniri, cum ipse partem socii emerit, ut est consuet. si quis habet domum, *tit. de jur. congr.* idem tenendum est secundũ *consuet. Bari in princ. eo. tit. de jur. protom.* propter illa uerba (proximis consortibus,) ubi ponitur ratio ibi (ne fortè inducantur inimici inter domesticos parietes, & uiscera ulcinorum) & miror id non adnotasse Maxillam, qui malè sentit, & inaduertenter loquitur quod constitutio Sancimus, & consuetudines Barenses de sola uicinitate sine communione loquuntur contra *tex. d. constit. post princ. ibi* deinde socii, & contra *tex. tàm d. prima consuet. quàm §. qui castrum habet*, ubi ideò, qui per castrum est contiguus, præfertur uicino per parietem, quia inquit *text.* una domus videtur, & vicinitas indiscreta.

Pariter in *consuet. Bari. eo. tit. qua est Judicis Sparani. §. sed si res*, hæc sunt verba, *Sed si res qua venditur communis fuerit, licet partem minusculam aliquis eorum habuerit jure tamen communitatis omnes extraneos, & si protomisim habeant, in solidum superabit. Nisi res: qua de parentela fuerat venundatur.*

20 Quid in terminis nostræ constitutionis, dic idem secundum præcedentem consuetudinem *Bari d. §. sed si res*: ex ordine enim jus protomis. competit primum parentibus, deinde sociis in §. 1. Vnde cum in proposita facti specie essent aliqui de parentela, ii essent præferendi, quo ad partem socii venditam socio, cessantibus verò parentibus, consortes ementes à nullo vicinorum controversiam patiuntur. Nullus enim magis est vicinus; quàm qui rem communem habet, maxime si est communio pro indiviso, dicit *Maxilla in d. 1. consuet. num. 10. per l. Mevius §. duorum, alias duobus. D. de leg. 2.*

21 *Jo: Ant. de Nigr. de Campania hic brevissimè*, & remissivè adnotat casus in quibus cessat jus congrui, inter cæteros quando aliquis esset missus in possessionem ex primo, vel secundo decreto, in alienatione propter famem, vel propter captivorum redemptionem, vel si esset condemnatus per laudum, vel sententiam ad rem illam restituendam nec cum conjunctus est in mora solvendi præcium intra constitutum tempus, nisi justè impeditus. Neque in contractibus innominatis: neque in fæneratitiis, & pignoribus, ut in locis per eum citatis quæ omnia nos propriis locis congruentius examinamus.

22 Adde paulo antè dictis in divisione, quod venta parte rei communis cum Sejo si lite super divisione habita, tota res pervenit ad unum ex propinquis, cessare jus congrui, ut in additione ad *Napo. in consuet. si quis emit*, incipit in venditione rei in fine.

Cautè dicitur ad unum ex propinquis: Nam si pervenisset ad eundem extraneum emptorem, sicut non erat tutus, quin pars ab eo retraheretur à consorte Sejo, & Sejo recusante uti retractu potuissent

sent alii vicini petere juxta *tex. constitutionis §.1.* ita quoque nec evitaret postea retractum, attenta scilicet emptione: quam primo loco fecit, si modò non denunciavit vicinis. Vicinis enim denunciatis, & emere recusantibus, certè cum extraneus emptor effectus sit dominus irrevocabilis partis emptæ, quò ad reliquam partem in divisione adjudicatam procederent, quæ superius dicta sunt distinctè.

SUMMARIUM.

1 *Vendi quandoque fingitur, quod donatur, è contrario, quod venditur donari simulatur.*
2 *Simulatio est cum quis fingit, quod non est ad decipiendum.*
3 *De fraude, & ejus speciebus remissivè.*
4 *Simulatè agi, & in fraudem agi differunt.*
5 *Fraus, & simulatio quomodo proponenda sit ad obtinendum in jure protomis.*
6 *Simulatio, vel fraus sola, non sufficit ad obtinendum, & quæ sit ratio, nu. 7.*
8 *Tiraquelli opinio contra vicinos recipitur, & comprobatur.*
9 *In conscientia tuti an sint excludentes vicinos à congruo.*
10 *Benedelli lapsus in pulchra facti specie.*
11 *Decisio S. Cons. contra vicinos.*
12 *Quæstio vulgaris de eo, qui emit hodie, cras donat.*
13 *Hodiè emens, & cras donans, an vicinos excludat in Civitate Neapol. tantum.*
14 *Actio, re vendita, non statim vicino quæritur, ex quo utilia inferuntur.*
15 *Fraus an præsumatur ex eo, quod brevi temporis spatio rem emens, in personam conjunctam alienaverit.*
16 *Extraneus donando rem, quam emit potest vicinum excludere, modò fraus absit.*
17 *Fraus, & simulatio in dubio non præsumuntur, & si de alterius præjudicio agatur, sed onus probandi, in cumbit ponenti.*
18 *Fraus, & simulatio an sit satis probata, Judicis arbitrio committitur.*
19 *Res empta, & statim donata filiæ absenti in causam futuræ dotis, an Filiæ quæratur, & an retrahatur per vicinos.*
20 *Infanti, & absenti quando quæratur.*
21 *Dos dicitur adhuc nuptiis non sequutis.*
22 *Dos an est privilegiata contra vicinum retrahentem.*
23 *Opinio Marantæ recipitur contra eum qui quo die emit donat.*
24 *Donatarius quo casu censeatur emptor rei donatæ.*
25 *Origo contractus inspicienda est, & subsequens habet naturam primi.*
26 *Cautio pro filia donataria post admissos vicinos ad retractum, ut precium salvum sit in causam futuræ dotis.*
27 *Fraudem machinari in vicinos non licet.*
28 *Species facti in qua cessat jus protomiseos.*
29 *Tendens prædium dotale potest à contractu discedere.*
30 *Dos permutari potest ad mulieris utilitatem etiã invicem inter virum, & uxorem.*
31 *In fraudem facere non dicitur, qui facit, quod sine fraude liceret.*
32 *Fraudis suspicio cessat in actu necessario.*
33 *Color extrinsecus non semper fraudis suspicionem arguit.*
34 *Personæ interpositio facit cessare suspicionem fraudis.*

Simulatè donaverit.

Simulatè donaverit.) Leges considerarunt hominum malicias, eisque obviarunt quo ad possibile fuit.

1 Ubi legibus prohibetur donatio inter virum, & uxorem, & in effectu alter alteri donet, quod est vetitum fingunt emptionis, & venditionis contractum (id enim non prohibetur, qui donare principaliter intendit, fatetur precium recepisse: quod donationis causa remisit, ideo jure improbatur *l. si sponsus. D. de donat. int. vir. & uxo.*

Hic è contrario, cum non permittatur res alienari per vendit. emphyt. vel locationem, nisi prius denuncietur vicinis, ut in princ. constit. habetur, fingitur contractus donationis, apparenter, & intentio vera contrahentium est in effectu vendere, vel locare, vel in emphyt. dare, ideo hac ipsa constitutione improbatur, ut hic vides.

2 Est enim simulatio cum quis fingit, quod non est ad decipiendum *not. D. de concurs. l. 1.* propterea lex dicit, re vera, & non simulata. *D. de offic. Præs. l. congruit, in fin. & C. de legi. l. digna vox*, declarat *Napod. in probam. consuet. in princ. vers. simulatis.*

3 *Afflict.* hic multa notat in materia fraudis, & possunt videri remissiones *Andr. Tiraqu. de retr. lignag. §. 26. Glos. 1. num. 32.* Et quæ congerit *Barto. Cassan. in consue. Burgun. de retrac. §. 9.* & aliis in locis, est præterea *trac. Vernonens. de simul. contrac. Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 122. Joseph. Ludov. commun. opin. conclus. 51.* qui 32. conjecturas docet ad probationem simulationis: cujus meminit *Anna sing. 662.*

Mascard. de probat. concl. 439. cum q. seq. vol. 1. & concl. 448.

Marc. Anto. Peregri. tract. de jure fisci lib. 5. tit. 1. à num. 153. vers. hac autem conclusio, ubi multa notanter ad propositum *l. post contractum cum sua materia. D. de donatio. Tiber. Decia. tract. crim. lib. 1. de fraude cap. 5.*

4 Hic adverte, quoniam *tex.* hic simulationis verbo utitur, & idem repetit, ibi (simulatè egisse) Namque differentia est inter contractum in fraudem celebratum, & contractum simulatum, potest enim contractus esse verus; sed in fraudem. Cum verò simulatè contrahitur contractus non est verus, sed imaginarius, & fictus, quodq; ita simulatur, nullum est *l. nuda. D. de contrah. empt. l. imaginaria. de regu. jur. l. qui sub imagine. C. de distra. pign.* quod verò in fraudem factum esse dicitur, cum verè factum fuerit, tenet, & si revocari possit, quia in fraudem. *Barto. in l. post contractum. nu. 4. vers. 3. præsumitur D. de donat. Bald. in l. illud. C. de Sac. san. Eccles. Veron. de simul. contrac. q. 24.*

Est & tertius casus, cum contractus simulatur ad fraudem alterius. *Pau. Castr. consi. 58. vol. 2. visis. Decian. d. c. 5. nu. 21.* de quo infra dicemus.

5 Igitur cum de jure libera sit facultas in sic, vel sic contrahendo, ut Doctores dicunt, per *l. sicut. C. de actio. & oblig. tex. est in l. pen. C. pro socio.* quod pro-

procedit etiam si communicato consilio inter contrahentes ità convenerit, fortè ut essent immunes à juribus debitis pro venditione.

Sequitur non satis esse allegarè fraudem propter illud consilium communicatum, sed debet allegari, & probari simulatio ipsius contractus, ad quod optimè nos conducit textus constitutionis hujus vers. Nisi fortè quis vendendo, idest verè, & in effectu. (Simulatè donaverit) ecce imaginarium contractum apparentem, sed non verum, & videbimus in seq. Glosis. Oportet ergo probare, quòd verè facta est venditio, sed contrahentes fecerunt scribi permutationem, vel donationem, aut alios contractus his similes, ut evitaretur protomisis, in fraudem vicinorum, quo casu detecta, & probata simulatione fraus contrahentibus nocet, & attenditur id: quod verè actum fuit inter eos, non quod simulatum. *l. 1. & per tot. C. plus vale. quod agit.*

Nam qui fingit donare quod in effectu vendit, nullitas est in actu ficto, idest respectu donationis simulatæ, sed tenet venditio: ad quam uti ad actum validum vicini admittuntur per hunc *tex.* formalem, pro quo est *Glos. & Doctio. in l. nuda. D. de contr. amp.*

6 E contrario autem si appareat contractus emptionis, & venditionis celebratus: per quem vicini intenderent præferri extraneo emptori, sed probaretur verè non fuisse rem venditam, sed sub imagine venditionis fuisse rem pignoratam verè, puta cum obligassem fundum meum pro decem, feci instrumentum venditionis, certè non habet locum jus congrui, dicit notanter *Napod. in consuet. si quis emit. ver. emit. num. 7.* allegat *l. emptione. C. plus vale.* quod agit, & latius est in terminis *Paul. de Castr. consi. 74. vol. 2. Affl. hic num. 21.* qui *Napod.* non meminit, cum aliis à me adductis *infra §. scriptum est ver. In venditione.*

Sequitur, ut neque solius fraudis, neque solius probatio simulationis sufficiat ad obtinendum, sed quòd partes simulaverunt de contractu vero ad imaginarium, intendentes sub tali imagine vicinos excludere.

7 Horum quidem ratio est evidens; quoniam ut vides in hac constitutione apposita est pœna contra fraudantes tàm emptores, quàm venditores, idest perjurii, amissionis rei, & precii: ergò intelligi debet de contractu malitiosè, & per dolum inito, alioquin pœna locum habere non posset. *l. Sancimus in prin. C. de pæn.*

8 Hinc redditur vera resolutio consultationis *Andr. Tiraq. in præfatio. operis de utroque retrac. nu. 79.* non esse locum retractui in permutatione rei: quæ à domino habebatur vænali, cujus invicem Mævius verè fundum suum dedit, qui postea venditus est, & precium habuit is qui fundum suum vendere intendebat, neque enim, inquit, id egit Mævius, ut suum venderet, aut alium contractum faceret in fraudem statuti, sed quia cum non fuisset alienaturus suum, nisi prædium illud sibi commodum obtineret irrevocabiliter, ea inventione usus est non callido, aut maligno animo, sed ut cautè sibi provideret, ne si ipse suum vendidisset, ut alium postea emendo comparasset, utroque retractui obnoxio careret, quod prudentiæ attribuitur, non dolo ejus qui sibi prospexit, ne retractui subiiceretur, quamvis ex eventu negocii ii: quibus jus retractus competebat, eo, calliditate contrahentium, essent privati, ut ibi probat, & sequitur *Benedel. hic num. 6. ver.* Sed tamen aliquando fraudulentum, assignatque rationem, quia aliud est homines ab initio cogitare fraudem, aliud non fraudem animo concipere, sed sibi velle justè consulere, itaque inspici quod principaliter agitur.

Tu verò rationem collige ex ante dictis: quoniam qui ità convenerunt communicato consilio, ut retractum evitarent, verè contraxerunt non simulantes permutare, Mævius ille verè suum fundum dedi, & verè accepit, & qui à Mævio habuit alii vendidit, non Mævio reddidit, ut precium acciperet sub tacita pactione, & hic est verus sensus, ut & dem *Tiraqu.* annuit *seq. num. 80. & 81.*

9 Quod & in conscientia ad excludendum vicinos fieri posse, dicit *Tho. Zerula in praxi episco. ver. Jus congruum.* His adde, quæ infra subiiciuntur *num. 27.*

10 Ex eodem fundamento infertur quàm leviter semet deceperit idem *Benedellus in animadversionibus*: quas manuscriptas habui *in hoc tex. constit.* Nàm cum ego haberem duos fundos vænales: quorum Titius optabat unum, alterum Sempronius, consultò convenimus, ne à vicinis post emptionem controversiam paterentur, ut quem fundum Titius optabat Sempronio venderem, è converso quem Sempronius Titio, iique postea invicem permutarunt, eoq; modo quilibet optatum obtinuit. Sed vi monitorialium detecta est; fraus habitis revelationibus ità ab initio conventum inter nos, ideò vicinis petentibus ad retractum admitti laborat Benedelles, ut propter fraudem stet jus pro vicinis.

11 Tamen re ad Sacr. Consilium, ut ipse testatur, appellationis remedio introducta contra vicinos pronunciatum fuit absolutis his: qui emerant, & permutaverunt.

Omnes enim rationes Benedelli concludunt de fraude, sed nihil de simulatione contractuum; quoniam consultò primum emerunt verè, & verè quos fundos emerant simul permutaverunt, & placet ita Sacrum Consilium diffinivisse in terminis constitutionis hujus in ea causa; de qua *Benedel.* disputat, ut intelligamus allucinatum fuisse in ea vulgari quæstione hodie emo, & cras dono, dum interpretatus est, sequutus *Marantam, & Maxillam*, quòd doctrina *Napod. & decisio Afflicti*: quos mox referam, solum procedit in Civitate Neapolis ejusque districtu, ita *Bened. & pessimè in §. causa verò dotis. num. 12. vers. limita regulariter, & in §. ideoq; illi. num. 6. vers. si hodie emat.*

12 Jam vides ex parte absolutam esse ante tactam quæstionem, quid de eo: qui hodiè emit, & possedit, & cras donat, vel permutat, evitaverit ne jus hoc protomis. vel retractum consuetudinarium? *Napod. in 1. consuetud. ver. possidet de jure congrui,* concludit omninò cessare jus congrui, tàm contra emptorem pro eo: quòd non possidet, ut ibi, quàm contra donatarium, aut permutantem possessorem pro eo: quod non possidet titulo emptionis, ad jus: quod videbatur quæsitum vicino per emptionem, ita ut ab eo evelli non debuerit, respondet *Napod.* quod illa juris acquisitio duravit quatenus duravit possessio, ut ibi in consuetudine exemplo

plo

plo actionis in rem, vel hypothecariæ, Nisi dolo desiisset possidere, quod casu pro possessore habetur, vel post litem contestatam, vel in fraudem vicini alienasset.

Sequitur *Afflic.hic* §.3. *num.*8.6. *Not.iisque consentit Jacob.Novell.*§.5. *num.*35. *& ante Afflic. & Novel.*idem firmavit in hac ipsa constitutione *Anto. Caput.de Melfic. ver. simulatè*, cui opinioni accessit decisio Sac.Consil.per *Afflict. decisio.*338. *ad finem, & 370.in 3.dubio, vide Glosam Anto.Caputi in fine hujus secundæ partis.*

Contradicunt fortiter *Maranta in 9. disput. in suo speculo.*

Bartol.Cassan.in consue. Burgun. de retract. §.11.

Vincen.Maxil. in consuet. jus protomiseos n donationibus.

Bened.hic num. 12.

Vrsill.ad Affl.d. decis. 338. *num.* 5. *&* 6. Addo *Cosmum Nepit.in consuet.Catan. c.*1. *eod. tit. Jo: de Amic. consi.*1. *num.*69. *vers.novissimè. Arnon.comment.*160.

Sed opinio *Napod:* sicut est usu recepta, ità verissimè redditur benè considerata.

13 Primum advertimus non esse verum id specialiter procedere in Civitate Neapolis, & secundum illam consuetudinem tantum, cum *Afflic. Novell. & Caputus* idipsum notaverint *in hac constit. Sancimus.*

Quorum authoritati accedat ratio ex eadem constitu. juxtà sensum *Napod.* qui ex illa consuetudine colligit jus congrui competere adversus emptorem possidentem, quod & habetur in hac constitutione, post princ.ibi (*debent venire, & solvere justum precium, & accipere jus protomiseos, et extraneos emptores omninò repellere*) quomodo expellerentur emptores extranei, nisi possiderent? ergò jus protomiseos contra emptores, eosdemque possessores est per nostram constitutionem, quod notat apertè *Afflict.in princ.constit.* post *num.* 28. ubi dicit, *quòd licet sit probita alienatio, nisi requirantur vicini, tamen si fiat alienatio ipsis non requisitis, transfertur dominium in emptorem, et sic ab ipso possessore petitur res vendita jure congrui,* & hoc inquit *Affl.* probatur *in §.seq. ibi extraneos emptores omninò repellere.* Unde contra emptorem agens jure congrui dirigit gressus suos, hactenus *Afflict.*

Idemq; *Afflic.in* §.2. *Not.*11. *num.* 35. ponderando verba hæc (extraneum emptorem repellere) *Patet*, inquit, *quod istud jus congrui est in rem, et afficit possessorem, et ideò contra emptores possessores agendum est: & sic ille: qui vult agere, debet concipere libellum contra emptores possessorem, eundemque emptorem*, ut probatur expressè *in hoc tex.* & firmat *D. Sebastianus in prima consuetud. de jure congrui, ver. possidet. & ver. ab emptore.*)

Itaque patet doctrinam *Napodani* benè aptari huic nostro juri, & *Afflictum* in propriis terminis constit. Sancimus formasse, & resolvisse quæstionem pro iis qui possident alio tit. quàm emptionis quæ præcessit, nisi in fraudem, &c.

14 Secundum advertendum censeo, non esse admittendum simpliciter vicinis statim vendita re in extraneum actionem natam esse, vel jus quæsitum, ut tolli non possit sine facto ejus, quoniam vicini antequàm conveniant emptorem ex causa juris congrui, ipse qui emit videtur dominus, ideò potest bona fide rem emptam deteriorare, vel à contrario meliorare puta servitutem imponens, vel acquirens. *Napod. in* 1. *consuet. ver. fuerit.* Et quòd impeditur dominii in extraneum emptorem translatio tenet. *Affl. in princ. constit. Not.* 9. & nos comprobavimus supra *in* 1. *par. consti. ver. non aliter nisi.*)

Cum igitur neque prævenerit vicinus saltem per citationem, ut dicit ibi *Napoda.* precium offerendo pro retractu eo modo quem lex hæc requirit, quod & advertimus supra ver. solverint, non potest dici jus quæsitum vicino, quamvis illa dominii translatio in extraneum censeatur revocabilis, ex quo vicinus declaraverit velle uti congruo, precio oblato, & ità præferatur, ut ex nunc non ut ex tunc, dicit *not. Paul. de Castro consi.* 74. *in prin. vol.*2.

15 Tertium considero pueriliter lapsos videri Doctores præfatos: qui ex eo solo voluerunt fraudem præsumi, quòd tàm brevi temporis spatio res stetit penes emptorem, cum ex vicinitate temporis, alienatione in personam conjunctam, sequuta, resultet ipsa fraus, & ex consequenti locus debeat esse protomisi, & congruo.

Cur id negabimus sine fraude, & simulatione evenire posse? Pone. Si qui hodiè emit, cras uxorem ducat, & illi donationem constituat, vel cras donet filio clerico sacros ordines assumenti, vel cras filiæ nubenti dotem tradat. Non enim diceretur in fraudem vicinorum facere, nec simulatè contrahere propter causam supervenientem, de qua fortè non est cogitatum fieri quando emit, ex traditis per *Jacob. Menoch. in sollemni tract. de præsump. lib.* 3. *præsum.* 29. *num.*74. *& inde.* Neque enim officit quod postea factum est, nisi ab initio simulaverint contrahentes, notanter *Bal. in l.* 1. *q.* 10. *C. si servus extr.*

Dotore filias, & similes aliæ multæ causæ dicuntur, respectivè necessariæ ad excludendas fraudis suspiciones. *Peregr. de jur. fisc. lib.*5. *tit.*1. *nu.* 158. post *Cuman. Picum*, & alios: quos memorat.

16 Tandem ex omnibus conclusio fit, veram, & indubitatam esse Napodani, & sequacium opinionem, neque impediri emptorem antequam vicinis jus dicatur, ut diximus, quæsitum, donare, vel permutare, & cum ex donatione, permutatione, similibusque contractibus vicini conqueruntur, quæstio tota futura est, non quia donavit, cum non potuerit, vel non debuerit jus auferre vicinis. Sed nec in fraudem fecerit vicinorum simulatè donando, vel permutando, ut advertunt *Scipio Buci. & Anto. de Alex. ad Napoda. in d. Glos. possidet*, quos etiam ponderat *Bened. in noviss. animadvers.* nondum impressis, dum dicit verum esse posse, quod firmat *Napodan. quoties in puris terminis meræ, & simplicis donationis loquimur, at si cum hac adjectione, & qualitate hodiè emo, & cras simulatè aut dolosè dono, id minimè procedit; quoniam quæ dolo malo gesta sunt, lex infirmat, &c.*

17 In dubio autem neque fraudem, neque simulationem præsumemus, sed qui dolo aliud factum fuisse, dicit siuè agat, siue excipiat, ei probationis onus incumbit, *l. quoties.* §. *qui dolo. D. de probat. cum multis concord.* latè per *Mascard. in tracta. de probat. concl.*814. *num.*2. *&* 6. *vol.*2. & in terminis

Q retra-

retractus, ut constare debeat de fraude, *And. Tiraq. de retrac. lignag. §. 26. Glos. 1. num. 35. & de retr. convent. ad finem tit. num. 127.*

Et in terminis nostræ constitutionis manifestè habetur in hoc textu, ubi instruuntur vicini: quonam modo, aut per juramentum contrahentium, aut aliunde probabunt simulatè actum esse. Notat *Affl. in §. Nisi quis in princ. inferens, quod si neque per juramentum, neq; per probationes alia de fraude constare poterit, tunc vicinus exclusus est à jure congrui? quia deficit probato fraudis, & actore non probante reus absolvitur.*

Neq: ex eo solum, quod de tertii .i. vicini præjudicio agitur, ideò præsumetur contractum fuisse in fraudem, & simulatè, sed probari nihilominus debere, firmat *Becius consi. 52. num. 25.* quem meminit *Surd. decis. 290. num. 8.*

18 Quæ tamen probationes sufficere videantur, ex conjecturis, & indiciis elicitę ad probationem fraudis, & simulationis: quarum non est facilis probatio, Iudicii arbitrium est. *Affl. decis. 40. Aym. Crave. consi. 156. nu. 14. Iaco. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. centur. 3. casu* 247. concordantes colligit *Surdus decis. 23. in fi.*

Qui Iudex (ut *Menoch. ex Baldo* adnotat) diligenter, & exactè perpendet personarum qualitatem, loci famam antecedentia, & subsequentia contractus personarum interpositionem, quem sequitur *Gieron. Mangoni. decis. 25. num. 5. 6. & 7. Rota Lucens.*

19 In exemplo antecedentis, & consequentis contractus habui, quòd pater emit olivetum: quod statim nullo tempore expectato filiæ donavit infanti, & absenti, destinatione futuræ dotis, pro qua dicebatur.

Dotis favore validam esse donationem à patre in filiamfamil. ipsique filiæ dominium acquiri, quamvis in potestate patris constitutæ. *tex. est in l. Pomponius Philadel. D. famil. harcis.* quo etiam patri communis dicitur eveniente contra virum, vel ejus hæredes restitutionis casu *Jo. Imol. Alex. & aliis in l. 2. §. quod si in patris. D. sol. matr.*

20 Nec videbatur obstare infantilis ætas, & absentia filiæ donatariæ: de cujus consensu, acceptatione & ratificatione non adhuc constat: quia de juris censura, cum propter ætatem non potuerit consentire, nec interesse contractui quo ad sui favorem pro consentiente habetur. *l. jubemus in fin. Cod. de emend. liber. Phili. Deci. consi. 245.*

Qui, & dotis favor operatur, ut quæratur mulieri etiam absenti, & secum actum tacitè videatur *l. uni §. accedit. C. de rei ux. acti. cum concord. per Alex. consin. 68. nu. 2. vol. 7.* eaq; ponit *Bald. Novel. tract. de privil. dot.*

21 Dici enim potest dos, & si latissima significatione nondum nuptiis sequutis. *l. cum plures. §. cum tutor, & ibi Glos. not. & Bar. D. de admin. tuto. per Novel. in suis comment. in princ. constit. nu. 20. & Hjeron. Magon. Rot. Florent. decis. 86.*

Ex adverso replicabitur de fraude, & simulatione in terminis constitutionis Sancimus *§. causa verò dotis vers. Nisi quis vendendo, &c. facit tex. valdè singularis l. fin. §. si à socero frandatore. D. quæ in fraud. cred.* quem commendat *Alex. in l. in fidei-missario. D. ad Trebel. & per Pynel. in l. 1. 3. par. ver. 31. C. de bon. mater. actavi Cacher. decisio 107. num. 7.*

22 Atque in proposito causam dotis respect u tertii: cujus retrahendi competit, non esse magis privilegiatam cæteris contractibus, dictum *tex.* & concordantes expendit *Tiraq. de retr. lignag. §. 1. Gl. 14. num. 99.*

23 Fraus autem, & simulatio ex eo arguebatur, quòd producta sunt instrumenta celebrata eodem die, & contestu, in uno pater emit in altero donavit filiæ, quæ facti species videtur non habere difficultatem, etiam ex mente *Napodani*: qui posuit de eo, qui cum aliquo temporis intervallo donavit, scilicet sequenti die, vel postea. Ita considerat *Marant. in disput. 9. num. 23.* & ita obtineri in facto testatur, referens *Bernad. de Lupo*; quem vocat peritum juvenem, fuitque hic possessor Iuris Matutinus Neap. quæ decisio Marantæ quando eodem die emitur, & donatur non habet contradictorem, & ultra *Maxillam. §. jus protomis. in donationibus. nu. 5. & seq.* refert, & sequitur *Scipio Bucin. in addit.* post *Napoda. in 1. consi. nu. 44. ibi quid autem si hodie emo, & hodiè dono.*

24 Idem ego amplector alia ratione, considero enim quod ista filia quantum ad vicinos non debet dici donataria, sed emptrix talis rei cum pecunia sibi a patre donata. Attento quod pater ita prædixerat contrahendo, ut duorum testimonio probatum animadverti, quoniam contractus à principali fine, & intentione judicatur. *l. si quis nec causam l. rogasti D. si cert. pet. & facit tex. l. multum interest cum Glos. vers. numerasti. C. si quis alteri, vel sibi, ubi Bald. & Salyc.*

Et est clarum, quod cum duo actus fiunt eodem die, & contextu, unus videtur gratia alterius *Bal. in l. petens. C. de pact. Phili. Dec. consi. 445. Bellon. consi. 5.* allegat *Modernus Joan. And. Georg. alleg. 22. n. 7. & sequen.*

25 Ac inspecta origine contractus subsequens continet naturam primi, & illum repræsentat, probat multis *Joan. Cephal. consi. 699. nu. 35. vol....* & per ea: quæ notantur in *decis. Senat. Pedem. 167. num. 26. & 27.*

Latè *Borgni. Cavalc. decis. 1. n. 80. & seq. 2. part. Cephal. consi. 370. vol. 3. est bonus text. in l. sed Iulianus §. proinde D. ad Maced. cujus sex si vertamus literam,* ita dici potest. *Proinde si pater pecunia m acceperit, & in rem filii verterit filio,* non sibi accepit, ut in proposito filiæ, non sibi emit inspecto initio. Quem *allegat Bar. in l. cætera, §. sed, & si paraverit. num. 3. de legat. 1.* bene facit *Surd. dec. 325. vers. quarta conjectura. nu. 12. & seq.*

26 Nec moveat quod fortasse ista filia: cui patet constituit super ea re futuram dotem, admissis vicinis ad retractum, remaneret indotata; quia pater amplius non donaret, & pecuniam consumeret quæ ratio maximè movebat *Camillum Saler. ad favorem filii donatariæ, in addi. ad Napod. in d. ver. possidet.*

Quoniam circumspectus Iudex providebit filiæ, ut præcium quod pater solvit in tuto sit pro ipsa futura dote, & convertatur in aliam emptionem sine vicinorũ præjudicio. Itaque providetur vicinis: quibus res jure hoc protomiseos attribuitur, restituto prius precio: quo ille extraneus emerat, ut convertatur pro dotæ dictæ puellæ, juxta ea: quæ tradit *Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. Glos. 14. nu. 107. Marc. Anto. Baldus Senensis in tract. de jur. protom. §. 4.*

§.4. *Not.* 3. *num.* 9. *versic. iisdemque ferè rationibus.*

Ad quæ non advertit *Camil. Saler. ubi supra*, & est pulchra animadversio, & cautio: qua simul provideatur, & donatariis, ut hi precium, illi rem consequantur.

Et nota singulariter, quod qui domo indiget, potest uti fraude, ut evitet retractum, & excusaretur, quoniam simulatio pro victu permissa est 22. *q.* 2. *c. utilem simulationem. Barto. Brixens. quæst. Dominic. qu.* 20. *n.* 4. Domus autem venit appellatione victus. *D. de alim. & cib. leg l. legatis.*

27 Quia verò supra dixi quandam contractus speciem fieri posse ad excludendum vicinum, cave intelligas nos fraudibus favore, illasq; consulere. Nam qui fraudes machinantur in præjudicium vicinorum peccant, & conscientias pervertunt. *Francisc. Viv. commun. opin.* 832. *relativè in Syntag. uni jur. loco* 2. *de statutis. c.* 11. *to.* 1. *commun. opin.*

28 Ex facto quærebatur, *Joan. de Baro* intendens vendere prædium dotale, convenit de precio cum *Gotfrido*, sed antequam fieret instrumentum quidam villicus idem prædium desiderans, rogavit Joannem, ut secum potius contraheret, verum timebat non solum a vicinis pro retractu, sed etiam ab uxore Joannis ob legem Juliam de fundo dotali. Itaque consulti ita caverunt. Joannes vendidit villico proprium olvetum certo precio constituto verè deinde prævio curiæ decreto villicus, & Joannis uxor permutarunt, & vice oliveti habuit villicus dotale prædium, effecto jam dotali ipso oliveto: quod visum est, & constitit utilius esse uxori.

29 Omnia hæc acta licita, & legitima probavimus Primum potuit Joannes discedere a conventione de vendendo dotale prædium *Gotfrido*. Nam & si vendidisset, posset contravenire *C. de rei ux. act. l. uni. §. cum lex, & Instit. quib. alie. lic. in princ. C. de fund. dot. l.* 1. *&* 2. *D. eo. l.* 3. *per Ant. Gomez in l.* 30. *Tauri. num.* 63.

30 Secundum est, quod fundus dotalis benè potuisset permutari ad utilitatem uxoris, etiam cum proprio fundo ipsius mariti, quo casu alienatio tenet, & mariti fundus ex causa permutationis dotalis efficitur, cum dotis conditio meliorata sit, imò neque impediuntur uir, & uxor inuicem permutare, quæ conclusio ueríssima, & indubitabilis est apud *Specul. de empt. & vend. §.* 3. *loco vers. sed pone uxor, & seq. vers. & dicit Bartol. de Capua singul.* 87. quod post longam discussionem fuit consultum mulierem posse dotem permutare cum uiro si ei esset utile idem firmat *Lucas de Pen. in l. curiales. C. de præd. curial. lib.* 10. *vers. dubium autem est colum.* 1.

31 Tertium est consequens, quod non dicitur in fraudem facere, qui actum facit, quem licebat sibi facere sine fraude, *l. qui autem in princ. D. quæ in fraud. credit. Jo: Igne. in authen. ex causa. nu* 72. *C. de lib. prat.* Is enim fraudem facit, qui quod jus non permittit, facit *l. nemo damnum, ubi Dec. & Cagn. de regu. jur. Paris. consi.* 72. *in fi. vol.* 3 *Socci. consi.* 31. *vol.* 4.

32 Eoq: minus presumenda est fraus, & simulatio, cum quasi coactè eo modo contraxerit; quia si emisset à uiro, etiam uxore consentiente, non tenuisset alienatio fundi dotalis, ut in *d. princ. Insti. quibus alie. li. ubi Ang. & alii not. & Specul. ubi supra, & dd. ubique.* ubi autem actus necessitatem habet, cessat suspitio fraudis, *ex alleg. per Gabri. consi.* 58 *nu.* 23. *vol.* 2.

33 Nec obstat, quod afficit, ueluti colorata illa uenditio: quam primo loco fecit maritus; quoniam ex colore extrinseco tunc arguitur simulatio cum ipse contractus non habet intrinsecam, sicut hic habet ad firmitatem, & ualiditatem actus: qui licitè fit ex *Bald. per illum text. l. ab Anastasio. C. mand. sequitur Fran. Rip. in l. mutuum, in princ. n.* 4. *si cert. pet. exornatque Rolan. à Valle consi.* 47. *in prin. lib.* 4.

34 Si uerò persona uxoris non interposita esset in permutatione, ut quia uillicus permutasset prædium suum cum prædio Ioannis, & Ioannes illud prædium quod ex permutatione habuit, post paruum temporis spacium uendidisset uillico, esset sine dubio præsumenda simulatio fauore uicinorum, ut notanter *Ludo. Bologn. consi.* 25. *Bart. Cassan. de retrd. §.* 12. *ver. & apres.*

Et hic ultimus casus differt eadem ratione ab eo: quem post Tiraquellum in dubium reuocauimus, & resoluimus supra uers. hinc redditur uera: ubi non ipsimet permutanti res uenditur, sed alter. uerè. & sine simulatione, quicquid dicat *Maran.* 9. *disput. num.* 26. *& Buccin. annuat in addit ad Napodan. in consue. si quis emit, vers. possidet.*

SUMMARIUM.

1 *Juramentum maxima medela litium dirimendarum.*
2 *Ex instrumento elicitur veritatis, & sollemnitatis præsumptio.*
3 *Iurare an teneatur iterum qui semel juravit instrumentum verum.*
4 *Juramentum de calumnia, & malitia semper exigi potest etiam si partes juraverint de veritate contractus, ex quo distinguitur, declaratur opinio Cassanei n.* 5.
6 *Interrogatoriis quo casu responderi oporteat.*
7 *Interrogatoria admittuntur etiam ad probandum merita causa contra Menochium.*
8 *Interrogationes regulariter fiunt in præparatoriis judicii.*
9 *Juramentum exigitur conditione ex hac lege.*
10 *Conventus debet respondere si tenet titulo emptionis, & si mentitur, proceditur ad ulteriora.*
11 *Actio juris congrui non oritur ex interrogatione.*
12 *De Simulatione in omni judicii parte opponi potest*
13 *Iuramentum de ueritate precii, an exigatur.*
14 *Statutum Panormi, ut emptor, & venditor teneantur jurare de veritate precii.*
15 *Pœna contra fraudantes de contractu ad contractum non extenditur contra fraudantes in precio*
16 *Dextus l. si libertus, de jur. protom. expenditur in proposito retractus.*
17 *Decipientes in precio de dolo tenentur.*
18 *Proxenetæ, Procurator, Advocatus tenentur jurare, & quandoque uti testes, quandoque non tanquam testes.*
19 *Hæres emptoris etsi ab eo juramentum exigitur de credulitate, non de veritate deponet.*
10 *Declarare tenetur retrahens extraneo petente, speciem fraudis, & simulationis, quam indefinitè opposuit.*

 21 Vi-

21 *Vicinus interrogatus à contrahentibus an velit emere, utrum teneatur respondere.*
22 *Vicinus retrahens interrogatur an pro se; vel pro alio petat.*
23 *Iurandum est sollemniter per principalem, & per procuratorem, & ita præsumitur, si actuarius scripserit juratum esse.*
24 *Iurare recusans potest mulctari.*
25 *Practica, ut reus recusans jurare habeatur pro confesso.*
26 *Interrogatus an sciverit sibi controversiam futuram non tenetur respondere.*

Exigere juramentum.

1 EXigere juramentum (Concordat in hoc antiquæ legi quam Numa Pompilius tulisse fertur. Ea enim cavebatur, ut cum testes deficerent, dubii contractus fide, & juramento terminarentur ad diminuendas disceptationes maxima medela. Jus verò regulare est, ut qui fraudem in contractu allegat, is eam probare teneatur, ita,& simulationem. *Dec.cons.*463. *nu.*8.

2 Eo præsertim attento,quod similes contractus celebrari solent palam, & de iis instrumenta conficitex quibus instrumentis duæ oriuntur præsumptiones veritatis, scilicet,& sollemnitatis. *Bald.in cap.*1.*§.si instrumentum de not.feud.*

In eaque veritatis præsumptione comprehenditur omnia in instrumento descripta fuisse pacta,& à partib.prolata secundum *Bald. in l.*2.*col. fin. C. de rescind.vend.* ad exclusionem fraudis,& simulationis, ut post alios refert *Hippol. Rimin. conf.* 196.*num.*50.*& seq. vol.*2.*& conf.*137. *nu.*45. *eod. vol.Rolan. a Valle conf.*48. *num.*12. *& seq.lib.*4. *& conf.*47.*num.*26. *e.vol.*Ideò non indistinctè admittuntur probationes contra instrumentum, ut hic *not. Affl.num.*8.*vers. secundo dico.*

3 Quid si in instrumento donationis,vel similium contractuum; qui allegantur, simulati,& in fraudem vicinorum, adest juramentum, quo partes ipsæ contrahentes affirmarunt omnia vera? videtur ubi semel juratum est sufficere, ne se ponant inter duo juramenta. *Glos.in c.*2. *extra de probat,* ibi, ex quo semel est juratum, quem *tex. allegat Cassanexub.*16.*§.*12, *vers.& apres,late Tiraq.de retra.lignag.§.*2.*Glos.*2. *in prin.* & est is modus unus inter alios; quibus excusamur, ne jurare teneamur.quos ponit etiam *Jo. Bessian.in consue. Alverdes seremenens art.*1.

Contrarium tamen hic notatur, quoniam constitutio indistinctè obligat contrahentes ad jurandum itaque non est recedendum ab ejus dispositione, secundum *Bened.num.*21. *&* 25. referente *Jo.Pappo.in consuet. Burbo.de retra.§.*455.

Et ratio est, quod per hanc *l.*debet jurari ad instantiam vicinorum super ipsa fraude, & simulatione,quæ asseritur ad effugiendum retractum adhibita.

4 Juramentum enim de malitia semper exigi potest, etiam si partes juraverint de veritate gesti contractus,per *tex.c.*2.*§.fin.de juram. calum.lib.*6.quitextus fertur ad limitationem præcedentis regulæ ex *cap.*2. *extra de prob.*ut ibi in margine.

Quod expressè dicit *Jo.Pappo,*ut eum refert hic *Bened. num.*25. dum notat juramentum: de quo habetur esse instar juramenti de calumnia inductum ad detegendum, quod actum verè est, non quod scriptum simulatè, quod,& tangit *eod. §.n.*9.

5 Hinc infertur cavendum esse à *Cassaneo*, loco antè citato; qui vult, quod habens pro se instrumentum juratum non teneatur jurare,nisi in casu expresso, idest quando dicitur, quod non est permutatio, licet partes fecerint permutationem in aliis autem casibus minimè teneatur per *d. c.*2. *de probat.* ex quo inquit consuetudines de retractu sunt stricti juris, nec extendendæ.

Cui responderi potest ex antedictis ejus dictum procedere, quoties peteretur jurari super veritate super qua semel juratum est, secus super malitia propter fraudem,& simulationem,cum hujusmodi juramenti delatio non possit evitari. *d.§.fin.*& benè facit *Bald. in l.* 1. *§. sed quando C. de jur. prop. calum.*

Hanc autem juramenti speciem esse necessarii, ostendit, verbum (exigere) quod importat necessitatem. *Affl.d.*5. *Not. num.* 19.

6 Et generaliter verum est interrogatoriis esse respondendum, quoties actor probabiliter potest ignorare id, super quo adversarium interrogat ne frustra agat, nam & his casibus fraudis,& simulationis factum alienum est, non interrogantis ideò ignarus ipse est, si quæ interrogatio super jure, quod vicino interroganti ex verò contractu competit,non autem super jure ejus:qui simulate egit, igitur respondere tenetur, an fecerit contractum simulatum, pulchrè *Nevizan.cons.* 5. quem sequitur *Jo.Cephal.cons.*260.*quoniam quantum, nu.* 13. *& seq.volum.*2. ubi agit *de interrog.* & *quando eis sit respondendum,*

Advertendum quoque puto, in terminis nostræ constitutionis hujusmodi interrogationis versari circa probationes super causæ meritis, ex quo simulatio difficilis est probationis, cum occultè fiat in contractibus, ut multis probat *Crav.consi.*156. *nu.*7.*juncto tex.hujus constitutionis.*

7 Ideò verum respondit *Neviz. d.cons.*5. *num.*29. *&* 30.interrogatoria admitti etiam ad probandum merita causæ, qua in conclusione malè pungitur à *Jacob Menoch. in tract.de arbitr.lib.*2. *cent.*1. *c.*51. *num.*8.*& seq.* & eodem modo defenditur *Glos. in l.ubicunque in* 2. *respons.D.de inter.actio.* quæ posuit exemplum cum quæritur à debitore an debeat, ut sic ei postea fiat præceptum de solvendo.

Dico enim, quod cum datur verisimilis ignorantia interrogantis in facto alieno, interrogatio propter probationis difficultatem procedit per *l.*2. *&* 3. *de inter.actio.*

8 Verum quæ diximus non ità indistinctè Judex admittet; quoniam interrogationes regulariter non ad litis decisionem, sed causa preparandi judicii fiunt *Andr. Alcia.in l. age cum geminiano, in Glos.super vsr.quæreretur.C.de transact.*quem citat *Præses de Franch. decis.* 263. *num.*11. ubi tractat an lite contestata, parte instante peti possint declarationes.

9 Habentes autem jus protomiseos possunt contrahentes ad jurandum compellere conditione ex hac lege Federici, vel ex simili consuetudine, ita *Bessia de consue. Alver.* loquens *in tit. de retract. art.*32.

10 Potest quoque compelli possidens ad petitionem

nem vicinorum, ut respondeat, & declaret quo titulo possidet, quia cum actio retractus ex duobus causetur ex parte conventi, idest, quod est emptor, & quòd possidet, ad eadem duo cogitur respondere à principio, ut libellus rectè procedat. Igitur à Judice interrogabitur conventus, si tenet, & possidet, ex causa emptionis, & quamvis mentiatur in titulo, non propterea impeditur processus ad ulteriora. *Napod. in consu. ubi domus, ver. ab emptore*, quem debitur allegare *Benedel. hic num.58. in fine, super rubr. Napod.* refert, & sequitur *Affl. §. ut infra 30.num.47.*

11 Ideò autem processus non impeditur: quia non ex sola interrogatione, & responsione conventi producitur actio; sed ea: quæ competit ex hac lege, & similibus, cum proposita fuerit benè probari poterit testibus, aut aliis probationum generibus, juxta tradita per *Menoch. dict. casu 51.col.1. & num.6.& num. 12.* consentit *Nevizano* tenenti *in d. cons. 5.* interrogationes concedi super titulo, quando est causa ipse titulus dandæ certæ actionis, sicut in protomisi est: quæ in illis tribus contractuum titulis locum habet, ut in primo textu notatum est.

12 Et est notabile, quod de simulatione potest opponi non solum post conclusionem in causa, sed etiam tempore allegationum *Joan.Vinc.Anna allegat.77.mota lite.1.par.*

13 Quero, nunquid emptor, & venditor teneantur jurare super vera quantitate precii expressi in instrumento venditionis, quemadmodum super veritate, aut simulatione contractus? solent enim contrahentes ad removendum vicinos à retractu fingere majus precium, quàm verè sit conventum. *Jacob. Novell. hic num.* 50. sentit quòd sic, idest deferri posse juramentum ad petitionem vicini emptori, & venditori, si est fraus in precio scripto, subditque quòd si contrarium ejus; quod juramentum est circa quantitatem precii probatur, ambo puniuntur emptor, & venditor, ut in hac *l.videbis Tiraq.de retr.lignag.§.2.Glos.2.*

14 *Panhormi* de hac ipsa re expressè statutum est, *eod.tit.c. antiquorum civium. vers. Et ne fraus in conventione precii committatur, tàm emptor, quàm venditor jurare cogantur, quòd in rei veritate non plus, neq; minus fuit verè precium venditionis, sed tantum quantum in ipso contractu asseritur fuisse conventum.*

15 Tu autem adverte; quia quantum attinet ad pœnam hic statutam contra fraudatores simulantes de contractu ad contractum, non videtur extendenda constitutio contra eos; qui fraudem faciunt in precio, non solum ea ratione, quòd stricti juris est, nec extendenda, per *Cassan. supra quoque citatum de retrac.§.12.vers.& apres.in fi.*

Sed considera, quoniam in *z. tex.* dum præcipitur invitari vicinos, habetur denunciandum esse justum precium, quantum extraneus emptor verè, & sine fraude dederit, in qua subintellecta prohibitione fraudis, nihil dicitur de pœna in eos: qui precium augent in contractu, vel ut carius vendant vicinis suis, vel ut vicinos arceant à protomisi. Sicut constituitur adversus eos: qui in fraudem vicinorum simulant donationes, permutationes, ac similes contractus, vendentes verè, & ementes, quis enim ignorat non tam offendere legem vicinitatis, qui in quanto decipit, quam qui in toto? quia in quanto non excluduntur solventes illud plus, sed qui contractum pro contractu scribunt, omninò excludunt vicinos suos, & ita legem de protomisi evertentes non tam vicinis, quam legi ipsi fraudem hoc casu faciunt, secus in primo, quæ

16 notabilia differentia probatur apertè *in l. si libertus.D.de jure patro.*

Nec ab re, ubi constitutio hæc de simulatione contractuum agens, pœnam addit sub illis verbis (contra constitutionem nostram simulatè egisse) quia cum fraus sit de contractu ad contractum juxtà distinctionem *Glos.* communiter receptæ *in l.contra. D. de legib. teste ibi Mureto in suis commentariis. fol.*131. non solum sententia legis circumvenitur, sed contra legem committitur. *d. l. contra in fi.cum princ. l.seq. per Dynum in reg.certum est, & Canonist.in c.pleriq; ubi Glos.14.q.3.*

Præterea, ut sit locus pœnæ in nova lege statutæ, & speciali constitutione oportet singulas qualitates expressas in ea verificari, ex doctrina *Jo. And.in c.1. de homic. lib. 6.* ergo ad pœnam infligendam emptori, & venditori simulatio contractus ad contractum probanda est, quia de ea constitutio loquitur.

17 Qua igitur actione utetur vicinus in precio deceptus, cum minori res vendita sit, quàm partes scripserint? videtur contra fallentes actionem de dolore dari. *l. 1. C. de dolo*, vel ex emptionis contractu per *tex.l.arbitrio Judicis. §.de eo. D. de dolo malo.* Verum cum dolus commissus contra aliquē possit purgari actione ex contractu, in quo dolus dicitur intervenisse, dolus non punitur criminaliter. *l.eleganter. in princ.D.eod.probat Aym. consi.6. nu.105.vers.2.contra opinionem.*

18 Sed nunquid quod in *tex.dicitur contra emptores*, & venditores simulatè agentes, ut teneantur jurare, extenditur ad proxenetas, seù contractus mediatores? hi sunt, qui secundum leges non nisi consentientibus emptore, & venditore tenentur deponere, ut in *auth.de testib. §. quoniam per Laufranc.in c.quoniam contra.vers.testium receptiones extra de probat.*

Verum hic etiam ipsi principales tenentur declarare, & jurare, ergo non videntur excusari mediatores, quorum par est affectio, & ratio, ut per *Tiraq.in præfat.de utroq.retroc. nu.26.* quod declara ut infra *vers. Probatum simulatè egisse. num. 23.* tenentur igitur respondere positionibus coacti prout cogitur principalis, & eodem modo Procurator, & Advocatus, adversario instante, non autem ut testes *Jacob.Pute. decisio.294. lib. 2.* Si verò interrogaretur de his, quæ possent scire ante susceptum officium proxenetæ, procurationis, vel Advocationis, tenentur deponere, ut testes, idest, idem *Pute.decisio.56.lib.3.*

19 Hæres quoque emptoris, si ab eo juramentum exigitur de credulitate, non autem de veritate deponet, ex quo non proprium factum est, & in tertio possessore, idem probat *Tiraq. de retr.consan.§. 2.Glos. 2. nu.2. & seq.* & de juramento cessionarii meminit quoq; hic *Bened.in fi.*

20 Rursus ex diverso, & ipsi vicini interrogari ex variis causis solent, & respondere tenentur extraneis emptoribus, ne judicium claudicet, & pejoris conditionis sit actore reus. Ut ecce libellus actoris su-

super simulatione cōtractus allegata nō procederet nisi declaretur species simulationis. *Anchar. consi. 226. nu. 2. Deci. consi. 493.*

Quod intellige, si ipse conventus opponat, & petat declarari speciem simulationis, ita in terminis concludit *Jo: Vincen. de Anna alleg. 77. mota lite.*

Et ratio est evidens; nam id: quod pluribus modis fieri potest, debet declarari, & exprimi per quem modum dicitur simulatum, & in quo si ita adversarius declarari petat. *Bald. in l. ab Anastasio in fi. C. mandati. Paul. Castr. in l. jurisgentium. §. dolo D. de pact. & repeto. in seq. Glos. vers. an in libello.*

21 Quid si requiratur vicinus à contraentibus, ut declaret an velit emere? *Bal. hic nu. 3. & 5.* videtur sentire, quòd non tenetur cum habeat tempus 30. dierum post requisitionem, *& Anton. Gomez. ad leg. Tauri 70. nu. 14.*

22 Solet quoque is: qui vicinitatis jure in venditione præferri vult interrogari, & cū juramēto respondere tenetur, an pro se perat rem vicinam, vel pro alio nomen suum accommodans illi postea cessurus, ut hic notat *Benedel. ante finem §. n. 27. doctissimè Tiraquel. de retr. lignag. §. 5. Glos. 1.*

23 Est autem jurandum sollemniter juxta doctrinam *Innoc. in cap. & si Christus*, extra de jur. jur. nec satis est scribere in libello, quod ita cum juramento affirmat, nisi parte præsente, & Judice, aut si actuarius scripserit juratum esse, tunc enim præsumeretur sollemniter. *Bal. in cap. 1. quid sit investit. §. si enim dominio. Alex. notanter in l. nam, & postea. §. 1. de jur. jur. per Affl. in constit., puritatem. 3. Not.* Ita autem interrogatus jurabit per se, vel per Procuratorem specialem *cap. fi. de jur. calum. Glos. in c. qui ad agendum. de procurat. in 6.*

24 Sed quid in recusante jurare, nec Judicis præcepto obtemperante? in hac constitutione nihil dicitur, quare servanda sunt quæ *not. in l. 1. §. 1 & §. hoc autem judicum. D. si quis jus dic. non obt. & in l. qui restituere D. de rei vend. secundum Tiraq. de retr. lign. §. 2. Glo. 2. in fi.* quem non videtur intellexisse *Benedel.* in suis novissimis animadversionibus ad hunc *tex. ver. sed an si emptor jussus jurare*, dum asserit secundum nostram constitutionem recusantem jurare posse re privari, quod certè constitutio hæc non dicit.

Idem *Bened. in comment. §. ideoque illi. nu. 9.* dicit. Juramentum de quo hic esse pœnale in nolente jurare tàm in actore: qui cadit ab actione, quàm in reo: qui habetur pro confesso. *l. ulti. §. quod si actor. C. de jur. jur. propter calum. tex. est in cap. fin. in fi. extra eo.*

25 Non tamen ante habebitur pro confesso, vel ut sibi deterius, quàm ter, fuerit citatus inserto tenore capitū super quibus responsio petitur, in tertio, & ultimo mandato, juxta notabilem practicam ritus M. Curiæ 120. item servat ipsa Curia, quòd si ubi *Caravi. declarat.*

26 Ubi verò fieret positio per vicinum, & interrogaretur reus conventus, si non possideat rem: quam emit, an tamen sciverit præsentem litem, & controversiam sibi futuram, ut moveretur, isti interrogationi non tenebitur conventus respondere nec summo jure cogendus (licet ob ejus recusationem, Judex subinde perpenderet, & suspicaretur læsam esse recusantis respondere conscientiam. Ita habetur *in tract. locor. commun. action. jur. civil. tit., in quib. causis libel. necess. non requirit., ver. exemplum interrogationis. nu. 20. quod tene menti.*

SUMMARIUM.

1 *Probationes quandoque admittuntur post jusjurandum.*
2 *Jusjurandum, quod pro veritate contractus exigitur, quæ species juramenti sit?*
3 *Juramentum an sit propriè probatio.*
4 *Judicis decretum simulationem non tollit.*

Post juramentum.

1 Post juramentum) Videbatur contrarium; nempè postquam juratum, quod verè, & non per simulationem donatum est, aut permutatum, nullas admittendas esse pro vicinis probationes, authoritate juramenti. *Afflict. hic 5. not. & decisio. 63.*

Sed hic casus favore habentium jus protomis. potuit specialiter lege hac excipi. per *l. 1. in fi. C. de jur. jur.*

2 Et quia juramentum hoc necessarium est, secundum *Affl.* vel ut dicit *Bened. nu. 9.* cum prælletur exemplo juramenti de calumnia, non obstabit, neque per illud veritati litis fit præjudicium, ut *C. de jur. juran propter calum.*

Sed & dici potest judiciale respectivè, quoniam verbum (exigere) in judicio exponitur per *Glos. in l. cum quis, C. de jur. jur.*

Item aliis placuit hoc juramentum dici debere purgationis: ad quod regulariter sine magnis suspicionibus astringendus non esset, qui publico instrumento utitur, cum simulatio contra prætenditur *Anto. Fab. lib. 4. sui Codicis tit. 14. de probatio. definit. 51. & 59.* ubi dicit per hoc juramentum purgationis non excludi probationes, quæ postea in contrarium afferi possunt, quod non est in juramento decisorio, vel suppletivo. Itaq; probationes simulationis salvas manere vult, neque per juramentum præjudicium fieri, ad propositum nostri *tex.*

3 An autem juramentum habeatur pro legitima probatione controversia est, sed cum pars interrogationi respondet, vel positioni, ut hic non dici probationem propriè tenet *Hier. Caval. comm. opin. qu. 7.*

4 Quid si decretum Judicis cōtractui accedat, an adhuc simulatio allegari, & probari possit, & non prodesse decretum receptum, est cum potuerit Judex circumveniri, neque causæ cognitio esse potest, ubi actus simulatur, ideò decretum nullum *Bal. decis. 183.* quem refert collector *commun. U. J. opin. de contracti. loco 4. c. 2. in fi. fol. 3.*

SUMMARIUM.

1 *Dictio post quid importat.*

Glos. Post Juramentum. Ant. Caputi.

1 An debeat contrarium ejus, quod juratum est constare in continenti? dic quod non. Nam dictio post, significat, quòd etiam ex intervallo potest quæri, ut *not. Glos. ff. de jur. jur. l. non erit. §. fin.* & de hoc *Bar. ff. solu. matrim. l. fructus in fine, post Dynum. Anto. Caput.*

SUM-

SUMMARIUM.

Probatum fuerit simulatè egisse.

Probatum fuit simulatè egisse) Practicemus modò quomodo simulatio in judicium deducenda sit & probanda ad finem obtinendi. Libellus variè concipitur secundum factorum diversitates, præsuppositâ fraude, & simulatione, quæ variis modis committitur.

1 Sed an fictus donatarius, idest, cui simulatè donatum est, vocandus erit? *Bened. in princ. §. causa verò dotis. nu. 12. in fi. dicit sic.* Nota practicam, quòd citatur emptor ad recipiendum precium, & donatarius ad restituendam possessionem, qua autem lege, vel ratione, vel doctoris authoritate probetur nihil dicit.

2 Ubi fraus allegaretur, quoniam revocatoria opus est, cum contractus ipso jure teneat, non idem est allegata simulatione: in qua non revocatoria sententia, sed declaratoria nullitatis contractus, ut post *Barto. in l. post contractum. num. 3. de donat.* tradit *Berous in consi. 145. nu. 30. lib. 2. Hier. Magon. decisio. 76. nu. 2. Rota Florent.*

Quia verò superius probavimus, prohiberi simulationes contractuum, & contra constitutionem hanc facere eos: qui simulatè agunt in fraudem vicinorum, & probatur ibi (contra constitutionem nostram, &c.

3 Sine dubio nullum est, quod simulatum probatur, tanquam factum ad evertendum hanc legem, *ex tex. valdè notab. in l. si libertus D. de jur. patron.*

de

de quo tex. habes D. Joan. Andr. de Georg. allegat. 22.à *nu.*2.*&* 4.

4 Attamen cum etiam ex contractu nullo transferatur possessio, cum sit quid facti. *Bart. & DD. in l.*1.*§. si vir uxori. D. de acq. poss.* citandus est iste qui possidet, non tanquam donatarius, aut permutans propter nullitatem tituli præsupposita simulatione, sed tanquam emptor extraneus ex vero contractu: in quo vicinus est præferendus, quod benè probat *tex.* qui simulatè agentes nominat venditores, & emptores; denominando eos ex contractu vero, non esse simulato.

5 Hinc infertur non rectè loquutum *Afflic. hic num.* 28. dum docet libellum debere concipi tanquam contractus ipso jure valuerit, sed per sententiam sit annullandus, licet benè dicat quòd contra emptorem agitur rei possessorem, & ab eo petitur res jure congrui, non obstante simulatione contractus. In eadem quoque opinione, scilicet opus esse actione revocatoria ob fraudem videtur. *Napod. in* 1. *consue. eo. tit. ver. possidet*, sequitur *Afflic. in §.*3.6. *Notab.* sed loquuntur, de his; quæ in fraudem, nos etiam de simulatione.

6 An in libello sit exprimenda fraudis, & simulationis species? & respon. quòd sic alias non procederet. *Castren. in l. jurisgentium. §. dolo. D. de pact.* concordantes per *Annam singul.* 313. *ver. libellus contractus simulati.*

Idque intelligit Anna, parte petente; nam omnia sunt declaranda si pars non petit, procedit libellus generalis, *in alleg.*77.*nu.*1. *&* 10. *per l. fi. C. de Anna. excep. & dixi supra ver. exigere juramentum. nu.*20.

Peti autem potest declaratio, & facienda est, tàm ante terminum probatorium, quàm post terminum respectivè ad finem deliberandi, vel defendendi testimonio *Joan. Thom. de Minad.* refert idem *Anna singul.*316. quod tamen non potui persuadere cuidam Judici, cujus nomen sileo.

7 Practicam articulandi fraudem, & simulationem, disce à textu hujus constitutionis. Primum est, quod conventio de vendendo, & emendo habita est, vel de locando, vel de in emphyteosim dando Titio non vicino, sed extraneo contrahenti, & iste verè fuit inter partes tractatus, hoc docemur ex *tex.* ibi nisi fortè quis vendendo, &c.

Secundum est, quòd licet ità actum ab his foret, tamen pro contractu dictæ venditionis, vel locationis, vel emphyteosis apparenter donatio, vel permutatio, vel similis contractus processit, ex *tex.* ibi (simulatè donaverit.)

Tertium est, quod causa: qua ita fingeretur, & simularetur, fuit ad finem effugiendi congruum in fraudem vicinitatis, & ea de causa ita ab initio sibi vendendo, & emendo caverunt, ex *tex.* ibi contra constitutionem nostram simulatè egisse.

Suntque hæc communibus regulis consona; nam cum non in omni contractu simulatio sit prohibita, cum certi sint contractus: in quibus jus protomis. locum habet, ac in iis prohibeatur simulatio non nisi favore eorum: qui jus habent protomis. necesse est, quòd qui asserit contractum simulatum, debeat id concludenter & specificè deducere, neq; satis esset probare causam simulationis simpliciter, sed etiam ab initio contractus intervenerit, neque enim sufficeret si ex post facto id ageretur; ad *tex. singularem l.*4.*§. si ab ignoto. D. de manumiss. Bald. in l. unicâ. qu.* 10. *C. si serv. ext.* & tàm in actore, quàm in convento: qui super simulatione se se fundant, probat notanter *Bart. consi.* 65. *Petrus Nicola. num.* 4. alios congerit *Rolan. à Valle consi.*47.*n.*25.*& seq. lib.*4.

In terminis exornat *And. Tiraqu. de retrac. lignag. §.*1.*Glos.*14.*num.*24. *& seq.* propè perpetuum, est, inquit, ut contractus simulatio, & fraus declaretur, detegaturque ex tractatu præcedenti, & id quidem magis, quàm ex sequenti, & vide *Albens. consi.*9.*nu.*7. *Paris. consi.*56.*lib.*1.

9 Sed cum primum dixerimus poni oportere conventionem emendi, & vendendi, adverte: quòd si quandoque testes de certo precio non deponunt, (id enim necessarium est juxtà contractus naturam) probant tamen contractum; quandoquidem vicini agentes pro retractu sunt veluti tertii, & alii ab emptore, & venditore, propterea talis probatio admittenda est, quo etiam casu precium: quod nescitur cerditudinariè declarari solet officio Judicis ex decisione *Bald. in l.*1. *C. de reb. alie. non alie. Paul. de Castr. in l.* 1. *C. de rei vendic. Hippol. singul.*38. *in syntag. commu. opin. univer. jur. de contractib. loco* 4. *c.*8. *pag.*35. *col.* 2. *tit.* 8. *de empt. & vend.*

10 Qui verò se defendit, excipere debet, quòd & si tractatus de vendendo dicitur fuisse, ille tamen caruit effectu ideò eo tempore nihil actum est, sed postea intervallo temporis posito, de permutando tantum verè palam, & bona fide convenit. *Afflic. hic vers.*3. *probatur. num.*10. cui accedit *Cassan. de retrac. §.*12.*vers. se la fraude. nu.*17.

11 Et quia contractus permutationis ex se non præsumitur in fraudem, cum sit titulus onerosus, secundum *Napod. consuet. & si testator. ver. disponere. nu.*15.*& seq.*

12 Et qui pro donatione se defendit, excipiet adversus fraudem, præcessisse deliberationem de donando, atq; antea donatorem dixisse velle donare, non autem vendere, probatio enim præcedentis deliberationis excludit fraudis præsumptionem, ex his: quæ ponit *Paris. consi.*13.*vol.*1.

Maximè si probaretur causa motiva donandi. *Anto. Capyc. decis.*85.

13 Nam conjectura inducens fraudis præsumptionem, tolli potest probata causa donationis, intellige. Nisi plures concurrent præsumptiones ad fraudem arguendam, ut in alio proposito non longè absimili respondet *Dom. Joan. Andr. Georg. alleg.* 82.*nu.*37.

14 Articulorum autem probatio habenda est, aut ab iisdemmet contrahentibus, aut aliunde, quod habetur *in tex. constit. & not. Afflic. in §. nisi quis in princ. & dixi supra Glos. Simulatè donaverit. in dubio autem.*

A contrahentibus duobus modis. primo in judicio, ut dictum est, propter verbum (exigere juramentum) idque caret difficultate, fatentibus illis veritatem rei gestæ: cum nulla major probatio, &c. *Affl.*4.*Not. num.*5. *Cassane. de retr. §.*12. *tex. ou par le serment.*

15 Secundo extrajudicium: quod contingit, vel vicino præsente, vel absente, & dic ut per *Affli. nu.* 6. *&* 7. quoniam etiam absente vicino nocet confitenti; cum tendat ad declarationem actus gesti, post

post *Afflict.Cassane. in dict. ver. ou par le serment. num.4.& seq.*

16 Quòd si emptor negat simulatè egisse, venditor fatetur, ista confessio non est satis ad obtinendum contra emptorem: qui habet pro sua negatione contractum palam celebratum donationis, vel alterius, in quo non habet locum jus protomis. ideò debet actor simulationem aliis modis fulcire, & supplere. E contrario verò reus debet elidere, & enervare illam confessionem venditoris aliquo modo repulsando, *Affli. hic in fi. num.* 29. & 30. *Cassan.ibi nu.9.vers. sed quaero pone quòd proximus, Bened.in Anima ver.vers. & delato juramento emptori: exornatque Tiraq.§.1.de retr. lignag. Glo.* 14. *num.*46.& 53. quem sequitur *meritiss. Praes. Vincen.de Franch.decis.60.num.*13.& 14.

17 In eo autem, quod *Affl.ct. & Cassaneus* afferunt, locum esse juramento suppletorio ad probationem simulationis acceptatae per solum venditorem, praesupposito quòd is semiplenè fidem fecerit pro vicino, vel consanguineo dissentit ipse *Tiraqu. d.num.* 53. Ipse enim consanguineus, vel vicinus, qui ad supplendam probationem juraret, de alieno facto juraret, & deponeret. Nec Judex pati debet jurare ignorantem verisimiliter, allegatam fraudem, est enim is: qui jurat quasi testis: qui debet scire veritatem per sensum corporis. *Glo.magistra in l.bona fidei.C.de reb.cred.Bart. & alii in l. admonendi. D. de jur.jur.*

18 Addo, quòd sivè principaliter poena perjurii incurratur, sivè incidenter, nunquam est locus juramento suppletorio, ut & sentit *Affl.c. hic nu.*30. *ergo &c. bene facit decis. Cappel.* [illegible] *decis.* 143. item fuit quaesitum, ubi est bona [illegible] *Jo. Arno. soliloq.* 69. *si actum est injuriarum. Marsil. singul.* 635.*Cat.Cotta in suis memoriis.ver. Poenam petens.*

19 Propterea docetur actor allegans simulationem, ut libellum concipiat, concludens ad emendam pecuniariam tantum contra eos qui simulatè egerunt jus protomis. evitandi gratia: ex his: quae docet *notab.Boer.decis.86.num* 5. *vers. sed praedictam limitationem intelligerem, & Afflict.in fine hic.*

Nam si proponet emptorem, & venditorem simulatè egisse in fraudem suis juris protomis. ac propterea uti perjuros puniendos, non esset locus juramento necessario, vel suppletorio, ex quo sustinebunt perjurii poenam, ut *in tex.*

20 In petitione igitur civili actor si ad jurandum admitteretur, non quidem de veritate jurare potest propter verisimilem ignorantiam alieni facti, sed de credulitate, quamvis secundum leges Longobardas admitteretur ad jurandum etiam de eo: quod penitus ignoratur, *Glos. not. in l. si contingerit.* qual. quis se defen.debeat. per illum *tex.* quam ordinationem reprehendit *Andr. Iser.in cap.uni.de not.feud.in fine*, & vide *Tiraquel. de retrac. lignag. §.2.Glos.2.n.2.& sequen.*

21 At si reus, timens ne Judex actori in supplementum probationis juramentum deferat, afferat actorem esse sibi suspectum, ex hoc non posse juramento suppletivo esse locum tenet *Mascar.de probatio. volum.1.quaest.9.n.*56.

Sed contradicit ei *Hieronym. de Caval. commun. opin.contr. commu.q.3.num.*24. dicitque omnia dependere ab arbitrio Judicis: cui non debet cautelis obviari.

22 Probatio per testes distinguenda videtur duobus modis. Primo, cum de ipsa fraude, & simulatione deponunt. Secundo, cum judiciis, & conjecturis ad fraudem, & simulationem praesumendam. quae duo capita videbis apud *Afflic.* hic latè tractata.4. *Not. num.* 8. & 10. quem sequitur *Cassan. rub.*10.§.12.*in tex.se la fraude es trovev.*

De fraude, & simulatione difficillimum est habere specificas probationes, cum clam fiat, ideò rarò primus modus practicatur, neque enim potest liquidè probari, sed recurritur ad conjecturas verisimiles, sicut in dolo. *Jaco. Butrig. in l. cum ea, in addit.ver.tertio adverte. C.de transac.* & est secundus modus.

23 Specifica verò probatio à nemine melius habetur, quam à mediatoribus contractus: quos dicunt proxenetas, proloquutores, & amicabiles compositores, hique volentes testificari admittuntur, sicut alii testes, & probant, ex relatis per *Petr. Beninten. decis.Bonon.*61.*nu.*7.& 8.ubi & *Tiraq.meminit.*

Quibus consentio, dummodo mediatores isti non peterent lucrum ex proxenetico, propter ea: quae *Bald.notanter dixit consi.*50. *vol.*2. *vide Gabr. Roma concl.1.de testib.*

24 Cùm nemo volens spontè fraudem, & simulationem detegat recurritur ad monitoria generalia ad finem habendi revelationes, sed aliquando contradixi motus: quia juxta decretum S.C.Trident. *sess.25.de reformat.cap* 3. non de re levi concedenda sunt. Nam qui emit non dicitur augere patrimonium, ex quo solvit precium, sicut qui vendit non minuit cum habeat precium, dicit *Napod. in consu quartam autem.ver.ante quartae constitutionem, merit ss.Praes.de Franch.decis.*435.*num.*20.21. & 29.

25 Et qui non utitur jure congrui cedendo, vel renunciando jus praelationis, non dicitur alienare suum. Neq; dimittere aliquid de proprio, imò experientia docuit multos pro retrahendis rebus vicinis aere alieno gravatos, cum non haberent praesentem pecuniam, cursu temporis oneri succubuisse cum amissione propriae rei, & rei retractae, ut novissimè considerat in Universitate volente praeferri, & ad Regium Demanium admittit *D. Jo: And.Georg.alleg.7.nu.*14.& 15.& 25. *juncto d. c.*3. *Concil.Trid.ibi* (pro perditis, aut subtractis rebus ferri solent.)

26 Et minus extraneis emptoribus concedi deberent ab ordinariis hujusmodi generales monitiones, & excommunicationes ad finem revelandi; Nam eorum non interest rem à vicinis retrahi, quoties timent, quòd vicini non ad eorum commodum, sed pro aliis ad retractum veniunt, habent enim ipsi extranei precium restitutum, & idemnes fiunt necessitate legis hujus. *Affic.ad rubri.de jur. protom.nu.*10.*vers.*8. Princeps melius probat *Bald. in eod.tract.nu.*6. concludens, quòd extraneus emptor, donec potest res jure protomiseos avocari, non potest conquaeri de fraude, nec de laesione.

27 Sed pro vicinis de fraude, & simulatione conquaerentibus practicanter iste monitiones, & excommunicatio contra non revelantes, & qui scit & non revelat, tenetur ad omnè damnum: quod evenit vicino, dicit *Thomas Zerula in praxi episco.ver.jus congruum.*

Idque posset habere locum, quoties magni interesset

resset vicini, & ingens locum amitteret, si deesset competere retractus, ex his: quæ ponit *Arno. Ferron. in consuet. Burg. de retract. §. 15. ver. pracium rei ipsa persolvendum. Nevizan. Sylv. nuptia. vers. monitoria. num. 49.* latè examinat *Jo; Gutiir. canon, quastio. lib. 1. c. 2. nu. 61. Praxis Archiepisc. Neap. c. 1. nu. 7. novissimè Petr. Anto. Lazar. cano. practic. & quastio. sectio. 1. quast. 18. n. 3.*

Quod erit ab Episcopo examinandum, ut talis sit causa: quæ ejus animum moveat, cum totum hoc in ejus arbitrio, & conscientia sit positum, per *tex. d. c. 3.* & ideò dolet *Navarr. consi. 10. de offic. jud. ordi. vers. his tamen non obstantibus, quod plurimi plurimum errant in his monitionibus: quas super rebus perditis, & furto subtractis passim solent dare Ordinarii.*

28 Verum dubitari solet, cum hæ conventiones, & cautiones in secreto fiant amici; de quibus fidendum est, & qui secretorum, custodes esse debent, tenentur ne propalare, & quid si nemini dicere se jurejurando astrinxerunt? *Andr. Isern., & Afflic. in c. 1. quib. mod. feud. amitto quadum* notatu digna recolunt pro custodiendo secreto, & non revelando, etiam si expressè non sit promissum, quòd non pandent.

Quod tamen restringitur, nisi superiore cogente assumerentur in testes; quoniam & testificari, & revelare tenentur, omnis enim præcedens promissio, & juramentum intelligendum est, excepta Superioris authoritate, & sine justa causa, *Innoc. in c. qualiter, & quando, in fine, de accusat, cum aliis per Marsi.* [illegible] *quast. 424. Sylva nuptialis lib. 3. in princ. nu. 45. ampl. 5. Caravi. super ritu.* Item, quod omnes officiales. *3. nu. 9. 11. & 12.*

Majus dubium est in Advocato. Nam in facti contingentia refert hic *Bened, in animadvers.* Advocatos vi monitorialium propalasse omnem præcedentem fraudis tractatum ad effugiendum jus retractus. Sed cave namque Advocatus non modò non tenetur prodere ea; quæ scit occasione consilii: quod clienti præstitit, quinimo obligatur ad ea cœlandum. *Afflic. in constit. Advocatorum. 2. Not, vers. & si Advocatus sciat, sequitur Pras. de Franch. decisio. 222. nu. 10. & inde.*

Vereor tamen ne, & ipse Advocatus tenetur, est enim res illicita: quæ secretò committitur, quare neque si jurasset excusatur a non revelando illicito. *Glos. in c. ego N. ver. nulli pandam, de jurejuran. ubi Abb. & cateri, Rom. sing. 512.*

29 Sicut nec juramento ipse contractus simulatus; quem res reprobat, & illicitum facit, comprobatur *Roman. consi. 44. Anto. Burt. & Imol. in c. cum contingat. de jurejuran. vide infra Glos. fieret irrita.* idest in præjuditium tertii, idest vicini, ex traditis per *Hier. de Cavall. commun. opin. contr. commu. qu.* 502.

Ego si casus accideret, & Advocatus consulissem aliquid tale, (quod certè non feci.) metu excommunicationis, & si non dicerem publicè revelando, cum ipse solus scirem secretum. Prælato tamen admoventi in secreto detegerem: qui posset providere charitate paterna partes componendo, ex his: quæ notanter colligit *Nevi. in d. Sylva, num. 45. in fi. ubi meminit Rosar. Busti. Franc. Rip. de peste, & alios.*

30 Neque enim teneor, indicare memet ipsum, quandiù non sum infamatus illicitæ rei consilium præbuisse, de quò latè *Neviz. ibi. 4. ampl. nu. 36. & inde.*

Vide *Petr. Foller. in praxi crimin. Cano. 2. par. Judic. ver. testibus diligenter examinandis. n. 33.*

Est que notatu dignum, quod observandum tradit *Anto. Fab. in suo C. lib. 4. de probatio. definit,* 54. idest lite contestata, cum ad instantiam litigantium petuntur, & conceduntur monitoria, poni solere clausulam (parte, & consilio exceptis) pro consilio intelligens Advocatum, & Procuratorem, qui tenetur servare secretum sui clientis, & *definit. 68. eo. tit.*

31 Atque in majori discrimine videtur esse Notarius maximè jure Longobardo, qui cum constituebantur juramento subjicebantur, nullatenus colludium scribere, & qui hoc fecisse præterito tempore inventus fuerit, ut præsentialiter damnetur, idest hoc tempore puniatur pro crimine præterito, *tex. est in l. 25. de offic. Iud. in Longob. ubi Not.*

Unde non possum non admirari, tàm facile monitorialia concedi, dum crimen illiciti concludii, & simulationis, & dolosæ fraudis exponitur, & personæ certæ nominantur, quæ in contractu asseruntur fraudem commisisse, & simulatè egisse, quo quidem casu cum adversarii certi sint, & hujusmodi edicta, & monitoria generalia sint, non specialia concedenda minimè sunt. *Sylva ibidem nu. 48. vers. limita. secundo, & 4. limita. nu. 50.*

32 Est quoque unum de requisitis in hujusmodi monitoriis concedendis, non esse certum, in quem conceduntur, aliqui via ordinaria expediri oporteret. *Rimin.* [illegible] *consi. 357. vol. 4.* ut eum refert, & sequitur *Joan.* [illegible] *Costa de remediis subsidiar, c. 14. in prin. vers.* [illegible] *est,*

Illud quoque ab ordinario cavendum omninò animadvertimus, ut cum petuntur, & publicantur non desit verbis modestia, si enim futurum sit, ut alter infametur, ejusque æstimatio injuriosè lædatur per expressionem colludii, fraudis, & simulationis, minimè ista concedantur, ut optimè docet idem *Anto. Fab. d. tit. de probatio. definit. 49.*

33 Formabis igitur sic. Coram Reverendiss. Episcopo exponit Titius fuisse alienatum prædium conjunctum, & confine suo, quod habet in tali loco, & cum ignoret veritatem contractus habiti inter C. & P, & veratur ne aliter scriptum, quàm contractum ad excludendum ipsum exponentem; cujus valdè interest illud habere jure vicinitatis, & congrui, pretio, & sine fraude convento. Supplicat monitoria sibi generalia concedi veritatis detegendæ gratia.

34 Idemque observandum puto in ea facti specie per *d. Jo. Baptist. Cost. remed. 13. nu. 8. & seq.* asserentem, concessas monitiones hujusmodi ad detegendam simulationem venditionis factæ prædii censiti in personam immunem pro evitando onere collectæ, non obstante publico instrumento solemni, & jurejurando vallato, causa scilicet, ut verbis temperetur; nam ut ait *Apost. Jacob. 3,* si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Offendere autem, & verbis dicitur, qui scribendo injuriam infert. *Roman. consi. 378.* fit tamen minor in genere, quam cum in specie *Alcia. consi. 40. nu. 7. lib. 5. August. Bero. consi. 161. vol. 3.* Adhæc eadem vid. is dictum *Anto. Fab. citato tit. definet. 50.* Sed quod ipse

ipse de significatione dicit loco, & vice monitorialium permittenda, ne quis in iis publicè infamia afficiatur, apud nos non servatur.

35 Sed quòt testes requiruntur, & sufficient adversus instrumentum, cum tractetur de annullanda fide publicæ scripturæ? doctores variè opinati sunt itaut communem contrà communem adducat *Hieron. de Caval. quæst.43. in speculo commu.contra commu.* resolvi tamen potest quæstio ex his: quæ distinctè tradit *Jacob. Menoch. de arbitr. jud. lib.2. cent.2. casu* 105. *plenè Thor. Grammat. consi.51.nu.4.& 5.*

Verum nos non dicimus contra instrumentum, quòd non est in se verum puta quia partes contrahentes aliter dixerunt, quàm quod notarius scripsit, arguentes falsum, ut doctores ibi quærunt, & resolvunt.

Sed contractui, in vero instrumento maliciosè posito, contradicimus, quia simulatus, & imaginarius in fraudem vicinorum compositus fuit, hic enim potest esse unus ex illis modis: quos DD. ponunt, & *Pau.de Castr. in l.jurisgentium. §.dolo.de pactis.*

36 Testes autem quomodò scientiæ causam reddere debent, ut videantur habuisse veram notitiam contractus: qui simulatè initus dicitur, pulchrè *Alex. consi. 28. vers. non obstat etiam si dixerunt. vol.5.*

37 Secundus probandæ fraudis, & simulationis est propter testimonia de judiciis, & conjecturis, qui modus est frequētior propter defectū veræ, & lucidæ probationis, idq; in omnibus simulationibus uti regulare, probat *Afflic. in cap.1. de feud.dat.in vic. leg.comm.nu.11.* quem cæteris hac in re diligentiorem commemorat *Alvar.Valas.consul. tom.1. consi. 5.nu.21. vers.5.casus.*

Et in hac congrui, & protomiseos materia valdè accuratè idem *Afflic.hic num.10.vers.3. probatur, post quem Benedel.à nu.5. vers.simulatio cum clam fiat.*

38 Sed videtur obstare; quòd cum agatur hic de amissione rei, & precii, probatio simulationis à statuto requisita debet verè probari, non præsumptivè ex indiciis, & conjecturis: ut in alio proposito *Ferran.Gargia.consi.72. nu.5.* Sed resp. quòd erravit malè confundens præsumptionem cum fictione de qua loquitur *l.3. §.hac verba D.de neg.gest.*

Plures conjecturas, quas simulatus contractus argui potest enumerat *Borgni.Cavalc.decis.48.* Sed & casus ferè innumerabiles ad arguendum dolum fraudem, & hujusmodi hominum malicias congerit *Luc.de Pen.in l.quemadmodum, Cod. de agric. & cens. lib.11. & vide Joseph. Ludov. comm. opin. conclu.51. qui ponit 32.conjecturas ad judicandum contractum simulatum.*

39 Tres autem conjecturas requiri, quibus simulatio probetur, dicunt communiter doctores, teste *Paulo Castr.consi.74.vol.2. Vivi.commu.opin.relatus in Syntag.opin.de Magistr.loco.2. c.11. fol.171.* ubi in proposito juris hujus protomis. agunt, a quibus stat *Rolan.à Vall.consi.5.lib.4.aliis est consi.47.*

Sufficere tamen duas probatas esse, ex magis communi asserit *Paris.consi.54. nu.8. & 62. lib.1.* ut cum refert *Bened. hic nu.5. vers.simulatio quippe*, cujus opinionis ratio affertur per *Aym. consi. 156.num.7.*

Ego accedo his: qui tres volunt esse: quibus videtur consentire *Afflic.decis.40.nu.18.*

Vel conciliemus distinguentes, alias esse leves conjecturas, & præsumptiones verisimiles, & debilia argumenta, & hæ, quamvis sufficere videantur ad probandam simulationem ex adductis authoritatibus. *Aym.d.consi.156.* non tamen debent esse minores tribus. Secus si concludentes forent, & quæ conjecturæ videntur perfectæ; & satis essent duæ.

40 Ad hujus distinctionis probationem utor eodem argumento: quo *Aym.& ibi*, & qui cum eo sentiunt, dicunt enim. Sicut in materia probabili per testes, regulariter duo testes sufficiunt, per *l. ubi numerus. D. de testib.* ita in materia per testes non probabili: in qua præsumptiones subrogantur loco testium sufficere debent duæ præsumptiones ut subrogatum sapiat naturam ejus: in cujus locum fit subrogatio. *l.si cum §.qui injuriarum.D.si quis caut.*

Nunc glosa majorem propositionem respondens, & distinctionem probans, cum quid per testes probabile, contrariam habet juris præsumptionem, sicut est in proposito improbato permutationis, vel donationis: quæ per instrumentum constat, nō nisi per tres testes idoneos probandum est, & tunc duo testes sufficiunt, quando hi duo sunt multum excellentes, ut ex Speculatore *Jaso.* & aliis proponit in terminis retractus. *Cassane.eod.titu.§.12.nu. 12.& 13.*

41 Duas ergo conjecturas multum excellentes admittemus, & nī expellant, requiremus tres, ut dicamus simulatum contractum contra tenorem instrumenti. Atque ita Judex debet regulare, & non vendere baractando suum arbitrium, dum habetur, conjecturas sufficientes in probanda simulatione remitti ejus arbitrio per *Afflic. d.decis.40. Aym. d. consi.nu.14. Jacob.Menoc.de arbitr.lib.2.cent.3.cas. 247. Surdus: qui concordantes citat.decis.23.in fin.*

Animadvertet in primis, que sit in teste peritia, dum deponit de tenore, vel contra tenorem instrumenti, neque enim probat si non est peritus. *Surd consi.144.nu.2.*

Pariter, & respectu quantitatis: quæ in contractum deducitur, differentia est jure regni; quia in minori quantitate, duorum, in majori trium testium subscriptiones requiri, habetur in constit. instrumentum robur, *tit.de fide, & author.instrum.*

42 Ex quibus præmissis confunditur apertissimè, quod nimis perfunctoriè posuit *Benedel. in princi. constitu.nu.69.& seq.in ea quæst.* cum separatim re vendita vicinus ex propinquitate reliquæ partis petit etiam primam: cui non erat conjunctus, vult enim ipse admitti ad retractum propter fraudis conjecturam, si ità Judicii videbitur, neque aliud requiri; nam inquit, si vis inspice Judicis arbitrium: *cui id omne dignoscendum relinquitur, res alia non indigebit discussione, & quod Judicis arbitrio committatur cognitio fraudis pugnam hanc omnem dirimendo, est tex.secundum eum in c. de causis de offic.& potest Judi.deleg.*

Sed non advertit, quod ibi præsupponitur contumacia, quæ si nullam habet, à jure pœnam statutam; tunc Judicis arbitrio ex circumstantiis infligitur, ut *tex.idem habet*, & omnes notant, in hac vero constitutione expresse requiritur probatio

fraudis, & simulationis, igitur non soli Judicis arbitrio stabimus, unde sententia efficiatur venalis, & justitia vendatur, contra *c. non sane.* 14. *quæst.* 5. 11. q. 3. non licet &c; ab omni specie, ultra de vita, & honest. cler. Venditur autem plerumque ab his qui jurisdictioni, precio dato, præficiuntur, ad *c.* 1. *&* 2. *extra ne prælat. vic. suas.*

43 Probatur autem non solum testibus iis modis quos diximus, simulatio, sed & literis, sivè scriptura, communis est opinio relata in *syntag. opin. de contractib. loco.* 4. *cap.* 2. *verf. Simulatio contractus*, *ex Vivio opin.* 185. *lib.* 1. *E Suarez.*

44 *Afflic. hic nu.* 8. *verf.* 2. *dico*, tangit hoc probationis genus, dum ponit, quod probatio fraudis, & simulationis per testes non procedit, cum contractus esset factus in scripturis scriptura existente de substantia contractus; quia tunc non posset contrarium probari nisi per scripturam, allegat *Petr. de Perus. in cap. ad nostrum, de empt. & vend*, & notata in *l. generaliter. C. de non nume. pecu. declarat Cassan. in consue. Burgun. de retract.* §. 12. *nu.* 7. *&* 8. *verf. si la fraude*, quando quis vult probare contra tenorem instrumenti, secus si contra sollemnitatem, vel præsumptionem.

Tu autem exemplifica in propriis terminis nostri Juris protomis. ubi quis vellet probare simulationem in contractu emphyteusis, puta quod convenerunt Titius, & Mævius super ipsa emphyteosi, in qua per constit. hanc locum habet congruum ad fraudem verò vicinorum finxerunt alium contractum; qui enim ita simulatum diceret contractum, deberet ipsam emphyteosim non nisi in scriptis probare cum non aliter ab initio valeat contractus *Glos. & commu. dd. in l.* 1. *C. de jur. emphyt*, quos sequitur *Jul. Clar. in §. emphyteusis quæst.* 4.

Quid è contrario stante consuetudine, ut in emphyteusi cesset jus congrui, & instrumentum esset celebratum de emphyteusi, contra quod vicini allegarent simulationem pretendentes in rei veritate fecisse contractum emptionis, & venditionis, & videtur non admitti probationem per testes per præmissam rationem, quòd necessaria est scriptura in emphyteusi, ut arguit *Affl. in terminis consuet. Neap. de jur. congrui decis.* 72. *Nardus Andr. n.* 7.

Intelligit tamen *Affli.* ibi quoties testes non essent concordes in deponendo super ipsa simulatione secus si probarent tenorem ipsius contractus emptionis verè gestæ, quoniam tunc attenderetur verus contractus empti, non simulatus emphyteosis.

Ratio differentiæ hujus casus, & præcedentis est prompta, quia cum simulatur emi, quòd in emphyteosim verè accipitur, probanda est emphyteusis, & ejus tenor; qui non aliter quam in scriptis ab initio fit, sed cum simulatur emphyteusis apparenter, probanda est emptio verè contracta: cujus tenor non indiget scriptura, sed satis est testibus probari consensum de re, & precio. *l. non idcirco. C. de contrahen. empt. declarando ea tradita in l. contractus, C. de fide instrum.*

45 Sed Neapoli Specialis est consuetudo, quòd instrumenta curialisca non possunt per testes argui simulata, dummodo ille: qui habet instrumentum pro se, sit in possessione rei: de qua agitur. *consuet. contra instrumenta in princ. situ. de instrum. confec. per curial.* Et tamen venditio; cujus est ibi mentio non requirit ad sui perfectionem instrumentum etiam secundum illas consuetudines, ut *not. in consuetu.* 1. *de contrab. empt. & arris. dand.*

46 Hoc: quod de possessione rei tetigi, in controversiam venire solet quoties de fraude, & simulatione quæritur. Nam si qui emit, & postea donavit, quamvis dixerimus supra ver. simulatè donaverit, non esse locum protomisi, vel congruo, id procedere videtur, dummodo possideat donatarius; quoniam si post donationem emptor idem reperiatur possidere, donatio dicitur in fraudem. *Afflict. not. in* §. 3. *num.* 8. *in fi. &* §. 4. *num.* 16. *verf. in contractu autem donationis*, allegat *tex. l. sicut. §. supervacuum. D. quib. mod. pig. vel hyp. sol. Bart. in l. post contractum D. de donat. & est de mente Napoda. in consuet. si quis emit. ver. possidet.*

Namque, ut dicit *Bart. in d. l. post contractum. verf. sed quid si venditor.* ubi in contractu adest suspicio fraudis requiritur corporalis traditio, neque precarium tolleret simulationis presumptionem *Jo: Thom. Minad. consi.* 28. *Francisc. Ant. Villa; qui in terminis fraudis ad excludendos vicinos loquitur post Napod. in consuet. Instrumenta. ver. pervenerit. tit. de instrum. confec. per Curial.* dum notant secundum illas consuetudines in donationibus requiri rei donatæ possessionis traditionem; quia tales donationes fiebant plerumque in fraudem, vel ut fraudarent aliquos jure congrui, & ob hoc donabant, vel permutabant, quoniam his contractibus cessat jus congrui, vel ut aliquos excessus committerent, &c. *Napodan. Joan. de Amicis consi.* 1. *verf. & in casu nostro, agens de conjecturis fraudis juxta constit. Sancimus subdit.* Tanto clarius evidenter apparet fraus; quia post donationem & semper donatores conventi tenuerunt, & possederunt, ac tenent, & possident domum: de qua agitur, eamque fabricarunt, & reparaverunt eorum sumptibus, per *l. sicut. §. supervacuum. quib. mod. pig. vel hyp. sol. Bart. in d. l. post contractum, & Modern. in terminis in §. Nisi ita Amic.* qui modernum intelligi *Afflictum* suo tempore commentatorem hujus constit.

47 Par est ratio perceptionis fructuum ex re sic in fraudem donata ad arguendam simulationem, ut in dictis locis, nisi justa aliqua ratio esset interim percipiendi, ut considerat, ponitque *Peregri. de Jure fisc. lib.* 5. *situ.* 1. *num.* 160. *verf. tertia est.*

48 Quibus & ego accederem, cum apertè à Doctoribus diffinitum frequentius sit, quoties causa præsumendæ simulationis, & fraudis idest, neque ususfructus retentionem, seu reservationem ad tollendum ejus fraudis, & simulationis conjecturam, sed corporalem traditionem requiri, ex pluribus probat *Tiraq. in tracta. de constit. & precar.* 3. *par. limit.* 9. *à nu.* 7. *ad finem tex. l.* 1. *C. de suffrag.*

49 Itaque patet ex his nihil prodesse cum pater donans filiæ in causam futuræ dotis protestatur à modo administratorio nomine possidere, mutata sibi possessionis causa, quicquid hac in re dubitet, & pro filia sentiat cogitabundus. *Camill. Saler. ad Napod. in d. consuetud. si quis emit. ver. possidet.* Mutatio enim causæ possessionis favore personæ conjunctæ; de qua suspitio haberi potest, ubi fraus, & simulatio conjici potest causa existente respectu tertii, minimè bonam fidem præsumi facit, ex dictis *Bald. in l.* 1. *verf. ex hoc patet. Cod. de donat. ant. nupt,*

*nupt. & in l. 1. verf. sed qua est ratio.C.de suffrag. Angel. in d.§. supervacuum, vers.fallit quando talis cum aliis à Tiraq. citatis d.limit.9.nu.5. & limit. 25. quicquid aliter sentiat Peregr.d.num.*160. *tertia est.*

50 Idque coufirmari potest, quia *tex. in l. Pomponius Philadelfus. D.famil. herc.* probans sustineri donationem à patre in filiamfamilias collatam, atque dominium ipsi filiæ acquiri, quamvis in potestate patris constitutæ, intelligitur sanè si modò res verè tradita est ipsi filiæ citò, ità ut recedat à patre ex causa dotis, quod declarat *Cynus* post *Jacob.de Aren.in l. pactum. C.de pact. convent. clarius Paul.de Castr. consil. 346. lib. 1. Soccin. Jun. consi. 44. num.5.lib.1.* post quos *Iacob. Menoch.tracta.de præsump.lib.3. præsump.29. num.80.& inde.*

Ad hæc videndus est *Bartol. Veronen. de simul. contrac. sub num.5. & in præsump.24.num.76.& ad d.l. Pomponius,* vide *Cottavs in memor.ver.dona. inter patrem, & filiam.*

51 Cauti sint igitur vicinorum advocati impugnantes hujusmodi donationum contractus, ut deducant, quod illa retentio possessionis rei donatæ facta fuit in fraudem ipsorum causa evitandi congruum sive protomisim, neque extitisse causam donandi eo tempore: quæ quidem causa magnum præstat argumentum, vel ad impugnandum, vel ad defendendum, quod simularè, & in fraudem processisse allegatur, juxta ea: quæ tradit *Alex.* notanter *consi.28. vol.5.à num.7. ad 10.* Et est una ex præsumptionibus *Bart. in d. l. post contractum, & consi.65. Petr. Nicola*, quæ communiter recipitur per DD. teste *Peregr.de jure Fisci lib.5.tit.1.n.160.*

52 Inter causas autem donandi filiis; quæ necessitatem in se habere videntur ne sit locus conjecturis fraudis, & simulationis non solum est causa dotis, cum pater teneatur dotare filiam, & donatio propter nuptias: quam pater teneretur pro filio facere, *jun. tex. l. ut liberis. ubi Pau. de Castr. C. de collat.Dec.ibi, & in auth.ex testamento.C.eo.*

Sed quod plerumq; fieri vidimus, & practicavimus, est causa clericatus ipsius filii, solent enim patres filiis futuris clericis aliqua bona stabilia donare, cum non debeat quis clericus ordinari sine aliquo beneficio, aut re patrimoniali. *c. neminem, & cap. seq.70.dist.in.c.Episcopus, extra de præben.& dign.Calder.consi.1.tit.de vita, & hon. cler.* & est hodiè constitutum per *S. C. Triden. sess. 21. de reformat.c.2.* ubi ita cavetur. *Patrimonium verò, vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possint, nisi illi: quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum. Eo quoque prius prospecto patrimonium illud, vel pensionem verè ab eis obtineri, taliaque esse; quæ eis ad vitam substentandam satis sint, atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliundè habeant, &c.*

Per quæ videtur absque dubio filio assumenti clericatum, si aliunde ipse non habeat quo vivere decenter possit, collatam donationem à patre ex justa causa procedere quinimò ex causa necessaria arguendo à matrimonio carnali ad spirituale. *Aym. Crav.consi.136. in fi.vol.1.*

53 Qua etiam in re illud quoq; animadverti potest, quod ipsi Clerici seculares, quamvis quò ad profectitia in parentùm potestate sint, non sic tamen quo ad adventitia potest clericatum quæsita; in his enim nullum usumfructum pater habet. *l. sacrosancta. ubi Bald.* & alii notant. *C. de Episc., & Cler. Innoc. & Abb. in c. quia nos extra de testam. ubi Did.Covar.num.2.*

Nam neque ipsum Sacerdotium à nexibus paternis filios eximere jure civili est expeditum, per *tex. in authen.de sanctiss. epis.§. presbyteros,* secundum verò canon. distinguitur simplex clericus ab eo: qui est in sacris, nam in minoribus ordinibus constitutus dicitur esse in potestate, nisi expressè mancipetur, secundum *Gl.fin. in cap.cum voluntate, de senten. excom.* ubi in margine hæc utriusq; iuris differentia adnotatur.

Sed quantum ad factionem testamenti, etiam prima tonsura constitutus poterit testari, sivè habeat, sivè non habeat beneficia: probat *Rolan. à Valle consi.16.* post *Veronens.caut.113. Io.Dilect. de arte testan.in princ. 1.caut.*

54 Cautiò est ergo, cum filius clericatus, ut ei donetur data notitia Episcopo, sic causa vera existente, propter quam pater ad donandum quasi necessario inducitur, quamvis in rei donatæ gubernio remaneat, si filius adhuc ejus etatis sit, ut rebus suis vacare non possit, non propterea præsumenda erit fraus, & simulatio, quoniam causa possessionis mutata est uerè adnotata *in d. §. supervacuum. Bal.in d. l.1. C.de donat.ante nupt. Tiraq.& Alex. in locis ante citatis.*

55 Justa etiam esset donandi causa alimentorum in filios spurios de æquitate canonica, *c.cum haberet, extra de eo, qui dux in uxor. quam poll. per adult. ucta.in authen.ex complexu.C.de incest. nup. Bar.in l.fi.de his qui ut indi.*

Non sic tamen concubinæ dicunt DD. ut per *Aym.consi. 229. vol.2. posui in tracta. de meretric. par.2. de odiis.*

56 Sed quia de clericis, & de fraudibus actum est advertendum ponit casum quotidianum. *Petr.Raven. in compend.jur. cano.ad titu.de foro compet.c. cum sit generale;* Nam quando clericus de pecunia Ecclesiæ æmit prędium, & fecit simulatè instrumentum in faciem consanguinei, de ista fraude poterit Ecclesia cognoscere, ex doctrina *Innoc.ibi:* qui tenet, Iudex Ecclesiasticus est competens, cum Ecclesia læsa adversus privatum restitui petit, sequitur *Feder.de Sen.consi.385 num.2.*

57 Imò, & cum clericus restitutionem adversus laicum peteret, quamvis controversia esset de re patrimoniali ipsius clerici, post *Anton.de Butr. Abb. & Felin.in c.constitutus, extra de rest.in integ.* notat *Sforz.Odd.in tract.de restitu.in integr. par.1. q. 32. artic. 15.* quod est notabile in terminis retractus de quo DD. tractant *in dic. cap. constitutus* per illum et textum.

Verum non obtinetur in praxi, præsertim quo ad bona patrimonialia clerici: qui debet convenire laicum in foro Judicis laici ibique restitutionem petere *Did.Covar.var.resol.lib.1.c.4. nu.2.* & sequitur *Odd.loco citato, & in eadem parte. quæstio.2. artic.8.*

SUMMARIUM.

1 *Perjurii multa pœna remissivè, cujus causa criminalis dicitur.*
2 *Perjurans quando de perjurio punitur.*
3 *Perjurii pœna propter contumaciam potest effici capitalis.*
4 *Perjurus duplici pœna punitur, quod de jure quomodo procedere possit remissivè.*

Pœnam perjurii.

1 Perjurii pœnas multas enumerat hic *Affli. 6. not. num. 20.* & ante eum *Anton. Caput in hac ipsa Glos. Jure Romano, Canonico, Longob. & reg. constit.* latius prosequitur *Cassane. de retraict. §. 11. ver. ou par le serment. num. 21. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. cent. 4. casu 319. Juli. Clar. in pract. crim. ver. perjurium.*

Est auem perjurii causa criminalis, per *constit. reg. eos*, qui scienter. *Affl. decis. 64. Scaglion. in ritu 365.*

2 Et scienter perjurans, puniri debet de perjurio, ut hic quando perjurium alii est nocivum. *And. de Iser. in c. 1. §. sacramentum, in addi. de consue. rec. feud. Anna singul. 604.* incipit, fuit dubitatum, dicit non puniri in duobus casibus, idest in decisivo litis, & quando non vertitur in detrimentum alterius. Unde solet esse quæstio, si contrarium ejus; quod juratum est, probatum fuerit, an possit puniri de perjurio? ut per *And. in d. §. sacramentum, cujus theoricam examinat Cassan. loco citato. num. 17. vers. sed pone quod contrarium. Boer. decis. 305.*

Tu dic in proposito deputationem cessare: quam *tex.* hic est clarus quod cum contrahentes juraverunt non commisisse fraudem in contractu, si tamen contra probetur, eos puniri pœna perjurii, notat *Affl. nu. 20. in prin. & 21.* Sic concordat *l. 1. in Longob. titu. de perjur.* his verbis. *Si quis timoris Dei immemor pro cupiditate terrena, vel propter qualemcunq; rem sciens perjuraverit, & postea sit inventum aut probatum fuerit, quod perjurasset, tunc amittat ipsam rem, unde perjuravit, & habeat eam ipse: cui contra rationem perjuravit. Insuper quia in se ipso, quod plus est in Deo peccavit, & negavit fidem suam, & perjuravit in Domino Deo suo, & sibimetipsi non pepercit, componat medium Guidrigild suum eizcui perjuravit.*

Quæ ultima pars legis quo ad compositionem Guidrigild. corrigitur in seq. l. quæ est Imperatoris Caroli, cujus verba sunt. *De eo; qui perjurium fecerit, se sciente nullam redemptionem habeat, nisi manum perdat, & emendare studeat.*)

Et hunc *textum* allegat *Glos. in d. constit.* cum qui scienter, ubi de hoc, & constit. cum juxta providum.

4 Sed adverte quòd pœna manus potest effici major, nam si perjurus fuit bannitus, & post bannum forjudicatur, captus deinde debet occidi. *Bartolom. de Capua singul. 20.* quod nota.

5 Notandum quoque est, quòd concordat *d. l. 1. de perjur.* huic constitutioni in hoc quod habetur de amissione rei, & precii ultra pœnam perjurii, ibi, Et insuper venditor rem amittat, & emptor precium, itaque duæ pœnæ concurrunt, & ad vindictam publicam exiguntur adversus contrahentes perjuros, & simulatores. Et de jure quomodo id procedere possit? uideatur *Jo: Vincen. Anna alleg. 40. par. 1.* videndus est *Andr. Gail. pract. observat. 59. & Mysinger. centu. prima, observat. 17.*

Glos. eo. ver. Pœnam perjurii, in fine Ant. Caputi.

SUMMARIUM.

1 *Simplex promissio habetur, ac si juratum sit, non tamen est perjurus, qui non servat quod promisit.*
2 *Jurans falsum putans verum, an sit perjurus, & plures casus remissivè in quibus nõ est perjurus.*
3 *Perjurium quatuor modis dicitur committi.*

1 Qui dicitur, quòd inter simplicem promissionem, & juramentum non sit differentia. 22. q. 2. in Glos. an prædictæ pœnæ habeant locum in promittente alio modo quàm per juramentum. *Archid. extra de sepul. c. 1. lib. 6. ver. fide interposita,* dicit, quod non refert an dicat juro ad Sancta Dei Evangelia, an dicat juro sub fide mea, vel promitto sub periculo animæ meæ, extra de testibus, & attestationibus. *c. fraternitatis.*

Sed dic quòd major pœna imponitur violanti juramentum, quàm fide promissa, ut not. *Glo. extra de jurejur. quarelam & de fidejus.* pervenit, & pœnæ sunt restringendæ, nec reperitur jure expressum, quòd habet locum pœna perjurii, nisi quando violatur promissio jurata, expresso verbo, Juro, facit quod not. extra *de sponsal. cap. 2. & hic in fine.* ubi si probata fuit simulatio ante delatum juramentum, punitur in eo, quod sit venditio irrita, & non aliter.

2 An qui juravit falsum putans verum sit perjurus? videtur quòd sic. *l. videamus, in prin. ff. de in lit. jur.*

3 Sed dic quòd quatuor modis dicitur committi perjurium. Primo, ignoranter, & non est perjurus. Secundo, scienter, & est perjurus; quia perjurium est falsum juramentum. Tertio, indiscretè, & aliquando est perjurus. 22. q. 4. *qui sacramento aliquando non ut ibi.* Quarto, perjurus dicitur transgressor juramenti, ac aliter non est perjurus, ut 22. q. 4. *si quid. de hoc not. 22. q. 2. in Glos. summa Anton. Caput.*

Addo *Francis. Vivi. decis. 120. num. 4.* ubi tradit eosdem tres modos jurandi contra veritatem. Atq; quàmplures casus, quibus à perjurio excusamur, enumerat *Jul. Clar. in §. perjurium. vers. excusari autem potest. Tiberi. Decian. tract. crim. lib. 6. c. 2. tom. 2. Prosper Rendella.*

SUMMARIUM.

1 *Confiscatio an spectet ad Baronem.*
2 *Pœna in pragmaticis statuta, quando spectent ad Barones Regni.*
3 *Perjurus quò ad Fisci commodum mulctatur.*
4 *Pœna constitutionis Sancimus contra perjuros non ipso jure incurritur.*
5 *Pœna de qua in tex. ad Fisci favorem, potest per consuetudinem tolli.*

6 Can.

6 *Causa descendens à contractu, est civilis, quamvis pœna applicetur Fisco.*

Fisco applicabitur.

1 Fisco applicabitur) Quid si bona sita sunt in territorio Baronis, ubi contrahentes simulatè egerunt, an confiscatio fiet in beneficium Baronis? *Mazu. in sua pract. tit. de pœnis*; probat, cum bona confiscantur pro crimine non privilegiato, illa spectant ad dominos in quorum jurisdictione sunt sita etiam si processus sit alibi agitatus, refert, & sequitur *Ioan. Bessia. des injures. art.* 4. de qua materia copiosè *Cassane. rubru. des confiscat.*

2 Pariter pœnæ in pragmaticis statutæ spectant ad Barones Regni, si homines eorum inciderint in illas, & ipsæ pœnæ sunt pecuniariæ *Petr. Foller. in pract. crim. ver. audiantur excusatores, nu.* 133.

Intellige cum Baro investitur de mero, & misto Imperio cum pœnis, & proventibus, quo casu Baro subintrat locum fisci, quamquam ipse non habeat fiscum ex dictis *Ant. Capic. dec.* 27. *num.* 17. *& decis.* 183. *alias decis.* 185. *Bossi. de pœnis, & titu. de regal. Thesaur. dec.* 132. *cujus meminit Dom. Vinc. de Franch. decisio* 434. de qua re novissimè *Io. Francisc. Capobl. pragm.* 8. *de Baronibus à nu.* 109. *vers. excepta etiam videtur publicatio bonorum.*

Diversimodè autem se habere Regem, & Baronem in pœnis quærendis, prompta est ratio, quia hic causam habet onerosam propter servitii præstationem explicat *Andr. Gail. pract. observat. lib.* 2, *obser.* 86. *num.* 8.

Estque notabilis limitatio. Nisi delictum a subditis Baronis committeretur in contemptum majoris Domini, *Marc. Ant. Peregr. de jure fisci art.* 2, *à num.* 87. & inde *Guid. Pap. decis.* 76. *&* 341.

3 Et ponderabis hunc *tex.* pro illa DD. opinione, eum, qui ad causæ decisionem falsum jurans; perjurium incurrit, mulctandum esse quoad fisci commodum *Hieron. Cagn. in l. si quis major, nu.* 117. *C. de transac.* concordantes citat, & comprobat. sequitur *Jacob. Menoch. de arbitr. Iudic. casu* 319. *vers. tertius est casus*: ubi quæsitum examinat ad intellectum quarundã legũ, præsertim *l.* 2. *C. de reb. cred. & l. fi. juncta Glos. D. de crim. stellio. quicquid. Iul. Clar. in contrarium testatur. §. perjurium. an fi. ver.* item quando defertur in Iudicio perjurantem, cum juramentum à parte delatum est habere Deum ultorem: scimus tamen qualem se habuerit in pœnis præsertim ad fisci commoda Federicus hujus constitutionis author, ut in historiis.

4 Iterum pondera, quod per verbum applicabitur expectanda est Iudicis sententia cum futurum sit; ut applicetur ex vi, & notatione verbi regulariter itaque non ipso jure. Id quoque videri potest in sequenti oratione, ibi (venditio fiet irrita) & pariter (ibi cogetur invitus venditor) non enim significatur res præsens, sed quæ imposterum sequatur exemplis non nullarum legum, & DD. interpretationibus declarat *Feliu. in c. Rodulphus de rescrip. & copiosus And. Tiraq. in repet. l. si. unquam C. de revoc. donat. ver. f. revertatur. num.* 39. 40. *&* 41. *Alfonsus de Castr. lib.* 2. *de potest. leg. penal. c.* 1. *regul.* 2.

In terminis hujus *tex. not. Afflic. de quo in sequen. Glos. venditio fieret irrita.*

5 Quæ ratio facit, ut constitutio hæc quoad pœnam. de qua in *tex.* tolli potuerit per consuetudinem, nec quicquam fisco quæratur detecta simulatione, sed firma tamen remaneat obligatio ex hac constitutione pro vicinis ad retractum admittendis vicinitatis jure, tùm quia non ipso incurritur. tum etiam, quod si in universum ipsa lex preceptiva removeri consuetudine potest, ergo & pars ejus quoad obligationem ad pœnam. *Abb. Panorm. in c.* 1. *num.* 4. *de tregu. & pace. Glos. in cap. denique vers. consuetudo distin.* 4. *Alfons. de Castr. ubi supra lib.* 2. *c.* 12. *concl.* 1.

6 Sed an ex eo, quod diximus pœnam fisco applicari, judicium dici debeat criminale? respondetur causam nihilominus judicandam esse civilem; Nam non descendit ex delicto; quo casu esset criminale ejus pœnæ judicium, verum ex contractu, quamvis illicito respectu vicinorum, juxta distinctionem *Bald. in l. fi. vers. quæro quando pœna. C. de litigi. Alexan. in l. prætor D. de sepul. viol. in addit. ad Bar.* quos sequitur *Maran. in specul.* 4. *par. dist.* 1. *nu.* 31.

SUMMARIUM.

1 *Vicini quomodo ad protomis. admittantur revocata alienatione simulata, & in fraudem.*
2 *Emptor, qui confitetur simulationem, an teneatur ad pœnam constit.*
3 *Afflicti lapsus notatur.*
4 *Contractus qui verè agitur efficax extat, nullo manente contractu, qui simulatur.*
5 *Vicini à Fisco rem petunt, probata simulation eex hac constitutione.*
6 *Fiscus quare conjunctis vendere teneatur probata simulatione.*
7 *Afflicti lapsus circa modum retrahendi, probata à vicinis simulatione, cum non fuerit juratum à contrahentibus.*

Fiscus autem vendat.

1 Fiscus autem vendat.) Quando contractus ratione fraudis, & simulationis ad circumveniendos vicinos habitæ efficitur nullus authoritate hujus legis diversis modis admittuntur ipsi vicini ad retractum. Considerantur enim tres factorum species. Prima est. Cum contrahentes 2 fatentur simulationem, quo casu dicit hic *Affl. n.* 22. quod venditor amittit rem, & emptor precium, id intelligens procedere, quando timore probationum sunt confessi: nam tunc non excusarentur à pœna hujus legis, per *text. cap. præsentium.* 1. *quæst.* 5. Sed si sponte, inquit ipse; & confessi fuerunt, & contrarium nullo modo poterat probari, tunc debet fieri remissio hujus pœnæ, idest quod neque venditor rem amittat, neque emptor precium, cum ista lex sit odiosa, & restringenda.

3 Sed Afflictus decipitur, nec *text.* hic probat ejus sensum, ut in advertenter dicit ibi (& adverte, quia in quantum iste *tex.*) præsupponit enim *tex.* contrahentes negasse simulatè egisse, & postea contrarium à vicinis fuisse probatum, idest simulatè egisse, ideò sequitur perjurii pœna; neq; enim perjurium incurrisent veritatem fatentes, & fraudem ipsimet 4 detegentes, propterea rectius dicitur hoc casu habere locum jus congrui, ac si nihil per simulationem

nem actum esset, ut videtur velle idem *Afflic.* ibi (Nam deberet sufficere, quod fraus eis non prodest hoc est, quod locum habet jus congrui, ex quo fraudem confessi fuerunt

4 Et hoc ego puto verissimum, quoniam qui fingit donare, & in rei veritate vendit, facit actum nullum, sed nullitas est respectu donationis, remanet tamen efficax cõtractus venditionis verè cõtractæ. *Gl. & Docto. in l. nuda. D. de contrah. empt. Salyc. & alii in l. emptione C. plus val. quod agitur per illum tex. vide infra Glo. venditio fiet irrita.*

5 Secunda facti species est. Si juraverunt partes, quod non simulatè egerunt donando, vel permutando, postea vicini contrarium probant, idest simulatè egisse, quo casu *tex.* hic est clarus, quia vicini nullum jus habent detecta simulatione contra perjuros, sed rem petent à Fisco: qui eam tenetur vendere vicinis vigore hujus legis, & notat *Afflic. vers. 9. Not.*

6 Rationem autem qua Fiscus teneatur vendere conjunctis, affert *Anto. Cap. in Glo. ver. vendat, quia Fiscus cum succedit alicui ex aliqua delicto habetur loco haredis, ut D. de fidejus. l. inter reos §. fi. & C. ad l. Iul. de vi l. 2. & hares tenetur vendere conjunctis per hanc constitutionem cum primus dominus fecerit rem vanalem, & acquisitum sit jus conjuncto, quamvis propter simulationem, & perjurium venditor eam amisit, fiscus verò ejus successor tenetur vendere conjunctis, ut hic ita Ant. Caput.* Cujus sententiam ad verbum fideliter reposui, ut advertas à quo sumpserit *Afflict. in d. num. 9. vers. item potest assignari alia ratio. nu.* 75. Suppresso nomine ipsius Caputi.

Tertia est, quoties non est juratum a contrahetibus: qui simulaverunt, sed de fraude, & simulatione vicini probaverunt, & ita consulit *Afflic.* 11. *not.* ut fiat magis ab his; qui jus habent protomis, ex quo probata fraude rem consequuntur minori precio quam si à fisco emerent, & isto minus precium dixit arbitrio Iudicis declarandum intra dimidiam justi valoris, *nu.* 27. & 28.

7 Sed interpretatio Afflicti non accomodatur textui; qui nihil hoc casu dicit de precio. Verba enim sunt hæc (Venditio fiet irrita, & cogetur invitus venditor illis vendere; qui habent jus protomiseos Intelligimus ergo justum precium, cum de eo simpliciter fiat mentio juxta notata supra *§. 2. & vide Bart. in l. si fundus §. potest, in prin. D. de pignor.*

Actio autem minorum contra quem dirigatur retento themate hujusmodi tertii capitis, habetur in seq. *Glos.*

SUMMARIUM.

1 *Contractus simulatus an sit ipso jure nullus.*
2 *Irritum fieri quid importet, ipso jure, vel per sententiam.*
3 *Determinatione ad Judicem relata requiritur sententia.*
4 *Vicinis tacentibus tenet actus simulatus.*
5 *Afflicti intellectus reiicitur quod precium fraude detecta, & declaratur num. 11. & num. 13. pro justitia precii, vide num. 14.*
6 *Actio vicinis est contra venditorem, non emptorem a quo retr ahens legis potestate solum avocat.*
7 *Actio propter fraudem vicino competit, ex titulo qua in frau. cred.*
8 *Doli actio personam complectitur eorum, qui dolo fecerunt; quos cum personalis sit actio convenire oportet.*
9 *Actio propter dolum revocatoria rem ad pristinum quòd ad juris effectus reducit.*
10 *Expositio tex. in fin. hujus §. venditio fiet irrita.*
11 *Precium Judicis arbitrio tunc declarandum, cum non potuit apparere.*
12 *Precio ignorato, an possit dici emptio?*
13 *Afflicti error notatur, & qua læsio in judiciis attendatur.*
14 *Justitia precii duobus modis distinguitur in proposito juris congrui, & quod sit precium inventione necessaria.*
15 *Libellus de fraude, & simulatione in actione juris protomis.*
16 *Fraude non participans, tenetur hoc jure in titulo lucrativo.*
17 *Libellus mutata facti specie, & fraudis.*
18 *Citandus est, et audiendus is, cui ante litem notam traditur, quamvis simulatè.*
19 *Processus separatus non fit, eò quod prius permittenda sit causa revocationis, cum exceptiones tangentes ordinem judicii non admittantur,*
20 *Simulator quamvis nominet alium, non evitat judicium.*
21 *Donatario agente pro observatione contractus, an donator opponat de fraude, & simulatione.*

Venditio fiet irrita.

1 VEnditio fiet irrita.) Querit Afflic. num ipso jure sit nullus contractus inter simulatores initus in fraudem juris congrui, vel erit per sententiam annullandus? & tenet ultimum inferens exinde libellum, & petitionem agentis jure congrui debere concipi, & concludi contra emptorem rei possessorem, & is est; qui tenetur invitus vendere minus justo precio: quo ipse emit. Et Iudex constito de simulatione pronunciabit vicino competere jus congrui: quia contractus fuit simulatus, & gestus in fraudem vicini.

Anto. Caput. interpretando hæc eadem verba *tex.* dicit, quo facit pro illis: qui volunt quod libellus debet porrigi in hoc jure contra venditorem, ipse tamen dicit, *Quod in hoc casu cum simulatio dederit causã contractui venditio irritatur à jure, sed ideo venditor tenetur vendere conjunctis; quia res fuit ad eum reversa, & habebat potestatem rem dandi. Sed si non possidebat qui vendidit, & transtulit, cum venditio fiat irrito, non aget contra ipsum, quia hoc non dicit hæc constitutio, sed est casus omissus, & remanet in dispositione juris communis. D. de cõdit. ob causam. l. si extraneus, & sol. matri. l. si cum dotem in princ. Sed dispositio juris communis est, quod hac est actio in rem scripta; quæ datur contra possessorem, ut in Glos. simulatè supra. Caputus, qui in d. Glo. id latius tenet.* Duo scilicet ex parte contenti causare actionem actori, quòd conventus sit emptor, & quòd sit possessor, & ita ponit formaliter libellum contra emptorem, non autem contra venditorem.

2 Examinemus ista dicta, Et tenendum est, requiri sententiam Iudicis; quia in *tex.* ponitur verbum (fiet irrita) quod est futuri temporis, neq; est aliud adjunctum, verbi gratia cassetur, & in irritum deduca-

ducatur, quibus uerbis junctis importatur ipſo jure, ipſoque facto. *Glo. eſt notab. in c. privilegia, de pace conſtan. in uſib. feud. Hiero. Cagnol.* & moderni in *auth. caſſa, & irrita. C. de ſacr. ſan eccleſ.* ac idem ſimplex uerbum habetur in *l. Senatus cenſuit. D. de contrahen. empt.* ibi (ut irrita fieret uenditio.

3 Comorobo; quia attenta hac lege requiritur miniſterium Judicis: qui irrita facta uenditione in extraneum emptorem, cogat inuitum uenditorem ad uendendum conjunctis, ergò cum determinatio reſideat in Judice, & ad ipſum referatur, neceſſaria eſt ſententia, habetur & *not. in l. in criminali. C. de juriſdi. omn. jud.* & ibi communiter DD. quam latè probat, & diſtinctè *Laurent. Sylva. de feudi recognit. quæſtio. 23.* latiùs *Tiraq. de revoc. donat. C. l. ſi unquam ver. revertatur. Anto. Gabr. titu. de probat. concl. 8. notanter D. Regent Marchio de Ponte conſi. 42. & 67.* & dixi ſupra *ver.* fiſco applicabitur.

4 Caue tamen; quia ita demum irritabitur uenditio propter ſimulationem, & nulla declarabitur donatio ſimulata, ſi uicini; qui fuerant requirendi conquæſti id petant, ſecus ſi acquieſcant, quemadmodum de emphyteuſi habetur abſque domini licentia alienata, ut concludit *Alex. conſi. 173. lib. 4. & de feudo. per Deci. conſi. 185. in cauſa iſtorum nu. 9,* & in aliis cauſarum figuris, ut per *Tiraq. d. ver. revertatur. à nu. 10.* & inde.

5 In eo autem; quod *Afflict.* aſſerit emptorem teneri inuitum uendere minus juſtò precio, certè fallitur, & huic conſtitutioni expreſsè contradicit: qua uenditor, non emptor uendere tenetur, non utiq; minori precio, ſed juſto ut dictum eſt, ideo puto rectius loquutum *Ant. Caput.*

6 Et bene *Rober. Maran. diſputa. 8. nu. 44.* in terminis noſtræ conſtitutionis loquens, fatetur per eam coerceri perſonam uenditoris, *non ita perſonam emptoris: in quem, inquit, nulla eſt coactio, ſed ſolum vicinus avocat ex poteſtate legis, ut ſoluto precio emptorem repellat, neque dicit conſtitutio,* quod emptor compellitur reuendere, quia lex repellit ipſum à re empta, attentis uerbis ejuſdem conſtitutionis, & idem *nu. 64.* gloſſando ſua dicta exponit, quòd quamuis negari non poſſit, *quin hac conſtitutio ſit compulſiva perſonarum tàm venditoris, quàm emptoris, diverſo tamen modo accipitur compulſio: quæ major eſt in venditore, ut teneatur requirere conjunctos, alias non poſſit fieri alienatio, ſed ex parte emptoris, quia jus iniecit vinculum quoad rei reſtitutionem juſta eſt compulſio, tanquam juris executio ſit; ipſa ſcilicet concuſſio.* Idem in *diſput. 9. nu. 23. & 24.* tractans quæſtionem ejus: qui emit, & donauit in continenti, concludit locum eſſe actioni reuocatoriæ de eo: quod in fraudem, & actioni juris congrui: Ideò conueniri poſſe donatarium: cui in fraudem uicinorum donatio, uel permutatio facta eſt acerrimè contendit, *& Marantam ſequitur Maxil. in conſuet. Bari jus protomiſeos in donatio. eo. tit.* de qua re ſupra nos quoq; diximus. *verſ. probatum fuerit ſimulatè egiſſe.*

7 Quodque præſuppoſita fraude competat actio ex titulo de his: quæ in fraudem credit. tenet *Affl. in §. licet autem. 6. Not. poſt Napodan. in conſuetud. ſi quis emit. verſ. poſſidet.*

8 Cum itaque dolo donatum, uel permutatum fuiſse proponat uicinus: cui jus protomiſ. competit ex contractu uenditionis, uel emphyteoſis, uel locationis, neceſſario deſignari oportet perſonam: cujus dolo factum fuerit, & ſic uenditorem, & emptorem: qui ſimulatè, & in fraudem egerunt, ex regula *l. ſed & ex dolo. §. ult. D. de dolo. l. apud Celſum. §. ſi. & l. 2. §. 1. de doli mal. & met. except.*

Perſonas autem: quæ ſimulatè egerunt conveniri neceſse eſt; quoniam cum ſit actio propter dolum revocatoria, perſonalis eſt, quemadmodum aliæ revocatoriæ actiones, ut in paulina, faviana, & ſimilibus habetur in arbore. *Jo. de Montib. per tex. l. 1. §. hac actio. D. ſi quid in fran. pa. Bar. in l. qui à debitore, per illum tex. de his, quæ in fraud. cred.*

9 Venditionem fieri irritam ideò *tex. hic dicit*; quoniam cum actio hæc proponitur, ejus eſt naturæ, ut res in priſtinum ſtatum reponatur. *not Bart. in l. hac in factum. D. eod. Jaſ. poſt alios in §. item ſi quis in fraudem col. fi. Inſt. de actio.* quo in loco docet modum libellandi.

Quod intellige propter juris effectus; fingentes enim contractum donationis, vel permutationis, in veritate ementes, & vendentes, licet regulariter verum ut ex cauſa vera, non autem ex ficta poſſeſſionem transferri, ut declarat *Bald. & Salyc. in l. emptione verſ. ulterius quæro. C. plus vale. quod agit. & in l. ſi ex precio. C. ſi cert. pet.* in propoſito tamen, quia vera venditio fieri debebat conjunctis: qui præferuntur extraneis, hæc conſtitutio reſiſtit actui favore vicinorum, removendo juris effectus, tam quò ad dominii, quam quò ad legitimæ poſſeſſionis tranſlationem, juxta *not. in l. 1. §. ſi vir. uxori D. de acq. poſſ.* ubi recentiores repetentes, benè facit *Anto. de Burgoſ. in c. cum dilecti num. 28. de empt. & vendi.* dum notat irritari, & caſſari, quod antea validum erat; cum privatio habitum ſupponat per *l. decem. D. de verb. oblig. allegat Gloſ. juncta tex. c. accedens 1. ver. caſſavimus; ut lite non conteſt.*

10 Hinc notanter habemus ſenſum hujus literæ in fine, dum vult textus cogi venditorem rei dominum poſt detectam fraudem, & ſimulationem, rebus in priſtinum ſtatum revocatis, vendere conjunctis ex hoc jure protomiſeos, ac ſi non eſſet res translata in extraneum, non quidem ex contractu ficto propter defectum conſenſus, neq; ex cauſa vera, ideſt venditione; quoniam debuit ſervari ordo traditus in principio conſtitutionis, ubi diximus *ver. Non aliter.* Intellige hoc eſſe in pœnam fraudis adhibitæ, ſecus ceſſante fraude: ut *ver. niſi ſupra. in princ.*

11 Quoties verò fraude, & ſimulatione probata, & quod verè res vicina vendita eſt, precium autem non poteſt certum ſciri; quia fortè id ad cautelam egerunt contrahentes, illud non exprimendo, tunc verum dicit *Affl.* judicis arbitrio declarandum eſſe ex *Bart. & aliis deducit Jacob. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. caſu 143. poſt Tiraquell. de retr. conſangui. §. 2. Glo. 1. nu. 25. & inde.*

Qui tamen Judex regulabit arbitrium ſuum prævia informatione valoris, & extimationis rei. *Aym. Crav. conſi. 218. nu. 4. Afflict. in c. 1. nu. 21. ex quib. cauſ. feud. amitt. quos citat Menoch. ibi. nu. 3.*

12 Sed quomodo dicemus probatam venditionem ignorata eſſentia ipſius: quæ ſine precio non conſiſtit? reſpond. videri magis ignoratam precii quantitatem: quam (ut dixi,) partes occultaverunt, vel teſtes recordantur ſpecificè, quam ipſum precium, quod in rerum natura, & rei veritate certum

S eſt.

test. *Alber.in l.hæc venditio. §.hujusmodi, D.de contrah.empt.subtiliter Bal.in l.1. nu.3. C. de reb. alie. non alien.*

Maximè quia disputatio non est,an tanti res vẽdita sit, sed quòd pro venditionis contractu, aut pro emphyteusi, vel donatione, res in contractum simulatæ permutationis, vel donationis, vel similium deducta fuit in fraudem juris vicinitatis, de re igitur vicina, non de precio videtur controversia principaliter agi,ex dictis *Affl. decis.63. nu. 6.ubi adden. adde dicta supra §.1. Glos. justum precium.*

13 Cum itaq; Judex liquidabit sumptis informationibus,ne arbitrium suum ab æquo deviet, non est verum, quod dicebat hic *Afflic. quem supra retulimus, ver.fiscus.ibi,* Tertia est species. à Judice declarandum precium intra dimidiam justi valoris; continet enim manifestam iniquitatem dato excessu in sexta parte, juxta notab. doctrinam *Barto.in l.si societatem.§.arbitrorum.num.25.D.pro socio.*

Et Sacrum Consil. Neap. Bartoli decisionem sequens non admittit læsionem ultra sextam in venditione:quæ fit authoritate Judicis, teste *Vinc. de Franch. Præside meritiss. decis.120. nu.7224.nu.2.*

14 Hic etiam advertendum puto differre justitiam præcii; quo hic res vendi debet, ab eo præcio; quod ponitur supra §.1.*ibi* (solvendo justum præcium, quoniam cum propter simulationem teneatur invitus venditor conjunct s vendere,non esset attendendum precium: quod ab extraneo plus offertur, sed inspiciendum esset quanti communiter res valet,per *l.fidejussor.§.fi.de leg.1.* ita intelligitur *Glos.in l.2.C.de rescin.vend.ad l. precia rerum.D.ad l.Falcid.*

Suprà vero *in d. §.1.* cum de prælatione vicinorum agatur, illud precium attenditur quantum majus ab extraneo offertur, satis est enim vicinis quòd fiat eis gratificatio, ideò volentes præferri, tenentur offerre quod plus ab aliis invenitur, ut ibi notatum fuit,& habetur in *Syntag.commu.utri. jur.opin.tit.de Magistr. & unive. civi. politia c. 11. loco 2.in fi. ubi citatur Bald. decis* 193. & probat illemet *tex. ibi* (justum precium quantum verus emptor sine fraude dederit) hic verò emptor simulavit, & in fraudem egit, meritò precium ejus non attenditur, sed Judex liquidabit, & justum arbitrabitur. Ubi enim lege cogente quis vendere compellitur, precium venditioni præscribi publicitus poterit idest à magistratu publica authoritate ex *commu.opin.Anto.Gomez.de contract. c.2. nu. 2.Vivi.lib.1.opini.433. Suar.recept. sent.ver. vendere.nu.13.*

15 In Regia Curia Monop.reverenter exponit T, quod cum jure vicinitatis ad se spectet subscriptus fundus. Sempronius tamen vendendo eundem Mævio extraneo in fraudem ipsius exponentis simulatè posuit donare, quare petit quò ad d.ctum Mævium dictam venditionem irritam fieri ac ipsum uti vicinum præferri offerentem justum precium, dictumque Mævium cui de facto præfatus fundus est traditus cogi, & compelli ad debitam restitutionem,cum omnibus, & cœt.

16 Nota,quòd ubi titulo lucrativo fundus in fraudem vicinorum traditur, nihil refert nec ne accipiens fraudis fuerit particeps, ut accidit in istis filiisfamilias, quibus patres prædia empta donare fingunt.Nàm,& plerunque minores sunt, non capaces doli: *ad Glos.in §. item si quis in fraudem, vers.in fraudem.in prin.de actio.tex. juncta Glos. in l.1.in princ.& l.qui autem,§. simili modo quæritur. D.quæ in fraud. credito.*

Satis enim nota est in jure differentia donatarii,& alterius:qui titulum habet onerosum: in quo requitur fraudis consilium. *tex. in l. ait prætor, §. si quis particeps.eo tit.per Dec.consi.235. num.4. de qua re late Picus in repet.l.post contractum,a num. 18.D.de donat.*

Alii formant libellum sic. Dico Titium vendidisse fundum Sempronio duc.40.ad me spectantem jure vicinitatis, qui cum Sempronio idem precium obtulerem, & pro relaxatione dicti fundi requisiverim recusavit.Ideò dict. duc.40.deponendo, peto eum condemnari ad relaxandum cum debitis cautelis, qui tamen cum in fraudem meam simulatè donaverit Cajo, peto ipsum Cajum super his omnibus citari prorestituenda mihi fundi prædicti possessione, quatenus penès se reperitur de facto, delato etiam juramento de veritate contractus, servata forma constitutionis imperialis,omni meliori modo,&c.

17 In Regia Curia Monop. reverenter exponit T. qualiter Sempronius ejus vicinus prædium subscriptis finibus designatum, habens vænale Lævio vendidit non conjuncto, ipso exponente non invito prius jure vicinitatis, & congrui; quem ut fraudarent simulatè agentes permutaverunt certo modo,quare petit in pristinum dicto prædio restituto,constita simulatione, dictum T.cogi ad vendendum ipsi exponenti vicino offerenti offerenda.

Hæc forma congruit textui constitutionis.

18 Illud quoque animaduerti oportet, quod cum hujusmodi alienationes simulatè fieri soleant antequam à uicinis moueatur lis pro retractu, omnino audiendus est is: qui præsupponitur ex contractu imaginario rem habuisse; ejus enim interest, qui & poterit in multis excipere, ut ex præcedentibus licet animaduertere. Secus si post litem motam puta contra extraneum emptorem, is extraneus, aut restitueret uenditori in fraudem uicinorum agentium ad retractum, aut donaret juxta communem doctorum opinionem, de qua *Covar.pract.quæst.c.15.præsertim.vers.Imo ex hac opinione.*

19 Quamuis illa ordinis obseruatio, ut prius præmittenda sit, & tractanda causa reuocationis non attendatur apud nos, cum exceptiones ordinem Judicii respicientes regulariter non habeant locum, ideò eodem processu expedient se uicini agentes jure hoc protomiseos,juxta ea,quæ habentur,& *not.in constit. si civiliter agent. ubi Afflict. nu.7.& tangit Præs.de Franch.decis 512.nu.2.*

20 Et est hic quoque notandum, quod allegata fraude,& simulatione; & quod emptor extraneus: qui simulauit,rem emptam possidet, quamuis ipse emptor idemque possessor, ut judicium euitet, dicat,se nomen ejus: cui donauit, possidere, dictumque donatarium nominet in dominum,& possessorem;tamen quia ipse est,qui dicitur fraudem fecisse,conuentus propter dolum ex proprio facto,nòn poterit judicium declinare, *Abb.not.in c.quoniam frequenter. §. in aliis, ut lite non cont. comprobat Afflict.*

Afflict.decis.217.fuit dubitatum.

31 Pone, quod vicini non curant retrahere ex hac lege, nec fraudem, & simulationem allegant, sed donatarius agit adversus donatorem pro observantia donationis, an ipse donans audiri debeat excipiens de simulatione proprii contractus, illamque probans ex eo; quod superat causa fictè donandi timore vicinorum, ne res jure protomiseos peteretur, & quod ideò cum simulata esset donatio, ipsemet in possessionem remansit, & fructus collegit, donatione non obstante.

Hoc quæsitum resolvitur ex valdè *notab. dictis per Paul. de Castr. consil.58. visis his volum.2.* qui admittit, non posse contrahentem allegare, quod in fraudem alterius donationem fecerit. *C. de ser. pig. damann.l.si creditoribus, & de revoc.dona. l.cum profitearis.* Verum quoties ità donans allegat simulationem proprii contractus, deducendo, quod in fraudem vicinorum donavit per modum causæ, hoc modo videlicet, *quia ideò est simulatus; quia non fuit factus, ex eo, quòd partes ità egerint, re vera, seù quòd ità fuerit, sed quia voluerunt talem fraudare: quo casu concludit eleganter Castrensis ibi:* admitti allegantem simulationem, non solum excipiendo, sed etiam per viam agendi, *& ad petendum se declarari, non teneri,* & à dicto instrumento absolvi ll.& doctrinisque citat. Et illud consilium pulchrè, & eleganter ad practicam conducens sequitur, & commendat *M.Anton. Peregr. de jur.fisc.lib.5.tit.1.num.161.adde Valas.Lusit.consult.71.num.9.*

Sed dubitatio superest, si donatarius ignoravit simulationem, & fraudem donantis bona fide donationem acceptans, & de hoc non videtur loqui nec intellexisse *Castren.in d.consil.58.*

Bald.in l.1.C.plus vale.quod addit, quod si unus contrahentium tantum simulat, alter non, sed credit illud esse in mente: quod est in voce, vel scripto, in potestate est ejus quod actus valeret, vel non, ut D.de dolo.l.& eleganter in princ. & de actio emp.l.Julianus. §. si quis colludente, nisi lex præcisè resistat actui, ut not.in l.à divo.& ibi Glos.singul.D.de ritu nupt.

Constitutio autem nostra videtur præcisè actui resistere, illumque vetare ne fiat, ut est *text.* hic expressè prohibens in fraudem simulatè contrahi.

SUMMARIUM.

1 *Dominus quibus casibus cogitur rem vendere.*

Et cogetur invitus venditor.

1 ET cogetur invitus venditor.) Hic versiculus est satis declaratus in præcedenti *Glosa* esset autem agendum pro dolo *tex.* constitutionis, quibus casibus aliquis cogi possit rem suam vendere: qui multi sunt, eosque colligunt nonnulli commentarii. Tu vide notanter *Jacob.Mising.singul.observ.27.centur.5.*

TEX. V. CONSTITUTIONIS.

Prohibemus insuper potentes personas à tenuioribus aliquid accipere sub prætextu adoptionis, seu donationis simplicis, aut causa mortis aut ex testamento, vel ex usu tantum, aut sub prætextu defensionis, & cæt. Nisi fuerint parentes. Potentes autem dicimus illos, qui non tantum per se sunt potentes, sed etiam per propinquiores, per quos possunt inferre timorem alienatoribus, aut promissionem beneficii: Si quidem aliquis ex potentioribus hoc præsumpserit facere sit alienus ab illa re, & extimationem illius rei præstet Fisco.

SUMMARIUM.

1 *Dictio insuper citationem auget.*
2 *Potentes infesti sunt finitimis, & tenuioribus.*
3 *Jezabelis crudele facinus in Naboth.*
4 *Vicinorum interest, ne potentes vicinos habeant.*
5 *Potentes vim, & metum inferre solent etiam precibus, & blanditiis.*
6 *Potentiorum odium periculosum, nec cum eis tutò contrahitur.*
7 *Vulgare dictum contra Iudices.*
8 *Fidejussor non recipitur, nisi æqualis conditionis.*
9 *Assiduo vindicem esse assiduum quomodo intelligitur.*
10 *Locuplex qui dicatur.*
11 *Tex.intellectus in ver.prohibemus insuper, & Afflicti lapsus.*
12 *Contractus cum potenti initus, an hoc solo censeatur in fraudem remissive.*
13 *Potentes qui sint, & quibus nominibus nuncupentur.*
14 *Judex competens in causis potentiorum secundum jus Longob.remissivè.*
15 *Potentium, differentes qualitates.*

Prohibemus insuper.

PRoibemus insuper.) *Afflictus* dividit hunc §. in tres partes, & ànte eum Caputus ita Primo „ ponit prohibitionem potentium prætextu adoptio- „ nis, donationis, & defensionis. Secundo declarat, „ qui sunt, vel dicantur potentes ibi Potentes. Ter- „ tio ipsis potentibus, si contrafecerint pænam im- „ ponit.ibi.Siquidem.

*Afflict.*dicet, quòd iste §. nil facit ad materiam juris congrui. Verum Caputus quærens qualiter se habeat.§.hic ad constitutionem an exceptivè, vel prohibitivè à §.causa verò dotis. respondet sic. „ (Videtur quod prohibitivè. Nam hic non est ali- „ qua de dictionibus exceptivis, ut dixit in d.§.causa „ verò dotis.ibi Nisi,&c.Sed videtur intelligere, quòd „ ponat casum de per se prohibendo à principio hu-

„ jus constitutionis, prout ex verbis ipsius apparet,
„ D. ne quis eum. l. si per alium. §. docere, & D. quod
„ quisque juris l. 1. §. fi. & extra de cler. non resid. c.
„ relatum. Sed hoc dicere videtur absurdum & in-
„ telligatur, quòd quis non possit donare, vel legare
„ potentioribus. Nam causæ sunt supra permissæ, ut
„ in d. §. causa verò dotis, & in re sua qualibet est
„ moderator maximè in actibus permissis, ut C. mãd,
„ l. in re mandata. Ideo videtur, quod veniat conti-
„ nuativè ad exceptionem à d. §. causa verò dotis, vi-
„ delicet dicitur in illo §. quòd quilibet potest do-
„ nare, legare, & permutare ad libitum, excipiuntur,
„ qui hoc fecerint simulatè, vel hæc attentaverunt
„ transferendo in potentiorem, facit, quia sensum, &
„ non verba debemus inspicere Ant. Caput.

1 Vide si placat. hic *tex.* plus habet quàm præcedens, quòd patet ex dictione insuper: quæ auget, & ultra ponit. *l. Seja ex parte, in princ. D. de fund. instr. & instr. legat. c. statutum §. insuper, de rescrip. in 6. cum simil.*

Ut non solum ipsi vicini prohibeantur simulatis contractibus alienantes, fraudem facere suis conjunctis, sed insuper potentes: qui per se, vel per alios vim, & metum inferre possint alienatoribus, minimè accipere valeat res ipsas à tenuioribus. In qua prohibitione explicitè est odium potentiorum, implicitè verò tenuviorum, & vicinorum favor.

2 Tenuuiorum dico, & vicinorum favorem hic versar: quoniam lex ualdè dubitat, ne variis prætestibus potentes sibi ampliare prædia procurent, *ad tex. in authen. de mand. princi. §. patrocinia. Originem legis agrariæ consule Sp. Cassio illam fuisse ferunt, quòd opulentiorum avaritia ità creverat, ut non contenti agrum publicum omnem ferè occupasse, etiam privatos pauperum, & finitimos partim precio redimerent, partim minis extorquerent, solique immensa camporum spatia continuantes, tenuiores omni propemodum agro ejecerunt, ex Zasio in catal. ll. antiq. c. de lege Cassia Agraria.*

3 In veteri pagina, & sacra omnibus patet exemplum Naboth; qui cum possideret vineam juxta palatium Achab Regis, recusassetque eam dare Regi appetenti, quia vicina esset, & propè domum, excusabat se enim Naboth (ne dem hæreditatem patrum meorum,) fuit lapidatus jussu Jezabellis uxoris Regis, Summissis adversus eum duobus falsis testibus. *3. reg. c. 21. c. convenio. §. Nabuthe. 23. qu. 7. & c. Achab. de pœnit. distin. 3.*

4 Facit quoque ratio pro vicinis, ne res ipsis conjuncta in potentes alienetur, quòd cum potentes à munere hospitandi sint semper immunes, maximè vicinorum domus grauari solent. *text. est in l. omnes, C. de meta. & epid. lib. 12.*

5 Vis, & metus ratio pro tenuioribus rerum dominis in potentiorum odium habetur *in tex. ibi*, inferre timorem alienatoribus, quin ipsæ blanditiæ, precesque potentum inducunt justum metum *And. Tiraq. accuratè de pœn. temperand. causa 35. Camil. Saler. ad Napod. in consuet.*

6 Taliumq; odium uitæ periculum inducit, & indicat. *clem. pastoralis. §. notorium, de sent. & re jud. & Ecclesiast. 7. & c. 8.* Non litiges cum homine potente, nè fortè incidas in manus illius: quem etiam Judices extimescere solent, facit *l. 1. Cod. ne liceat potent. ibi* (nec metuas; ne præjudices clarissimis uiris. *Borgni. Cavalc. decis. 30. in princ. par. 2. &*

7 *contra 8.* Comparatione uteus, inquit. I Giudici uanno come la bissa all'incanto à dar le sentenze contra istos potẽtes. Plures sunt eum quibus tutè non conerabitur, inter quos nobiles, & potentes, quorum omnium conditiones enumerat *Joan. Bessa. in consuetud. Alver. des donations, art. 46.* ualdè moraliter *Luc. de Penn. in l. militaribus in princ. de Decurionib. Cod. lib. 10.* quam meminit *Afflict. in Constit. Magistri Camerarii 5. notab.*

8 Nam & Rex ipse timore solet ab hujusmodi potentibus: ut ibi *Afflic.* pro quo est Ritus M. Cur. 160. dum cauet *nullus recipiatur fidejussor de Capuana nobilis, nec nobilis de Nido, nisi prò aquè nobili*; qui statuto maximè conuenit uetustissima lex Aelia Sanctia: quam refert Cicero in Topicis,

9 loco à notatione ex ui uerbi. Assiduo uindicem esse assiduum jubens, idest locupletem, parisque conditionis fidejussorem *Raynald. Corsus indagat. Iur. lib. 2. cap. 7.* Alii post *Boetium* interpretantur Vindicem, pro eo: qui causæ assistebat, veluti est Procurator, qui paris conditionis esset cum domino litis de quo *Petr. Bellug. in specu. Princip. rubr. 4. num. 6.* dum differit, an Procurator diversæ professionis admittatur? nec valdè distat ab eo: quod communi jure cavetur. Nam & si persona privilegiata in fidejussorem non recipiatur, fallit tamen in quibusdam: qui dant unum suæ conditionis. *tex. in l. 2. ubi Rebuff. 1. notab. C. de Princip. agent. in rebus lib. 12.*

10 Accipimus autem locupletem circa facultatem, & conveniendi facilitatem. *D. qui sat. sd. cog. l. 2 & l. si vero §. qui pro rei qualitate. not. in l. si arbitr. D. si quis cautionib. idq; cursim tetegisse satis.*

Apparet ergo ratio prohibitionis propter vicinos, & propter rerum dominos; ut neque dolo simulatè contrahentium præjudicetur vicinis, neq; vi, vel metu potentiorum, etiam per contractus: in quibus regulariter jus protomis. locum non habet.

11 Neque tenenda est lectura: quam ponit *Afflict.* ante primum notabile dicens, quod alii qui habent in litera (& fiscus postea vendit justo precio illis: quibus competit jus protomiseos) ut illa lectura tex. faciat ad materiam juris protomiseos. Ego enim in nullis Codicibus habui verba ista, nec videntur necessaria, cum jam probatum sit hunc tex. benè conveuire constitutionis contextui augmentativè ad dispositionem.

12 An autem contractus factus cum potentiori ex hoc solo sit censendus in fraudem, an verò ex aliis probandus sit. *Dyn. consi. 23. super quæstio. nu. 7. & consi. 27. quæstio & articulus. Menoch. de præsump. lib. 3. præsum. 129.* & requiri indicia illati timoris; quia non sequitur talis potest inferre metum, ergo contractus est meticulosus. *Affl. hic 7. Not. num. 7.*

13 Potentes alio vocabulo preciosiores appellantur. *l. qui cum uno. §. non omnis. D. de re milit.* Et si aliqui *tex.* habeant ibi (perniciosiorem) exponit tamen *Bude.* preciosiorem; idest duriorem, & intractabiliorem, quem refert *Mandos. in praxi signatu. gratia. versf. cessiones, & in tract. de inhibitioni. quæst. 113. num. 6.*

Et an divites dicantur potentiores, & hi qui sint? *Affl. in constit. juris gentium. Glos. 1.* perbellè *Petr.*

Petr. Rebrf. in constit. Reg. Franc. tit. de cessionib. actio. Glos 5. & indè, & latè congerit *Jacob. Menoch. lib.* 3. *de præsump. præsump.* 129. *num.* 36. *& seq.* concludit que pro Iudicis arbitrio post *Bal. in l. per diversas nu.* 22 *C. mand.*

14 In Italiæ Regno Karolus Imperator sanctione decrevit quis Judex competens in causis potentiorum, ut in *Longob. tit. apud quem poten. cau. agi deb. ubi Blas. de Mercon.* differentiam adnotat juris Romani, & illius Longob. Solent isti Magnates, quasi Tyrannidem in propria Patria exercentes acerbissimè puniri, ut per *Boss. in practic. crim. tit. de vi publica.*

15 Vide hic *Afflic.* 1. *Notab.* qui pulchrè distinguit potentes ratione nobilitatis, & ratione officii, & differentias explicat inter *tit. de alie. Jud. muta. c. & tit. ne lice potent. nec non tit. de litigi.*

SUMMARIUM.

1 *Prohibitio constit. in potentiores est ne accipiant à tenuioribus, non in tenuiores ne alienent.*

2 *Filio potentiori, vel Ecclesiæ alienare quis an prohibeatur ex hac const.*

3 *Ecclesia, & Ecclesiastica persona inter potentes sunt, sed non simpliciter.*

4 *De Ecclesia, & Principe benè præsumitur.*

5 *Alienatio in potentiorem cujus odio, vel favore prohibetur, distinguitur.*

6 *Potentior nec quispiam justè, & licitè ac bona fide prohibetur acquirere.*

7 *Fraudis, & subtractionis præsumptio non cadit in Ecclesiam, & Fiscum.*

8 *Ecclesiæ etiam mendicantium ordinum sunt capaces acquirendi bona, nec contraria statuta valent.*

Accipere.

Accipere) dicunt Moderni, quod ideò talibus personis alienare prohibetur, ne justitia corrumpatur; quod fieri allegant quatuor mo-
1 dis. Sed contradicunt huic textui: cujus prohibitio est in potentiores ne accipiant à tenuioribus, non in tenuiores, ne alienent, ideo, & pœna omnis constituta videtur in eosdem potentes *in verf. siquidem.* Idque refert scire ad effectum pœnæ infligendæ. *tex. in l. si multi publicani in fin. D. de public. ibi* Nam inter criminis reos, & fraudis participes multum interesse constituerunt, & Glosa declarat, interesse an quis sit reus solus, ut in solidum teneatur (ita sunt hic potentes) an sint plures criminosi, & pro parte teneantur (ita sunt in precedenti textu simulatè agentes venditor, & emptor.

2 Hoc idem sentiit *Caputus in Glo. ver. Potentes in princ. ibi.* quæro hic *prohibentur potentes ex donatione, vel ex testamento accipere à tenuioribus, an aliquis possit donare, vel legare proprio filio potentiori se, & concludit legibus, & rationibus,* quod sic, deinde quærit, An possit donare Ecclesiæ? *& Glos. in d. §. ea lege d. l. si ita quis. D. de verb. oblig. in terminis alienationis innuit quod sic dum dicit, quod Ecclesia est loco filii, sed intellige per similitudinem privilegii, non per veritatem naturæ, & esset verum, quando ingrederetur religionem, ut in auten. de satisd. episcop. §. sed hoc in prin. collat.* 9. *dic. igitur quod non potest: quia hæc prohibitio radicata est in suscipientem personam potentiorem, & Ecclesia censetur potentior, ut not. in* 10. *collat. de alien. feud. c. si clientulus. Aut. Caputus.*

Nota illa verba Caputi prohibitio radicata in suscipientem, & ita probat quod dixi.

3 Et etiam connumerat Ecclesiam inter potentes; videtur benè dicere, & probatur clarius *in l.* 1. *in Longob. apud quem potent. cau. agi* cujus verba sunt (*Ut Episcopi, Abbates, & Comites, & quique potentiores, &c.*

Ego tamen non puto veram conclusionem ejus dum tenet Ecclesiam ex *hoc tex.* prohiberi accipere à tenuioribus, sicut de potentibus habetur Nam non est utrum simpliciter Ecclesiam esse potentium appellatione ad numerandam, cum & inter miserabiles personas ipsa quoque sit quò ad fori electionem, *ad Afflict. decis.* 257. *& not. in consti. statuimus,* ut magnæ, & quoad restitutionem in integrum, & alia propter, quæ comparatur minoribus, & eorum vice fungitur. *c.* 1. *& c. auditis, de in inte. restit. concord. per Carav. in ritu* 23. *num.* 4. *per illum tex.*

4 Et cum sit ipsa cultrix, & auctrix justitiæ, non est de ea malè præsumendum, quòd accipiens à tenuioribus vim, vel metum intulerit, antecedens probatur *in ea c. si clientulus* (*de alie. feud.* consequens est verissimum, & probat hic *Affl. in Principe;* qui licet sit potentior, tamen potest accipere ex donatione, vel testamento, quoniam in eo cessat suspicio fraudis. *num.* 1. & probatur in Ecclesia, quæ dicitur omnis fraudis expers, *in c. per tuas, extra de donat. ubi Abb.*

5 Ad clariorem verò intellectum hujus *tex.* dic, quandoque leges prospexisse in odium potentum, & tenuiorem exemplum est *in l.* 1. *C. ut nemo ad su. patro. lib.* 11. *item in l.* 1. *C. ne lice potet.*

Quandoque magis contra tenuiores, quàm potentes, exemplum *in l.* 1. *C. de his qui potent. nom. & in rub. & nig. C. ne fiscus, vel republ.*

Quandoque è converso magis in potentis odium quam tenuiores. Exemplum est *in l.* 1. *C. de sediti,* & hic in textu, quo etiam ordine regulantur pœnæ, ut his in locis citatis.

6 Intellige sanè in iis potentibus, qui non justè, & licitè ista faciunt, se aliquo prætextu in damnum tenuiorum, & vicinorum, & ita loquitur *tex. in §. patrocinia. in authen. de mand. prin. ac eodem modo accipitur illud Isai. c.* 5. *Va qui conjungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis usque ad terminum loci, nunquid habitabitis soli vos in medio terræ?* & ita etiam sentit *Mandos. tract. de ingrat. c.* 46. *& Afl. hic in* 1. *notab.* ponit per modum limitationis, ut quod in hoc *tex.* habetur fallat, cum bona fide alienator in potentiorem ei donando, uel legando, nam tunc, inquit donatio valet, *& tex.* procedit quando ex intentione, & proposito processit alienatio, quia potentior, & terribilioris apparet. *per not. in l. qui stipendia C. de procur. Specu. de cessio. actio.* §. 1. *verf. quod autem.*

Et ad idem redire omnes alias *Afflicti* limitationes, ut cum non malo ingenio potentes accipiunt, cessare debeat prohibitio, de qua in *textu* par quoque est quod ponit *Bened.* in ultimis animad-

madversionibus hic, ponens exemplum in consolidatione utili dominii cum directo, & cum res revertitur ad potentiorem ex pacto luendi.

7 Quòd autem præsumptio fraudis non cadit in Ecclesiam, nec in fiscum in alio proposito scilicet omissionis inventarii, nec exinde præsumatur bonorum hæreditariorum subtractio respondet *Valasc.consult.Lusit.52.num.47.*

8 Et cum à Romanis Pontificibus Ecclesiæ fiunt declaratæ capaces acquirendi, & possidendi bona quæcunque, hujusmodi prohibitio tanquam contra Ecclesiasticam libertatem auferens acquirendi facultatem, esset improbata, per *Joan.And. in cap. fin.de immun.Eccles. libr.6. Abb.Panorm. consi.26. DD. in authen.cassa.C. de sac. san. eccl. Bartol. Cassan.in §.10. des mains mortes.Bessian.in consue.Alver.des emphyteoses.art.12.*allegant *Abbatem consi. 63. par. 2.* ubi habetur de capacitate Ecclesiarum mendicantium.

SUMMARIUM.

1 *Tenuens sunt dicentis, omnes debiles, pauperrimi plebei, & qui, & proletarii.*

A tenuioribus.

1 A Tenuioribus.) Tenuiores appellati sunt clientes; qui in ditiorum fidem, ac tutelam se, & sua conferebant. Fuisse Romuli institutum. *Freccia de subfeud.lib.1. tit.de orig.feud.num. 10.* vide 1 *C.ne lice. pot.ubi Glos.vers. tenuiorum sentit generaliter omnes debiles personas.* Et Romæ, qui de plebe tenuissimi erant, pauperrimique proletarii appellabantur, quasi prole magis utiles. *Aul. Gelli.nocti.attic.lib.16.*

SUMMARIUM.

1 *Adoptiginis simulatæ exemplum relative.*
2 *Potentiori non licet locare, neque in emphyteosim dare.*

Adoptionis, &c.

1 ADoptionis.) Simulatè, & contractæ adoptionis extat notabile exemplum apud *Cornel. Tacit. lib.15.histor. relatum à Tiraquel. de retrac.linag.§. 1. Glos.14. num.37.*

2 Est hic *Glos.Ant.Cap.& Afflict.* quem poteris videre, & adde notanter, quòd hujusmodi prohibitio potest extendi, ut non liceat potentiori locare etiam ad modicum tempus, quamvis exempla hic videantur de alienatione in potentiores, ex *Molin. Hispano de primog. Hispan.par.1.lib.1.c.20.nu.29.* quem pro singulari refert Anna meus dominus in *addit. ad singul.325.vers. locatio.*

Res pariter emphyteotica, quo casu alienari potest, in eos alienare nequit: qui ipso emphyteota potentiores habentur, ac sunt, ut Clerici Curiales milites, & similes, tradit *Jul.Clar. recep.senten.§. emphyteosis.quæst.22. Eman.Suarez, & P. Fich. in tract.commun. opin.*

Glos.Propinquiores.Ant.Caputi

SUMMARIUM.

1 *Propinqui, & propinquiores usque ad quem gradum sunt.*

1 HIc removet dubium: de quo poterat dubitari, quod licet non sint per se petentes, *si tamen habent propinquiores potentes: qui possint inferre timorem, vel promittere beneficium alienantibus, prohibentur, & intellige propinquiores usque ad secundum gradum. Nam propinqui (quod est positivum) intelliguntur usque ad quartum gradum, notat Glos.extra de testa.c.requisisti, facit quod not. C.de Epis.& Cler.authen. licentiam, & istud comparativum restringit positivum suum, ut D.de verb.oblig. l. ubi autem in princ. & extra de electi.c.cum dilectus, facit quod not.C.de procur.l. exigendi per dd. Ant. Caput.*

Quæ verba formaliter transcripsit *Afflict.hic 6. Nos.*

SUMMARIUM.

1 *Parentum appellatiuum quomodo accipiatur.*
2 *Officialis potest emere bona, quæ fuerunt majorum suorum.*

Parentes.

1 PArentes) Hæc restrictio *tex.probatur per Glos. in l.si ita quis.§.ea lege D.de verb.oblig.*ut cum hæ alienationes fierent à patre tenui in filium potentiorem, sequuntur *Bar.& alii, & singulare ponit.Marsi singu.160. abundè Tiraq. in præfat. l. si unquam,nu.18.C.de revoc.donat.& in præfat.tract. nu.53.* ubi extendit etiam ad consanguineos alienatoris: qui veniunt appellatione parentum in vulgari significatione, pro quo vide concesta à *Jacob.Menoch. de præsumpt.lib.3.præsumpt.129.nu. 39.& Petr.Rebuff. in consti.Regn.Franc. tit.de cessio.actio.art.2.Glos.3. cum seq.2.tom.*

2 Et nota quia licet Officiali non liceat ex eo officio, quod ipse gerit, si quid vendatur emere, fallit nisi essent bona paterna, vel avita. *Glos.& doct.in l. non licet.D.de contr.empt.per l. qui officii. D.eod. milites prohibentur de re mili.* cujus etiam regulæ ampliationes, & restitutiones alias congerit singulariter *Mar.Ant. Peregr. lib. 4. de jur. & privil. fis.titu.7. de pœnis ex contr.causa fisco debitis.*

SUMMARIUM.

1 *Verbum præsumpserit in tex.positum quid importet.*
2 *Sciens qui rem prohibitam emere tentavit, an pretium, quod solvit, amittat.*

Præsumpserit.

1 PRæsumerit) hoc verbum quid importet? *Ripa in repet.l.si.q.25.C.de revoc.donat. & Felin. in cap.vide extra de testib.* capitur autem hic malam partem, juxta sensum literæ *tex.*Nam, & secun-

eundum materiam subjectam quandoque in bonam. *Alber. de Rosa. in auth. statuimus ante fin. C. de Episc. & Cler.*

Unde cum nocet vitium præsumentis contra constitutionem, sequitur pœna hic imposita, sicut alibi scienter emens rem alienari proibitam, precium: quod solvit non repetit. *l. si fundum. C. de evict. l. quemadmodum. C. de agrico. & cens. lib. 11. & l. nemo. C. de fund. rei priv. eo. lib.*

2 Sed hoc non est perpetuò verum, cum, & qui sciens rem prohibitam comparare tentaverit, non propterea precium amittit, si quod solvit. *tex. est in l. 1. C. nō lice. habit. Metr. lib. 11.* qui in emptore sciēte loquitur ibi (sciente persona extranea, quòd si contra vetitum se huic negotio immiscere, vel illic possidere tentaverit, &c.) non ut *Glos.* intelligit de ignorante, & dicam in *seq. Glos.* Utilis est autem stipulatio evictionis pro precii repetitione in his casibus, per *Tiraqu. de retr. consan. §. 22. Glos. 1. nu. 12.* & judicatum refert *Ursil. ad Affl. decis. 278.*

SUMMARIUM.

1 *Expenditur tex. l. Senatus, D. de contrah. empt.*
2 *Declaratio Afflicti ad tex. recipitur.*
3 *Hic §. non est finis constitutionis contra Afflict.*

Sit alienus ab ipsa re, & estimationem præstet fisco.

1 Glosa hujus particulæ *tex. fit. l. Senatus censuit. D. de contra. empt.* ex quo resolvitur dubitatio, si quid potentiores impenderint pro tenuioribus gratia defensionis, vel aliis prætextibus, ut debeat potentioribus restitui, ita enim habetur in *d. l. Senatus his verbis* (*Planè si mihi precium solveris, cum tu duplum ærario debeas, repeteres à me, quod à mea parte irrita facta est venditio.*) *repetes, inquit Glos. scilicet precium quod dedisti.*

2 Et benè declarat *Affl. in 10. Not.* quod fiscus non habebit rem eo modo per potentiorem acceptam, sed tantummodo pœnam, idest ejusdem rei extimationem ab ipso potente, alias esset addere afflictionem afflictio tenui homini. si ultra oppressionem à potente, pateretur rei jacturam, & concordat litera nostra.

3 In eo autem quod ipse *Affl.* asserit in finalibus verbis hujus §. finire verba constitutionis Federici, & sequi quasdam leges Græcas loquentes de jure protomis. ab eo dissentiendum est propter sequentē *tex.* qui est contextus ejusdem legis, ut ibi videbimus. Sed videtur sequutus lecturam Caputi, ut novimus in princ. seq. *tex.*

Adde his *Jacob. Cujac. qui de hoc jure* προτιμήσεως quædam adnotat post *tex. hujusmet constitutionis*, & Græcæ constitutionis Romani Imperatoris Orientis de hac ipsa re. Est, inquit *Cujacius*, *aliud ac No. caput de locupletioribus, & potentioribus, ut ne quid ex bonis tenuiorum adquirant*, ἐν τισι χωρίοις ἢ ἀγροῖς ἐν οἷς ἐκεῖνοι ἴδια κτήματα *ut explicatius enarrant interpretes non igitur nisi* [illegible]*, aut* πλησιασμῷ *jure. Et ad definitionem potentiorum No. Constantini Porphyrogenete* [illegible] *declarat nihil interesse potentior sit, qui emerit, an is qui potentiori domesticus, sivè* [illegible] *fuerit, Fridericus malè, propinquius. Igitur ne potentiores quidem derogare possunt juri* προτιμήσεως*, quinimò severius cum his agitur. Nam neque donationis, aut testamenti, aut transactionis, aut patrocinii, aut adoptionis jure ad bona tenuiorum pervenire possunt, sed eadem & hoc quæ superiores tuetur præscriptio decennii.*

TEXTUS VI.

Transcurso autem decennio, si non denunciavit, nulla de cætero moveatur controversia illis: qui possident ex aliquo contractu, vel ex donatione, vel ex testamento, nec ab illis: quis jus habent protomiseos, nec etiam à Fisco.

Jacob. Cujacius habet) *Transcurso tamen decennio sine denunciatione, nulla de cætero moveatur controversia illis: qui possident ex aliquo contractu, vel ex donatione, vel ex testamento ab illis: qui habent jus* προτιμήσεως*, vel etiam fisco.*

SUMMARIUM.

1 *An hic §. sit contextus legis Sancimus.*
2 *Lapso decennio an præsumatur denunciatum vicinis?*
3 *Sollemnitas actus in præjudicium tertii non præsumitur nisi elapsis 30. annis.*
4 *Ex causa ignorantiæ competit in integrum restitutio adversus longissimam præscriptionem.*
5 *Tex. constitutionis ponderatur contra Marantæ opinionem.*
6 *Decennium, de quo in tex. constitutionis ad vicinorum favorem, in quo genere contractus obtineat ex nova authoris resolutione.*
7 *Simulantes tenentur vicinis denunciare veritatem contractus.*
8 *Præscriptionis decennalis assertur, & probatur ratio in jure protomis.*

Adnotatio.

1 Hic *tex.* non est omnibus in libris impressus, ut advertit *Maranta in tract. de multipl. alien. prohib. num. 132. ver. venio ad secundam quæstion. & vers. sed quid si essent elapsi.*

Ideo *Anton. Caputus* nihil de hac re in suis *Glos.* neque etiam *Afflict.* sed hodiè habetur indistinctè, & *Benedellus* commentarios ædidit, & ante eum *Jacob. Novel.* quem solum novissimè mminit noster *Ascia de term. 179.* Ipse tamen perpelexus asserit

setit modo diffiniviffe admittendo præscriptionem decennalem secundum hunc *tex.* modò uerò non. Tu veritatem require: quam diligentissimè perscrutati sumus inferius, cum non oporteat dubitari hunc §. transcursо esse hodie authenticum, & *tex. Federici Imper.* quem emendatum reposuit *Jacob.Cujacius lib.5.de feud.*

2 Rationem hujus *tex.* esse dicit *Maranta*, quia per lapsum longi temporis, idest decem annorum præsumitur denunciationis sollemnitas interueniſſe ad excludendum vicinum à jure congrui, argumento *tex.* juncta *Glo.l.si filius.C. de petit.hæred. & qua DD.notant in l.sciendum.D.de verb.oblig.*

Inde datur cautela in actu practico, ut is: qui post decennium à vicino convenitur alleget, quòd denunciatum fuit initio contractus, id namq; per tanti tēporis lapsum præsumptivè probatur. *Bald. in c.si quis per trigiuta, si de feud. fuer. controv.* & pro hoc dicit *Maranta esse tex. in l. si adulterium cum incestu.§.idem Pollioni.D.de adulte.*

Sed ista ratio non satisfacit; quia in præjudicium tertii, ut est vicinus:cui denunciandum erat solus temporis cursus non operatur sollemnitatis præsumptionem, *Bart.in l.1.§. denique. num.6. de aqua plu.arceu.ad limitatione d.l.si filius,& concor. per Glo.notab.in l.pen.C.commun.divid.*

3 Et cum de tertii præjudicio agitur non minor lapsus quam 30. annorum ad præsumendam sollemnitatem requiritur. *Imola in c.pervenit. nu.13. extra de empt.& vendit.Alex. consi.1.num.19. vol.4.Bello.in terminis similis statuti consi.46.nu.7. & consi.39.num.6.* ubi de communi opinione, de qua re *Jo:Ceph. consi.171. num.39. vol.2. & Hieron. Cagnol.in l 1.C.qui admitti.à num.61.*

4 Et concesso, quòd præsumeretur sollemnitatis interventus cum non sit præsumptio juris, & de jure tolleretur contraria præsumptione, allegata ex parte vicinorum ignorantia, ex quo capite competit restitutio adversus longissimam præscriptionem, non obstante quoque titulo, & bona fide præscribentis. *Bar.in l.1.§. si quis autem. D.de itin, act.priva.Affl.decis.37.& 329.Boer. decis.39. 1.par.*

5 Sed cur aliunde quærenda sunt argumenta, ut consulemus *Marantæ* rationem; quæ textui huic repugnat? præsupponit enim, & expresse dicit, non fuisse denunciatum, ibi (si non denunciavit) ergo neque verè, neque præsumptivè. Quæ negativa necessariò probanda non est à vicino; cui sufficit negare sibi denunciatum; cum ejus commodum respiciat dispositio nostri juris congrui ex dictis *Bar.in l.illa.D.de verb.oblig.col.fin. Lapus alleg. 94.* De probatione autem negativæ cui onus incumbat, congerit *Jo:Cephal.cons.47. lib.1. Mascor de probatio.*

6 Interpretemur attentius mentem & verba *Federici*; quoniam inveniemus hunc *tex.* restringere & coarctare ratione temporis pœnas comminatas, & statutas in duobus præcedentibus §§. Itaque hi qui simulatè egerunt donando, permutando, legando in fraudem vicinorum, & potentes; qui ui vel metu illato, aliquid à tenuioribus acceperunt quocunque prætextu elapso decennio tuti sunt, neque controversiam pati possunt, tàm à Fisco, quàm à vicinis possidentes ex eisdem causis & titulis: qui occasione doli, vel metus facere poterant contrahentes obnoxios fisco, & vicinis juxta nota- ta in dictis §§. & litera hæc est clara. Propterea dixit (nec etiam à fisco) de his enim contractibus: qui sunt excepti à jure protomiseos, nisi in casibus simulationis,&c. supra loquutus Imperator provideret conjunctis jus protomis. habentibus simul & Fisco, ibi Nisi fortè) & alio casu proximè præcedenti fisco tantum, ibi *§.prohibemus.verf.extimationem ejus rei præstet fisco.*) Neque enim est dubium, quod si quis sine fraude rem immobilem ex donatione non ficta, vel ex permutatione, vel ex testamento possidet, statim est securus, & à Fisco, & à vicinis, juxta *tex. in §. causa vero dotis in princ.* & eisdem casibus nulla est opus denunciatione, vel requisitione vicinorum, cessante jure retractus. Unde continuatio hujus §. transcursо dependet à *tex. §. Nisi fortè.* Et ita videtur limitatum id: quod communi lege cautum est usque ad 30.annos de contractuum fraudibus, & simulationibus agi posse, & similiter de nullitate, *ad Bal. in cons.322.*incipit, utrum post 30 annos. *vol.1.*

7 Quem intellectum magis roborat sequens oratio (si non denunciavit) non enim potest intelligi alio modo quàm ut supra dixi, & collige notanter hic, quòd hi: qui fingunt permutationem, donationem, vel legatum, & in effectu, & rei veritate vendunt, locant, vel in emphyteusim concedunt tenentur denunciare vicinis contractum verè gestum, & ratio est; quia constitutio hæc illos: qui simulatè agunt in fraudem vicinorum nuncupatim appellat venditores, & emptores *in verf. Nisi fortè,& verf.ideòque,* & pariter ibi (si autem post juramentum, & iterum ibi & si ante juramentum, Namq; quod verè actum est, attenditur, ut *C. plus val. quod agi.l.1. & tribus sequ.* ubi de hac re, & supra etiam diximus.

Et nullitas ex eo quoque arguitur quod amissio rei venditorem respicit, pretii verò emptorem, ut *in fine d.§. causa verò dotis argum. l. jubemus.§. sanè.C.de sac.san.eccl.*

8 Ideò autem nihil horum curatur sicut nec mala fides: quoniam præscriptio hæc decennalis principaliter causatur ex sola negligentia vicinorum: qui se ipsos excludunt tacendo tamdiù, & quia eadem lex: quæ jus protomis. dat, eadem aufert his casibus, & quia non est res, quæ præscribitur, sed jus ad rem, ex *not.Capel.Tholos. decis.76. Guid Pap. decisio.199.ubi add.Soccin.jun.consi.145.lib.1.*

SUMMARIUM.

1 *Nullam controversiam posse moveri, quid importet.*

2 *Verbi controversia significatio.*

3 *Requisita ex parte possidentis, ut effugiat controversiam retractus, elapso decennio.*

4 *Actio pro retractu mala fide non impeditur, & litis contestatione non perpetuatus.*

Controversia.

1 Controversia.) Nullam post lapsum decennii moueri controuersiam constituitur hic. *ad Glos.& DD. in l.Lutius. §.tres hæredes. D. ad Sen. Consul. Trebel.* cum aliis relatis ad interpretationē statuti, per *Mar.Ant.Blanc.tract. de compromis. 1.quæst.princ.nu.8. & inde Apostil. Jo.Feli. Scalal. in*

in prebend.consuetu. Neap.§.præfatis, ibi, exceptio clericatus, circa finem. Et propter illa verba (nulla controversia) potest notari, universaliter vicinos excludi *l.is qui decenta §.utrum de reb. dubi. Dec.consi.365.col.3.* & quantæ sit potentiæ, & qui sit ejus effectus latè, & doctè *Hippol. Rimin. consi. 179. vol.2. à nu.7.* Et *nu.15.* quòd dictiones penitus, & prorsus præcisæ sunt, nec limitationem recipiunt, aut modificationem, & propterea illis verbis (Nulli penitus esse licentiam convenendi) significari ipso jure, & universaliter excludi sine ope exceptionis.

2 Et quòd verbum (controversia) etiam simpliciter importat tàm ante quàm post contestationem, dicit *Bar. in l.amplius non peti. vers. quandoq; quis promittit controversiam*, ubi etiam *Alex. in Apost. D. rem rat. habe.* quem locum allegat *Pisanel. in pragmat. edita Thori. num.41.*

3 Sed hæc sanè intelligi debent, quoties ex parte illius: qui jure congrui convenitur concurrunt qualitates: quæ *in tex.* exprimuntur, idest ut possideat, ibi (qui possident) propter communes juris regulas, sine possessione usucapionem non contingere, *l.sine possessione. D.de usucapi.* quod ex definitione docemur à *Modestino* tradita *in l.3. D. eod.* Et quia justum lex possessorem tuetur, is causam possidendi legitimam ostendere debet, hoc est titulum ad dominii acquisitionem secundum leges habilem. *C.de usuc.transfor. l.1. et instit. de usucap. in princ.* ideo subjungitur *in tex.* (ex aliquo contractu.)

Quamvis non ignorem, quòd titulus reprobatus ratione fraudis, & simulationis per se non est aptus ad præscriptionem, cum habeatur pro non titulo. *Aleman.* notanter *in consil. 46. in fin. vol.3. Bald. num.25. D.de usucap.* quos sequitur, & concord. citat *Jo. Bapt. Bovius de statut. urb. præscript. Glos.7. num.5.*

4 Sed cum inducta hic sit specialiter decennalis præscriptio, neq; per malam fidem interrumpitur, neque per litis contestationem perpetuatur actio, cum præsertim sit favorabilis pro dominorum, & contrahentium libertate, ex *Bald. in c.cum non liceat. vers. pone quòd statutum, extra de præscrip. et in fine præced. Glosa tetigi.*

SUMMARIUM.

1 *Tres contractuum species pares sunt pro vicinis, in omnibus aliis jus protomis. cessat.*
2 *Decennalis præscriptio statuto introducta quandoque bonam fidem non titulum requirit.*
3 *Denunciatione omissa, quæ tempora suffragentur.*
4 *Contra vicinos scientes quæ præscriptio currat.*
5 *Scientia ut obsit vicinis qualis esse debat.*
6 *Scientia non est facilis probationis.*
7 *Tempus à die plena scientia incipit labi vicinis.*
8 *Scientia non undequaque habita notet; ideo attenditur à quo sit habita.*
9 *Scientia utrum obsit vicinis in terminis constitutionis Sancimus.*
10 *Tempus in retractu ubi non exprimitur, quæ tempora attenduntur.*
11 *Perpenditur tex.§.Titius, si de feud. fuer. controvers. contra Tiraquellum.*
12 *Expungitur tex.§.porrò quali.olim.pote.feud.alien.*
13 *Re prohibita alienari, quando currat præscriptio.*
14 *Ignorantibus non currere præscriptionem: quomodo intelligatur.*
15 *Decennium in textu positum generaliter est acceptum pro extraneis contra vicinos.*
16 *Lapsus Benedelli in præscriptione rerum fisci.*
17 *Facta denunciatione vicinis, quæ actio competat.*
18 *Clausula constituti, & precarii præstat actionem in rem, nec ideò perit actio personalis exempto.*
19 *Denunciatione omissa, vicinis quæ actio competat.*
20 *Distinctio ad conciliādum varias dd. opiniones circa actionem vicinis non denunciatis cōpetentem.*
21 *Jus congrui, licet pro eo detur conditio ex l. non ideò est in bonis nostris, neque res: quæ petitur in bonis petentis.*
22 *Jus offerendi, cum est præambulum actionis præscribitur.*
23 *Conditionis ex l. competentes in rem scriptæ decennio durant.*
24 *Extranei emptores quæ actione teneantur, vel non, ad declarationem consil. Alex.173.vol.6.*
25 *Conditio ex l. quando præscribitur præscriptione trienni.*
26 *Vicinis ignorantibus per dolum emptoris extranei currit præscriptio decennii.*
27 *Denunciationis sollemnitatem allegare non oportet in terminis constitutionis lapso decennio.*
28 *Sollemnitas quando præsumitur per lapsum longi temporis.*
29 *Decennium à die initi contractus currit.*
30 *Titulus, & possessio sunt uti duo extrema: quibus probatis præsumuntur media.*
31 *Scientia, vel ignorantia quomodo distinguantur.*
32 *Scientia specificè probanda in jure prothomiseos.*
33 *Vicinus agens non cogitur jurare scire alienum factum, & quid si extraneus petat actoris depositionem super suis articulis.*
34 *Praxis Regni, cum petitur depositio eorum: qui in judicio sunt.*

Ex aliquo contractu.

EX aliquo contractu. Sed non ex quovis contractu: quoniam in actibus viventium, & extremis morientium cum exemplum detur de his: qui ex donatione, vel ex testamento possident, ponuntur causæ ad hoc jure protomiseos exceptę, ut in §.causa verò dotis, non exemplificans igitur contractus, intellexit lex similes expressis. Hi autē sunt permutatio, transactio, dotis constitutio, nuptialis donatio cæterique notati in d.§.*causa*.

1 In tota constitutione tres tantum contractuum species pares sunt: in quibus protomisis locū habet, ex quo ad hoc æquiparantur, ut in *prin.constit.* ibi, per venditionem per emphyteosim, vel locationem) In reliquis omnibus bonafidè initis non competit vicinitatis jus, sivè sint contractus nominati, sivè innominati. *Jo. Ant. de Nigr. in adit. ad d.consit. Affl. Maran.* & alii notant communiter, & nos quoque sequimur.

Unde propius ad *tex.* ego considero, quòd non est hic sermo de eo: qui cum extraneus esset, & longo tempore ipse idem possidet: quoniam ad literam vides, quòd alius est; qui primo contraxit, & debuit denunciare, nec denunciavit, alium esse rei successorem & possessorem ex causa contractus: in

quo non eſt neceſſaria denunciatio,propterea dicitur in ſingulari (ſi non denunciavit) & in plurali numero(illis qui poſſident)quaſi dicat, quòd venditor antequam denunciaret vicinis ſe vẽditurum mutato titulo alienavit in extraneos: qui ſi decennio poſſederint, nullam de cætero pati poſſunt controverſiam,neq;à vicinis, neq;à fiſco cum & fiſcus, & conjuncti univerſaliter ſint per hanc legem excluſi, per quæ confunditur practica;quam docet *Maranta*, ut ſit opus allegare qualiter fuit denunciatum, cum non ſit hoc caſu denunciatione,juxta ſignificationem verbi (nulla de cætero moveatur controverſia) ut ſupra notatum eſt,

2 Alibi verò decennalis præſcriptio ſtatuto introducta bonam fidem requirit,non titulum. *Bald. in l.2.nu.3.C.de præſcrip.long.tempo. quæ probib.eſt communis.Maſcar.de probat.vol.3. concl.1214. poſt Bald.quem citat ad l.Celſus nu.5.de.uſuc.*

3 Videamus modo quod juris,cum is qui emit,aut conduxit, aut in emphyteuſim accepit, ipſemet poſſidet, & longo tempore poſſedit, quæ tempora ſuffragantur? certè hic §. non dicit ſecundum intellectum: quem tradidimus, non alterando literarum ſenſum propter continuationem, & connexitatem ad proximè præcedentes textus.

Diſtinguere duos caſus principales.Primus eſt, cum denunciatum eſt vicinis, quo caſu tempus conſtitutus eſt; cujus lapſu vicini excluduntur, ideſt menſis, & quatuor menſes. *§.1. verſ. ut infra 30.dies,& verſ.infra quatuor menſes.*

Quicquid ſit ſecundum leges Græcorum de termino unius anni, & quatuor menſium, de quo dicemus infr.§.ſcriptum eſt autem, & notavimus in *d.§.1.*ſunt quoque locales conſuetudines; quas omitto,

Alter eſt caſus,cum non conſtat denunciatum, & ſubdiſtingue:Aut al unde habita probatur ſcẽtia contractus, aut cum ignorantibus vicinis res agitur, aut ſumus in dubio.

4 Data ſcientia vicinorum in primis attendi ſolent conſuetudines, & locorum ſtatuta: quæ non requirunt denunciationem, ſed ſcientiam, & ea ſufficit cum lapſu temporis ad vicinorum excluſionem,ut de ſtatuto ponit *Bal.hic nu.17. verſ.veruo ad ſtatutum de quatuor menſibus*

De conſuetudine habetur Neap. in 1. *conſue. de jure congr.ver.ſcientię,ubi Napod.& alii addentes,*

Bari verò eſt conſuetudo de hac re; quæ inquit poſt venditionem. Et generaliter, quòd ubi tempus ſtatuitur anni,vel brevius,non currit ignoranti *Tiraquel.§.35.Gloſ.4.nu.21.& ſeq.*

5 Adverti præterea ſolet,ſcientiam oportere plenam eſſe, & perfectam, ideſt quod contractus exiſtat conventione partium abſolutus, ad quid una pars alteri ſe obligaverit, quod implementum ſequutum; ut nihil remanſerit ignoratum ab ipſis: quorum de ſcientia agitur. *Bald. ſubtiliter in ſuo tract.protomiſ.loco citato. nu.17.18.& 19. Tiraqu.de retrac.§.36.num.30.& inde.*

6 Quæ quidem ſcientia cum non ſit facilis probationis ex eo: quod dicitur ſcire; qui acta rei qualitates ignorat, *Borgni. Caval. deciſ.12.nu.37. Maſcar.de probat.vol.3. concluſ.*1201. *nu.* 7. *&* 1293. *nu.13.ante omnes Bald.ubi ſupra, quem meminit Ant. de Alex. ad Napodan. & Tiraqu. ibi.* Tutius cenſuit eſſe *Napod.in d.conſ.1. verſ.ſcientia.* etiam ſcienti denunciari.

7 Eodemque caſu advertitur, quòd ubi conſuetudo,vel ſtatutum ſcientiam requirit, tempus non currit, niſi a die ſcientiæ ſit plenæ habitæ, ut expreſsè dicitur in *dic.conſuetud.1.Neap.*

Et ita voluerunt *Bald. Caput. & Affl.* quos ſequitur *Maxilla in d.conſue.poſt venditionem. verſ. ſed quæritur iſtud quatrimeſtre.*Sed non benè hũc terminum ſcientiæ ſine denunciatione applicant textui noſtræ conſtitutionis,ut ibi adnoto.

Adverti quoque ſolet unde hujuſmodi ſcientia fuerit habita;neq;enim tenerentur vicini cuicumq; referenti ſic,vel ſic contractum indifferẽter credere, ideò reſpectu non ſemper ſcientia nocet. Nocere autem doctores dicunt, ſi banna præcederent, quibus res geſta, vel generando palam innoteſceret, vel ſi ſubhaſta fieret, poſt *Napod. in d. Gloſ. ſcientiæ* ibi quid ſi fuit ſibi dictum, & bona fidei non credidit,) *Anto. de Alexan. & Paſonell.* exemplum plenæ ſcientiæ in eo: qui interfuit ut teſtis, vel notarius,de quo in 1.*Neap.* 8

Itaque ſcientia præſumpta: quæ reſultat ex banno,vel ſubhaſta: vel alio modo hoc caſu ſatis eſt,ut ipſi affirmant,ut labatur terminus retractus, & *Mar.Anto.Berd.in tracta.jur. protomiſ. quæſt.6. nu.4.*quem refert *Hieron. Magon. deciſ. Florent.26. num.18.*

9 Ac tandem, ut hoc caput abſolvatur, maximè attendendum eſt, tunc de ſcientia iſta præſumpta ex conjecturis,præmiſſa procedere,cum lex,cõſuetudo vel ſtatutum denunciationem, & formalem requiſitionem non requirunt, ut & noſtra hæc conſtitutio expreſsè requirit in *princip.& §.1.* ubi notavimus *poſt Afflic. & Jacob. Novel. & Bald.* quos quoque ſequitur *Magoni.d. deciſ.nu.*44. Unde terminus 30. dierum per quancumq; ſcientiam non labitur,ut ſupra diximus.*ver.infra* 30.*dies.*

10 Sed & opportunè hic quæritur,cum tempus non exprimitur, intra quod vicini ſcientes rem venditam poſſint retractum petere,& jure congrui experiri,etiam non invitati, ut emant? Videtur annus, & non ultrà datus his, qui jure proximitatis præferri volunt,& qui ſcivit, & tacuit per annum quaſi tacitè renunciaverit, deinde debet repelli, *ex c.1.§.ſi Titius filius ubi Bald. not.ſi de feud.fue. controv. int. dom. & agn. Hippol. Marſi. ſingul. 64.incipit.* In multis partibus, & Civitatibus Italiæ,in terminis dicit per illum tex. & dictum *Ant.* ipſum conjunctum,ſeù conſortem non requiſitum intra annum unum tantummodo habere jus offendi præcium emptori, & rem vendicare, & vide *Alex. Barto.in l.ſicut. verſ. quæro certè, circa medium.C.de præſcript.30. annor.* per quem ita etiam concludit. *Quintil. Mandoſ. in tract. annal.caſu. & nu.* 150. aſſerens quod ubi terminus ad retractum rei alienatæ non præfigitur, ſeu ad declarandum, quòd ipſe vicinus eam velit,anno durat a die ſcientiæ alienationis factæ, & in id multos congerit *Andr.Tiraq.de retract.lignag.§.1.Gloſ.10.à num.3.* tenentes in quovis legali retractu annum tantummodo competere,ſequitur *Joan.Vinc.Anna allegat. 27.nu.23.*& valdè facit *tex. c.1. §.porro. qual.olim pote.feu.alie.*ubi etiam *Bal.not.tangit quæſitum novis.*

vissimè Alex.Leo in l.dudum, & sic tenet transitus simpliciter.

Et licet ipse *Tiraqu.* ubi supra *nu.* 8. à prædictis differentias, opinatus, *ut si statutum, vel consuetudo admittens consanguineum ad retractum, non prescriberet huic rei aliquod certum tempus, sed simpliciter statueret consanguineum posse rem venditam restituto precio redimere sine alia temporis prefinitione, id possit non solùm infra annum, sed etiam in 30. annos, non tamen ultra, dummodò res vendita semper manserit penes eundem emptorem num.*11.

Nihilominus contra *Tiraquellum tenet Andr. Gail.* affirmatque secundum opinionem *Baldi in* hac materia juris protomiseos fuisse judicatum. *lib.* 2.*pract.observat.*19. *observ. nu.*14. & nos tenemus *§.scriptum est.ver.anni.*

11 Cui sententiæ adhærentes uti veriori, & communiter receptæ post *Baldum* non obstat intellectus accomodatus ad dictum *§. Titius, si de feud. fuer.controver.quem tex Tiraq.* se subtiliter ità expendere ait in *d. Glos.*10. *nu.* 8. quòd ratio quare intra annum debet agnatus revocare alienationem in casu illius *§.ea est*, ut DD.notant, quia investitura feudi, de qua est quæstio, debet peti intra annum.*c.*1.*§.propterea de prohib.feu.alie. per Feder.& c.*1.*de capit. Corrad.* ideò inquit lapsus anni facit, ut agnatus non sit amplius audiendus, quæ ratio non facit ad casum nostri retractus.

Sed replicatur faciliter, quod ista ratio est similitudinis, non autem diffinitionis; quando quidem investituræ petitio quamvis anno præscribatur, non tamen concurreret, nisi data incuria, & negligentia infeudati, qui ex justa causa excusatur, ut habetur, & *not.in d.§.preterea.ver.negligentia.* Unde non sequitur, non revocavit Titius alienationem infra annum, ergo nec post annum investituram petet, excusatio enim prompta est; nam nec fuit infeudatus, ut ei labatur annale tempus Similitudo autem patem rationem habere post investituræ, & alienationis revocandæ infra anni spacium.

Nec rursus me movet, quòd *d. §.* si Titius procedit quoties est quæstio inter agnatos: quorum proximior anno tacentes videtur consentire alienationi, cum res illa adhuc in agnatione remanserit, non sic si in prorsus extraneum alienatio fiat, quo casu agnati admittuntur usque ad 30. annos, secundum *Glos. ibi.* quam DD. sequuntur relati per *Tiraq.nu.*9.*Deci.consi.*328.*num.*4. *vol.*3.

Replicatur æquiparationem terminorum esse non quò ad omnem revocationem alienationis feudi, sed quò ad eam: in qua potest esse prælatio. Nam per protomisim ipse extraneus non est ita inabilis ad emendum, sicut per jus feudorum: quod feudi alienatio in extraneum est prohibita, ideò est, quòd antiquiori tempore permissa feudi alienatione cùm jure tamen prælationis favore domini, & agnatorum, idem annus erat utrisque absque distinctione in extraneum ne an in agnatum remotiorem facta esset alienatio.*tex.*est notabilis in *d.c.*1. *§.porrò quali.olim pot feud.alien.*

Satis est ergo, quòd cum de prælatione agitur, & qui rem emit, non est ejus rei incapax par sit terminus ut non immeritò *Baldi* opinio in ipsa quoque protomisi, & in retractu consuetudinario, & statutario sit ab omnibus recepta, & si ad prædicta non videantur respexisse.

Adde *Jo:Bapt.Bovi.de statut.urb.præscript. Glos.* 10.*nu.*116. Ubi referens illud dictum *Bal.* retractum scilicet præscribi spacio unius anni, subdit, quòd ità servatur in Curia propter Bullas Sixti IV. Leonis X.& Pii IV.

Et concordant multæ consuetudines, quas DD. Galli glossaverunt, ut *Boer. Jo:Sayf. & alii*: quos sequitur *Cassan.* & alias quæstiones appendices tangit in *consuetu. Burg. de retract. §.*1. *in tex. de dans an & jout.*

13 Restat no aliud distinctionis caput, quando vicini ignoraverunt contractum, intra quod tempus retrahendi jus habeant? Primum autem in dubium revoco, si detur præscriptio, videtur enim non esse locum præscriptioni. Probo. Constitutio hæc prohibet in extraneum rem immobilem alienari sed requiri, & invitari conjunctos, ut id emant vel ex aliis illis contractibus accipiant: qui habentur in 1.*tex.* ibi (Non aliter ei concedimus) Alienationis verbo compræhensa est usucapio.*l.alienationis verbo.D.de verb. & rer. & signif.* impeditur ergo emptor extraneus longo tempore possidens jus vicinorum præscribere.*per l.ubi lex.& quæ ibi habentur, & not. per Glos. Barto. DD. D. de usucap.concord.apud Tiraq.de retr.lignag. §.*1. *Glos.*9. *nu.*250. & *seq.*

Nihil tamen facit; quoniam argumentum procederet, quando res prohiberetur alienari simpliciter, secus autem cum alienatio ex prohibita sine certa sollemnitate, ut est in proposito jure protomis. quo prohibetur alienari, nisi prius denuncietur vicinis ex ordine, ut in 1.& 2.*tex.*dictum est, ergò rectè præscribi res potest secundum communem DD.distinctionem à *Burs. relatam consi.*424. *col.*4.

14 Fortius obstare videtur ipsis extraneis emptoribus, quod vicinis ipsis ignorantibus non currit præscriptio nisi tricennalis, ergo ante lapsum 30. annorum jure congrui conveniri possunt. *Napod. in* 1.*consuet.eo.tit.ver. scientiæ.* Quod tempus 30. vel etiam 40.annorum est, quoties lex prohibet rem alienari, nisi certa forma adhibita respectu certarum personarum, ut currat præscriptio, idest quantum ad illos emptores extraneos; qui emerunt jam per dictum tempus elapsum, idest 30.ann. secus quòad alios, quia in futurum manebit firma dicta forma requisita, dicit *not. Nicol. Bello consi.* 46.*nu.*7.& 8. Neque enim hoc jus protomis. semel competit, sed semper contra quemcumque emptorem. *Marcus Mant.probat hoc eo.tit.quem posuit ad l.dudum.C.de contr. empt.vers.*3. *dubitare contigit, quia in vers quæ ad quintum*, & ultimum apertè dicit. Si denunciatio facta non sit habent hæ personæ 30.annos: quo tempore omnis actio concludi solet. *l.sicut. l.omnes. l.cum notissimi. C.de prescri.* 30.*anno.*idem tenet *Bartol.Cepol.consi.civil.*43. *Deci.consi.*222.*vers.ultimo non est omittendum.Tiraq. de retrac.lignag §.*1.*Glos.*10.*& §.*36.*Glos.* 2. qui & meminerunt *consi.Paul.Castrens.*430.*vol.*2.sequitur *Jo:Cephal.consi.*529.*num.*40.*vol.*3.*Adde hic Jaco:Novel.§.*7.*nu.*81.*ejusdem opinionis.*

Resolve tamen ex his quæ inferius dicimus *vers.verum ut attentius.*

25 In terminis verò nostræ constitutionis hic *tex.*est

T 2 intel-

intellectus non solum ut ego interpretatus sum, idest in casibus fraudis, & simulationis, sed simpliciter, videlicet, quòd elapso decennio, etiam si non fuerit denunciatum, vicini ulterius non audiuntur, ad id enim hic *tex.* est expressus secundum *Rober.Maran.in repet.d.§.Divi. nu.*132. *vers.sed quid si essent lapsi.* idem firmat hic *Bened.in princ.* notatque præscriptionem decem annorum currere etiã contra fiscum, sed contra vicinos negligentes retrahere; qui cum jus retrahendi habeant tanto tempore tacuerunt, ut videantur renunciasse, accessoriè verò contra fiscum ad pœnam, & in novis animadversionibus nondũ impressis ita dicit. (*Notificatione non facta consanguineo venditoris non potest currere tempus nisi usq, ad* 30.*l.sicut,& l.ulti C.de præscr,* 30. *vel* 40.*anno. In Regno verò Neapolitano ubi viget hac constitutio, ipsum tempus præscribitur decennio, prout verba in hoc §.disponunt.*) *quod & usu receptum est, & ita servamus.*

16 Decipitur tamen *Benedel. in suo comment. ad hunc tex.opinatus.num.*5. *&* 31. quòd præscriptio decennalis adversus fiscum fuerit inducta ad derogationem juris communis, quod attento non currit præscriptio nisi centenaria ex relatis *Afflic.* post *Andr.in prælud.constit.reg.q.*19.

Nos enim præsupponimus hujusmodi res intra decennium neque incorporatas fuisse fisco, neque denunciatas, cum jure cautum sit, quoties quid vacat; quod fisco cedere debeat, nondum tamen cesserit, si fisco more consuetudo denuncietur quatriennio usucapi potest. *l.intra quatuor. D. de diver.& temporal.præscrip.l.*1.*C.de quatri.præscrip.*

Quòd si fisco denunciatum non fuerit, sufficit longa possessione, idest decem annis adversus eum muniri. *l.In omnibus.D.de diver.& temp.præscrip. l.*2.*&* 3.*de requi.reis.l.*1.*§.divus.D.de jur.fisci.* concordat ergo communi juri, non derogat.

Quam statutariam decennii præscriptionem currere etiam contra ignorantem, cum non reddat factum omninò impossibile sciri, probat *Bovi. in d.tract.de statut.urb.præscrip.Glos.*19.*num.*5.

Præsertim cum sit de re immobili vicina: quæ quia corporalis est, cum præscribitur non requiritur scientia adversarii, sed præscriptio procedit etiam contra ignorantem, *tex. est in l. ulti. ver, Nulla.C.de præscrip. long. temp. Mascard.de probatio.quæstio.*1214.*nu.*39. *lib.*3. & in specie retractus firmat *Belleme.in cap.constitus.vers.*2.*dico. de resti. in integr.* quem sequitur, aliisque probat *Tiraq. §.*35.*Glos.*4.*num.*24.*& seq.*

17 Verum ut attentius hujus quæstionis veritas innotescat, investigare oportet, qualis actio competat vicinis contra extraneum emptorem, eundemque possessorem, quoties non observata forma hujus constitutionis prætermissa denunciatione res vendita, locata, vel in emphyteosim data est?

Constat namque, quòd si observata hujus legis sollemnitate, volens alienare vicinos requisivit, illis acceptantibus, ac justum precium solventibus, contractum resultare empti, & venditi, ita ut ad rem efficaciter agi possit, notanter *Bar. in l. uxorem.§.agri plagam.D.de lega.*3.*per l.Labeo scribit si mibi. D.de contrah. empti.* & alii communiter sequuntur à *Tiraq.* relati. *de retra. convent. ad finem tit.num.*74. quem videbis *quoq; de retrac. lignag, §.*1.*Glos.*10. *à num.*10.

Contractu igitur pro absoluto habito, cum ex parte sua vicinus adimpleverit, rem à venditore petit propria ex empto actione *d.l. labeo. in fine.l. Julianus.§.offerri, cum ibi not.de actio.empt.*

Inde facilè scimus quo tempore præcludatur actio: quæ personalis est, & rei persequutoria. *DD.in l.*1 *in primeo.tit.de actio. emp. in §. sequens, ver.earum, ubi Aug Jas.& alii.Inst.de actio.*

18 Et quia hodiè de qualibet venditione rerum stabilium instrumenta celebrantur cum pactis constituti, & precarii, clarum est competere vicinis, quos lex ista nocet, & præfert ratione vicinitatis, in rem actionem per *tex.in l.quadam mulier,D.de rei vendic.ad cujus intellectum præter ea: quæ ibi habentur à DD.videatur Napod.in* 1. *consue. Neap. de contrah.emp.addo Jo:Sayso.in consuet. Turon.de retract.art.*4.*latissimè Tiraq.de constit.& precar.*

Dummodo intelligamus per eas clausulas non perimi actionem ex empto; quæ personalis est *Bald.in l.*1.*C.de resci.vendi. Guid. Pap. decis.* 509. *Deci.consi.*281 *col.*1.*contra Matthesil.sing.*171.

19 Cum verò denunciatum non est, & extraneus emptor rei traditionem habuit DD. videntur variè opinati.

Quidam dixerunt esse conditionem ex ista lege, quemadmodum ex statutis: quæ conditio est personalis. *Mar. Mantu.in d.l.dudum.nu.*33.

Maranta in 8.*disputat,num.*2. esse actionem in scriptam, sed cum descendat ex hac constitutione esse personalem, & ita sequutus est *Napodanum in consuetud.si quis emit.ver.possidet.Bartol. Cepol.consi.causa.civi.*43. *&* 65. *Cassan. in consuet. Burgun. rubr.*10.*§.*11.*ver.on detenteur num.*2.*& seq.* quos in idem refert sequutus *Andr.Gail.pract. observat. lib.*2. *observa.* 19. *num.*6. aliosque congerit, adde *Jo:Ant.de Nigr.* hic; qui hoc verius esse putat cum *Napodano* simpliciter transiens, ut appellemus eam conditionem in rem scriptam *Jacob. Novel. in §.*2. *num.*34. *&* 43. *&* 45. *Joan. Bessian. eod. titu. art.*18.

And. Tiraq. §. 8. *Glo.*5. vult esse quodammodo personalem, cum sit conditio ex statuto, vel ex lege, & in rem scriptam: quoniam sequitur possessorem:

*Bartol. Cassane.d. rubr.*10. *§.*1. *in textu le peult rechater*, negat hanc actionem dici posse realem, cum non consideretur in ea dominium, seu quasi ex parte consanguinei retrahentis, quem sequitur *Bessian.in consuet.Alver.eo tit.art.*8.

Maranta disput. 8. *num.* 35. notat quòd ratio; quia emptores extranei repelluntur à vicinis precium solventibus, illa est, quia actio realis est, quæ adversus extraneos emptores competit. post *Affli.* quem citat *in §.ut infra.*30.11.*notab.*

Ante omnes *Napoda.* parum in hac re sibi constans *in consuet. si ex uno, ver.nisi,* dicit, istud jus congrui est merè reale ex utroque latere actoris, & rei; quia datur possessori habenti rem conjunctam, & contra possessorem ejus rei conjunctæ: quæ petitur, & eadem verba, & sententiam ponit *Anto.Caputus infra §.scriptum est, ver. qui habent protomisim, tacito Napodano.*

20 Tu verò ad concordandum opiniones distingue duo capita principalia, unum est antequam vicinus declaret velle præferri, adimpleatq; ex sui parte, alterum post declarationem, & implementum

cum sequutum.

Primo casu nulla potest dici nata actio vicinis, sed in secundo casu ex illa celebri doctrina *Io. Fabr. in §. ex non scripto. num.* 18. *vers. circa quartum Instit. de jur. natu. gent. & civi.* quòd ex hujusmodi statutis, & consuetudinibus retractus tunc jus in re proximis competit, cum facta fuerit oblatio emptori,& consignatio precii,per quod adimplementum agi potest actione reali, dicit *Faber*.

Et ita potest esse verum, quod *Napod. & Caputus* jus congrui esse merè reale, idest implemento sequuto ex parte retrahentis.

Ante hæc autem jus ipsum retractus quamvis dicatur ad rem competens,vigore statuti, vel consuetudinis actio est personalis, idest conditio ex tali lege, & consuetudine, cum non sit cautum quo genere actionis agatur, secundum *Fabri* distinctionem *ibi. Cassane. dict. §. 1. ver. le peult rachetter*,

21 Sev cave: quia non ideò, quòd dicunt DD. actionem esse personalem,sivè conditionem *ex hac l.* & similibus, vicinis, & proximis competentem, præsupponendum est, illam censeri in bonis vicinorum, & consanguineorum: quibus non potest dici jus quæsitum antequam declaraverint velle præferri ratione sui juris, ut est dictum, cum jus quærendum non sit in bonis nostris: qui nihil erogavimus de nostro *tex.* est optimus *in l. profectitia. §.si pater.D.de jur.dot.concord. per Præsid.de Franch.decis.*101.*n.*20.*&* 21.*decis.*14.*nu.*17.

Nec ab re conditio hæc ex lege judicatur stricti juris ad rem: quæ nunquam fuit in bonis petentis,nuncupatim dicit *Guid.Pap.decis.*257.*nu.*4.

22 Atque ad deducendam hanc actionem in esse, cum debeat precedere declaratio, & oblatio ex parte eorum: qui jus protomiseos habent, ipsum jus offerendi precium extraneis emptoribus tanquam præambulum agendi præscribitur, ita in jure offerendi pro luitione pignoris, quod fortius est,firmat *Bald.in c.*1.*num.*5.*de feu.dat. in vic. leg. commiss.* de qua materia est decisio *Anto.Cap.*202. & alias decisiones meminit *Præs. de Franch. decis.* 69.*num.*12.

23 His præmissis,& distinctis,considera,quod conditiones ex lege competentes, & in rem scriptæ, (ut est hæc juris congrui precio oblato extraneis emptoribus secundum magis communem opinionem DD. quos retulimus semper vers. cum vero denunciatum non est,) longo tempore præscribuntur, idest decennio, per *Glos.* menti tenendam, & optimam secundum *Bart. Odoff. Ange. & alios in l.si vi vel metu.C.de his: quæ vi met cau. fi.concord.per Tiraqu.§.*1.*Glos.*10. *num.*14.

Quæ conclusio verissima est in terminis nostri Juris protomis. quoniam extraneus emptor est uti tertius, cum obligatus ipse non sit vicinis denunciare, sed is: qui vendidit denunciatione non facta,quod aperte notatum est in primo *tex. Glos. vers.non aliter nisi,& in §.causa dotis.ver.venditio fiet irrita.ibi.In eo autem quod Afs.*

24 Ad quod optimè nos conducit *Alex. Imol.consi.* 173.*in fi. vol.* 6. qui in proposito paris consuetunis dicit, *licet consuetudo compellat venditorem requirere convicinos,non per hoc tamen compellit emptorem ad revendendum,vel tradendum rem convicinis, & qui sic intentant judicium sine actione agunt*) quæ doctrina est valdè notanda,& concordant huic constitutioni: qua edocti sumus, ut in venditorem dirigatur actio: qui tenetur invitus vendere vicinis, utilis verò actio ex interpretatione ejusdem constitutionis est contra extraneum emptorem; quia de facto eidem extraneo res tradita est, ideo dicimus esse actionem in rem scriptam. Et ita intelligi debet Alexander ibi ad revendendum, vel tradendum, idest non teneri extraneum actione personali: quæ attenta consuetudine est directa contra venditorem: qui non servavit ipsius consuetudinis formam, non tamen negando in rem agi posse, ut restituat, & relaxet, non dico,ut tradat:quoniam ad tradendum adversus venditorem actio est. *tex.est in l.*1.*in prin.D.de actio.emp.* Vnde verbum tradere, idest vendere significat in *l.debitori.C.de pact.not.Alber. de Ros.in diction.ver.tradere,ad Specul.de empt. & vend.§.*1.

Quem sensum non habuit *Hieronym.Magon.Florent.decis.*26.*num.*3.*&* 29.*vers. & respondendo.*

25 Si verò denunciandi onus paritèr incumberet vendenti, & ementi extraneo (quod negamus in terminis nostræ constitutionis per prædicta) certè non curreret præscriptio nisi tricennalis,quamvis conditio ex lege competeret, controversia esset enim non cum tertio,sed cum eo: qui personali actione teneretur, *d. l. si cui: ubi Cyn. Bart. & alii.*

Vt scias ex his cavere *à Tiraq. d. Glo.*10. *num.* 14. *& seq.*

26 Plus dico per hanc *constit.* quòd quamvis emptor dolo,versatus esset,ne contractus in notitiam vicinorum venisset, ne retrahere ut intra decennium,vel venditori persuaserit, ne vicinis suis denunciaret, quibus casibus juxta communes regulas exceptio longi temporis vicinis retrahentibus non obstaret, juxta tradita *à Jo: Sayso.in consuetu. Turon.de retraict.art.*15. latè *Tiraq. §.* 35. *Glos.* 4. *num.*30.& inde.

In terminis tamen nostris decennii lapsus omne vitium purgare notatum est, ne fraudis, vel simulationis objectio obsit possidenti extraneo supra ver. nulla de cætero controversia, & ver. neque etiam à fisco.*d.§.causa verò dotis*.

27 Quo etiam fundamento stante, alia sequitur conclusio,non esse opus allegatione, quòd denunciatum fuit ex cautela *Marantæ*: quam quoque impugnavimus supra *ver.decennio in* 1. *Glos.* cum ex solo decennii cursu sint exclusi vicini,ut notatum est.

28 Extra casum verò nostræ legis concederem,sollemnitatem denunciationis,& licentiæ vicinorum, quod consenserunt extraneo ementi præsumi per lapsum longi temporis, idest decennii, cum non agatur de magno præjudicio in ipsis retractuum causis quo ad diminutionem patrimonii omittentium retrahere, cum is: qui denunciatum fuisse vicis allegat, est in possessione, ut in emphyteota novo dicunt Doctores, quoties à domino controversiam patitur: cujus consensus in alienatione requirebatur, & vult revocare emphyteosim.Nam qui eam rem emptam habet,& decennium est elapsum, adjuvatur præsumptione, allegando quòd adhibita est sollemnitas.*Jo:Menoc. de præsump. lib.* 3.*c.*132.*à num.* 41. *&* 45. *vers. secundus est casus,*

post

post *Cravet. de antiq. temp. par.* 3. quos locos meminit *Dominus Fabi. Anna consi.* 112. *num.* 41.

29 Ex eisdem verbis *tex.* conijcere quoque possumus hanc statutariam decennii præscriptionem à tempore initi contractus incipere, & satis esse ei: qui modo possidet tandiù vicinos tacuisse: habetur enim in textu, (his: qui possident ex aliquo contractu) pondera verbum (possident) quod est præsentis temporis, & ad titulum, & causam præcedentem refertur, ut ex eodem titulo, & causa possidere præsumatur. *Glos. singularis in l. quadam mulier. ver. sufficiebat de rei vendic.* latè *Mascard. de probat. concl.* 1197. Nec non verbum (ex aliquo contractu) quia cum lex disponit de tempore respectu actus, ut hic incipit id tempus currere statim à die illius actus. *l. ait lex. D. ad l. Aquil. cum concord. alleg. à Signoro.* quem in terminis citat *Tiraque. §. 1. Glo.* 10. *num.* 113. *& seq.*

30 Titulus ergo, & possessio sunt uti duo extrema in hac decennali præscriptione, à quo incipit, & ad quod terminatur; quibus extremis probatis præsumimus media, ex *Glos. in c. volumus. vers. inconcussam.* 16. q. 4. *c. per tuas, de condit. apposit. & aliis in locis*, ut post *Tiraq. idem Mascar. concl.* 1196. *num.* 7. *lib.* 3.

31 Postremum sub distinctionis caput est, quoties sumus in dubio, idest neque probata scientia vicinorum jus protomis. habentium; neque eorundem ignorantia, propter juris regulas, & præsumptiones pro & contra. Sive quia sciant, sivè quia ignorent, possunt enim adduci adversus vicinos retractum petentes quædam, puta, quia vicinus is in libello instrumentum emptionis, & venditionis refert, sivè etiam ejus instrumenti partem, vel quia illud ipse produxit, ergo scivit, è contrario replicabitur. Non ex simplici mentione instrumenti, vel ejus partis, sequi omnium in eo habitorum notitiam plenam, & specificam ad remittendum jus sibi competens ex eo. Item jurabit vicinus se non habuisse notitiam, nisi postea, juxta tradita per DD. quos meminit, & sequitur in terminis præsumptæ scientiæ, vel ignorantiæ. *Aymo. Crave. consi.* 193. *num.* 8. *lib.* 1. *& consi.* 201. *num.* 31. *&* 32. *lib.* 2. & prosequere latiùs, si voles, apud *Joseph. Mascard. de probat. ver. scientia conclus.* 1293. *vol.* 3. *& ver. ignorantia, concl.* 879. 880. *&* 881. *vol.* 2. *ex professo Jacob. Menoch. elaborato tractatu de præsumpt. pluribus in locis, quos videto.*

32 Nam in proposito nihil ad nos, cum firmaverimus in puncto scientiam probandam esse plenam specificam, & perfectam vicinorum, ex *notab. doctrina Baldi in suo singul. consilio*: quod habetur pro commento nostræ constitutionis, & est receptum *ab Afflict.*, & *sequacibus*, ut sepè diximus.

33 Verum & hic omittendum non est, quòd si extraneus emptor allegando vicinum plenam, & perfectam habuisse scientiam, & ita ex ea excipiens instaret cogi vicinum agentem, & cum juramento interrogari, non esset certè cogendus; esset enim juramentum super alieno facto, idest de contractu habito inter venditorem, & extraneum emptorem quod factum, & quale verisimiliter ignorare præsumitur. Nec debet quis cogi, ut anceps & dubium perjurium præstet, ac iniquum est de alieno facto aliquem jurare. *tex. est in l. Marcellus. §. 1. D. rer. amot.* Attamen petente extraneo ipso convento depositionem actoris super suis articulis, ubi ponitur de scientia, hoc est, quod vicinus habuit plenam notitiam, & scivit contractum, non videtur excusari vicinus, quin juret de credulitate, quamvis alieni facti ita *Aym. Crav. consi.* 263. *num.* 27. *vers. non obstat d. l. Marcellus.*

34 Hoc modo concordat praxis: qua in Regno utimur, atque communi juri consonat, quoties, eorum: qui in judicio sunt, depositio petitur, respondere etenim debent per verbum credit, vel non credit is: qui examini civili subjicitur, ut se habet Regia Pragmatica Ferdinandi Primi, incipit. Quinta die, & sunt nonnulli ritus M. C. V. cum propriis comment. congeritque singulos locos, novissimè *Muscatel. In praxi Sac. Consil.* 5. *par. Glos. legaliores.* Ubi etiam differit post alios de modo, & forma practicandi mandatum illud in principales litigantes tertiò sub pœna confessi, ut eis deterius, quæ in controversiis hujusmodi juris protomis. sepissimè occurrunt.

SUMMARIUM.

1 *Textus sensus, & intellectus ex verbis.*
2 *Testamentum, & donatio dicuntur actus, non contractus.*
3 *Hæres universalis tenetur jure congrui.*
4 *Nisi Ecclesia sit instituta, & ponderatur Napodan. contra Afflict.*
5 *Finis præcedentis tex. constitutionis, quomodo se habet ad sequentes §§.*
6 *Examinatur opinio Benedelli de ll. Grecorum.*

Ex donatione, vel ex testamento.

1 EX donatione, vel ex testamento.) Habentes singularem titulum videntur comprehensi in eo: quod dicitur (ex aliquo contractu, vel ex donatione) intellige inter vivos: Nam donatio successioni hæreditariæ fieri non potest. *l. cum donationis. in fi. C. de transact. DD. in l. stipulatio hoc modo D. de verb. obli. addit. ad Bart. in l. quæsitum. §. si servus. D. de leg.* 1.

Habentes verò titulum universale significari possunt in eo: quod subjungitur ex testamento, in quo forma est hæredis institutio secundum Scribentes creditori calculo testatur *Bologn. in repet. rub. D. de leg.* 1.

2 Sed quare *tex.* prius dicit (ex aliquo contractu) deinde ponit testamentum, & donationem? Respond. quod neque testamentum, neque donatio sunt contractus. Isti sunt enim viventium actus, ille 1. testamentum est ultimæ voluntatis actus. *l. Labeo. D. de verb. & rer. sign.* Quamvis alienando pro contractu etiam testamentum accipiatur. *And. Alcia. in l. verba contraxerunt. d. tit.*

3 Quid autem si quis moriens simpliciter, & bona fide hæredem instituat, an huic hærede intra decennium retractus controversia moveri possit pro ea re, quam testator emerat? quod sic *tex. est in cap. constitutus, ubi not. ver. vel eorum successionibus, extra de integr. resti.* Nam, & hæres ejus, qui emit etiam pro emptore dicitur possidere *tex. in l. missio, ubi Glos. de usucap. pro empt.*

4 Restringe quæ dixi, nisi institueretur Ecclesia quæ non convenitur jure hoc protomis. ut in fine con-

constit. ubi notavimus *Napod. in consuetu. Neap. si Ecclesia. ver.* sed pone quidam jussit, *tit. de jur. congr.* intelligit in Ecclesia erecta: & præsupponit ipse, quod testator prius emerat possessiones aliquas, & postea instituit Cappellam edificatam, in præcedenti *ver. ibi*, sed quid si aliquis emit, ad quæ cum non adverterit noster, *Affl. in §. scriptum est. nu. 20.* dicit sibi videri quæstionem *Napod. superfluam*, sed benè dici *Napod.* rectius considerata quæstione, ut dixi.

5 Hic est finis constitutionis Federici Imperatoris *not. Jo: Ant. de Nigris*, ac sequitur sumptum ex Græcorum legibus inquit *Nig.* Quæ capitula usq; ad finem fuerunt posita ab aliquo doctore privato secundum *Camillum Borrel. in consi. 26.* & ante eos *Afflic. in finalibus verbis §. prohibemus*, cum non habuerit hunc *tex. §. transcurso dixit.* hic finiunt verba Federici, & sequuntur quædam leges Græcæ loquentes de jure protomiseos, & istæ leges Græcæ non servantur, nisi, ubi est consuetudo, vel statutum; quia sunt leges locales, ideò sequitur *§. scriptum est* quæ capita, & nos Glosavimus propter multa utilia: quæ legisse non pigebit.

6 Sed *Benedellus* de his aliter dicit, quod Federicus Imperator in fine ejus constitutionis has leges inseruit, & constitutioni adjunxit, ut ejusdem pars quædam videantur, & communiter cum ea leguntur, & impressæ ab aliis cum eadem constitutione vel ut sint de ipsius corpore fuerunt enarratæ à multis Jureconsultis) Tu tene priorem sententiam, quæ receptior est, & verior, quoniam *Bened: nihil allegat*, nec resolutè loquitur, quamvis verum dicat dictas Græcorum leges, seu consuetudines locales esse non generales, pro quo, dicto debuit citare *Baldum hic. verf. venio ad statutum de quatuor mensibus*, de his enim legibus sentit & post *Bald. Afflict. proximè citatus, & Caputus.*

Glos. ex donatione, vel ex testamento Ant. Caputi.

S U M M A R I U M.

1 Quædam notabilia de simulatione.
2 *Hodiè emo, cras dono.*
3 *Lite contestata super congruo, vel re in fraudem alienata.*
4 *Forma libelli.*

1 Quamvis possit res donari, legari, & permutari, tamen si simulatè hoc agerent, inspicitur, quod in veritate est, & non quod simulatè concipitur, & propterea dicit lex re verà, & non simulatè *ff. de off. praf. l. congruit in fine, & C. de leg. l. dignavox.*

Et contrarium prima facie videtur, ut *D. ad Vel. Feja. l. aliquando, vide C. de jurjur. l. fi. C. ad Vell. l. antiqui, & C. de contrahen. emptio. l. 2. & 3.*

Quandoque rei veritate dicitur, quis facere, & habere quod non circumventione acquirit, ut in *auth. de his ingred. ad appel. §. volumus. coll. 5. liceat autem cum veritate*, & non per calumniam fieri volumus, ut in *auth. ut in privat. domi circa medium ead. coll. 5.* Sed simulatè quoque pro simplici dicitur, ut *C. de epis. & cler. l. presbyteri* quandoque vero pro decipere, & tunc est dupliciter simulatio scilicet bona ad hostem decipiendum: de qua loquitur *22. quæstio 1.* utilem, alia est mala, & perniciosa, idest ad decipiendum proximum. *22. qu. 5. cavere*, Et alibi simulator ore decipit amicum suum *Prover. 71. in princ.* Est autem simulatio quando quis simulat, quod non est, dissimulat quod nō est, dissimulat quod est. Unde Deus dissimulat peccata hominū propter pœnitentiā. *Sapien. 12. in fi. & pro hoc Genues. ubi Loth.* dissimulat exire Sodomā, unde dissimulāte Angeli apprehenderūt manus ejus, ac uxoris, & X filiorum, & extraxerunt eos contra Civitatem. Unde versus. Quod non est simulo, dissimuloque quod est, ut *D. de coll. l. 1.* Alia est propria . . . *ff. de dolo. l. 1. §. 1.* Alia est discreta *22. q. 3. c. quod tamen bonorum.* Alia detestabilis. *24. q. 1. officii*, alibi dicitur, quod simulatio. Alia est honesta. *27. dist. quod autem rogari, & d. c. officii.* Sed hic de illa agitur, quæ est ad decipiendum. Et quid sit simulatio, dic est promissio ob causam non veram, vel non justam *Bar. C. si cert. pet. l. si ex pretio.*

In contractibus autem simulatis valet id, quod tacitè agitur, non quod expressè concipitur, quia in expressis deficit consensus. *l. 1. & 2. C. plus val. quod agi. & l. imaginaria. D. de reg. jur. & l. nuda. C. de contrahen. empt.* adeò quod ex tali imaginario contractu non transit dominium, ut ibi, sed possessio benè transit; quia in illa transferenda non requiritur titulus, vel causa, ut *l. 1. §. 1. & l. 4. D. de acq. possess.* licet illa translatio possessionis sit simulata, si contractus est simulatus. *arg. l. cum proponas. C. si quis alteri, vel sibi, quod tenet Bar. in l. emptor. D. de acq. plu. arcen.* In hac autem constitutione idem voluit Imperator, ut venditio fiat irrita, ut hic, *& verf. & si ante juramentum.*

3 Sed quæro pone quod quis emit hodie unam domum, & possedit, cras vero, vel postea donavit, aut permutavit cum aliquo an habeat locum jus protomis. ut conjunctus possit hanc rem petere? videtur quod sic, quia semel fuit quæsitum jus contra emptorem ipsi vicino, ergo sine ejus facto illi evelli non debet; ut in *reg. jur. quod nostrum.* Item certi sunt modi. quibus tollitur obligatio, ut *instit. quib. mod. toll. oblig. per totum*, sed emptor est obligatus conjuncto in hoc jur. protomis. ergo sine illis modis non potuit liberari.

Sed certè in casu proposito videtur, quod omninò cessat jus protomis. tam contra emptorem pro eo, quod non possidet, & istud jus requirit veram possessionem, si venditor vendiderit sine denunciatione; ut in principio hujus constitutionis, quàm contra donatarium, aut permutantem possessorem pro eo, quod non possidet titulo emptionis, in quo competit jus istud, ut hic.

Non obstat, quod semel fuit quæsitum jus contra emptorem eundemque possessorem, tum quia illa acquisitio duravit quandiù duravit res, & possessio apud eum; quia istud jus est in rem scriptum, sicut, & multa alia jura, ut *Instit. de act. §. præterea, & D. quod met. caus. l. metum. §. hac actio*, quod autem sit ad rem patet in principio hujus constitutionis, quia conjunctus habet recursum ad personam, & facit etiam ibi extraneos emptores repellere, pro hoc facit, quod notat *Host. extra de sepult. c. de his*, ubi dicit quòd quilibet potest agere contra aliquem, quatenus sua interest, & maximè contra eum; qui facultatem habet rei restituendæ, pro hoc

hoc facit quod si pecunia mea pervenit ad te æquum est, ut eam mihi reddas. *D. de leg. 1. l. quidam recti. §. si scriptæ, & l. si a pluribus*, sic dicimus in actione in rem, vel hypothecaria; quæ semel quæsita contra possessorem, durat contra ipsum, donec possidet, eo vero desinente nonpossidere, tunc enim habetur pro possessore. *D. de rei vendic. l. quod si dolo, & l. qui restituere, cum l. seq.* & hæc desinentia est modus tollendi hanc obligationem Juris prothomis. & per hunc modum puto, quòd quis non possidens frustaret conjunctum, nisi probaretur de simulatione per test:s, ut per juramentum.

3 Sed quid si possessor post litem contestatam per conjunctum, alienavit? Resp. non valet; quia res effecta erat litigiosa. *C. de litig. l. cum auth. ibi. posita.* Item si emptor alienaret in fraudem habeat locũ. *D. de judic. l. si quis p. st. & de multiplici fraude not. ff. de legib. l. contra legem, cum seqq. per DD.*

Quia verò libellus in hoc jure debet contra possessorem; super quo interrogabitur conventus per Judicem si tenet, & possidet ex causa emptionis, vel locationis, vel emphyteusis, libellus sic formatur.

4 Coram vobis T. contra T. ex eo, quòd cum N. consobrinus ipsius vendiderit, & tradiderit titulo venditi eidem T. quendam fundum suum pro uncia una positum in territorio N. in loco . . . juxta fines , , , qui fundus spectat ad actorem ipsum pro precio ante dicto ex jure prothomis. ideò petit dictum fundum ab eo secundum Imperialem constitutionem, & paratus est, & se offert in judicio restituere, ac tradere, & numerare eidem T. dictam unciam; quam pro venditione dicti fundi venditi assignavit, &c.

Antonius Caputus.

Ista Glosa Caputi habet quædam alia quæsita: quæ excerpsit, & exemplavit à *Napod. in consuetud.* Ubi domus: ver, ab emptore; authore tacito, ideo non posui. P.R.

TEXTUS VII.

Scriptum est è Græcorum legibus de jure Prothomiseos, ubi dicitur de termino, & fine ejus: quem jus ipsum habet, videlicet, quòd illi: qui in circuitu sunt confines secundum ipsam propinquitatem; quam ipsi habent, sed propè sunt in venditione conjuncti, victoriam ipsius venditionis habeant. In tali itaque ordine, ut qui habent ipsam Prothomisim, infra unius anni spatium, post annum verò nullam Prothomisim habent. Si autem sint in ipsa terra, vel in ipso loco; habeant Prothomiseos victoriam usque ad quatuor menses, ità tamen si fuerint à venditoribus sollemniter requisiti, & non renunciaverint temerè. Item de ipsa Prothomisi in alio Græcorum capitulo continetur, ut qui habent Prothomisim à tribus partibus illorum potior sit venditio, & una pars nihil ibi habeat. Quod si habeant à duabus partibus, collatione facta recipiant eam omnes sicut propinquitatem habent. Si autem domum prope castrum habeat, ipse eam habebit, qui Prothomisim per castrum habet, & non illi: qui ipsam Prothomisim per parietem habent.

SUMMARIUM.

1 *Græcarum literarum laus.*
2 *Textus hic de legibus Græcorum quomodo se habeat ad constitutionem Sancimus.*

Ver. Græcorum legibus.

1 GRæcorum legibus.) Non ll. tantum Romani, sed & philosophiam, atque omnes ingenuas artes à Græcis habuerunt, testimonio Ciceronis comprobat *Guliel. Bude. adnot. in pandec. 1. par. ad l. 1. de contrah. emp.* Fuit enim Græcia aliquando felicissima, & potentissima in toto terrarum orbe, Alexandro Magno regnante, dicit C. Plini. natur. histor. lib. 18. c. 7. Illiusque Principes, qui omnem hujus Regni oram maritimam obtinebant, & ut inquit *Mari. Freccia lib. 1. de subfeud. de offic. Mag. Comestab. nu. 7.* per duces eorum Calabris nostris, Brutiis, Lucanis, & Neapolitanis ipsi Græci dominabantur, nimirum igitur si ex eorum legibus adhuc quædam supersint reliquiæ. P.R.

Glos. Græcorum ll.) Per hoc patet; quòd hæc fuit extracta à lege Græca super hoc jure edita; quoniam omnia nostra à fontibus Grecæ eloquentiæ manaruntsed hodie istud jus divulgatum est, sivè per consuetudines, sivè per statuta, ideò fuit utile secundum tempora aliquid providere. Ant. Caputus.

2 Qui huc translata referuntur vix servantur *Affl.* dicit *in fine §. præcedentis*, ubi notavimus. Si voluisset Federicus Imperator ista capita quoque servari, necessariò sequeretur correctio suæ constitutionis maximè in eo: quod de tempore diversimodè hic & supra præscriptum fuit, & in eo: quod in istis Græcorum capitibus solius venditionis est mentio, cum Federicus idem voluerit in locatione, & emphyteusi; sed absurdum esset dicere per hæc corrigi antedicta, juxta *Glos. in l. non ad ea. vers. præsens. D. de conditio. & demonstrat.* meminit *Roman. consil.* 104. Verum si jam nullus esset usus, notitia tamen necessaria videtur. *7. dist. c. fuerunt.* Sed dici potest secundum *Afflic.* & quidem benè, in fine hujus textus quòd omnia dicta in præsenti constitutione Græca veniunt per modum additionis *ad tex. l. domini Federici Imperatoris*, ergo evidens est utilitas in eo: quod additur. P.R.

SUMMARIUM.

1 *TErminus, & finis quomodo sumantur.*
2 *Finis in duplici sensu.*

Ter;

Termino, & fine.

1 TErmino, & fine) Terminus refertur ad tempus, finis ad propinquitatem, ut aptè respondeant verba contextus: Nam Græcarum legũ titulus hic ponitur, & primũ sermo est finium, deinde ibi (in tali itaque ordine) habetur de tempore. Ultimo ibi (Item de ipsa protomisi iterum habetur de confinibus, promiscuè tamen pro fine ponitur terminus. *D.de termi.mot.l.2.& 3.l. sed & loci.§.si dicantu. D.fini. regund. & Deuteron. c.19. terminos terræ moveri non liceat nec propria, nec aliena, per quos vobis servabitur pax*, Inde ad notandum bellorum originem, sequitur (*præliis, & seditionibus, ex hoc oriundis, dum accedere ultra terminos avari voluerint.*) *Joseph antiquit. Judaic. lib.4. cap.6. caus.* 12. *q.2. c. in legibus.* Et de antiquorum finibus, & terminis ad agros dividendos, vide tu curiosè *Hieron y.Magi.lib.4. c.7. Rivalli.histor.juris lib.1.Carol. Sigoni. de antiq. jure Itali lib. 2.Et eloquentissima Ovidii carmina fastor.lib.2.*relata *in comment.Andr.Alcia. emblem.*157. Nec tamẽ omitto primam agriculturæ legẽ apud *Platon. esse terminorum, sive finium observationem lib. 34. de legib.dialo.*Finem insuper magis ad agros, quàm ad urbana docet *Cicero in Topicis*, & vide *ad præxim Parid.de Puteo de feud.reintegr.cap. de finibus P.Rendella.*

2 Finis aliquando ponitur pro fine agrorum. *Isydor. lib.5. 2.par. cap.* 14. quòd fines dicti sunt, & quod agri fundis sunt divisi. Sic ponitur infra eod. ibi illi de circuitu sunt per finem. Sanè cum hic ponantur terminus, & finis, secundum hoc idem sunt. Sed hic finem intelligo pro fine temporis: quod jus istud habet, ut in vers. in tali itaque ordine, quo casu declinatur hic finis, & probatur primo *ad Corint.c.*10. In quos fines sæculorum devenerint, translativè, 12. *q.* 2. *c.* gloria episcoporum, & in psalmo legitur, notum fac mihi finem, & sic finis pro temporis extremitate ponitur, quia jus istud habet terminationem in præsentibus, & requisitis infrà quatuor menses, in cæteris finis est annus, ut patet in textu. *Antonius Caputus.*

SUMMARIUM.

1 D*ictionis videlicet natura.*
2 *Conjunctio qualis esse debeat in hoc jure.*

Videlicet.

1 VIdelicet) Declaratur tenor ll. Græcorum: hæc est enim virtus hujus dictionis c. ex literis, ubi *Aret. & Deci.6. notab. extra de probat.* & quandoque restringit, & limitat. *Aym. Crave. consi.*310.*nu.2.par.2.sex.in l. tempus. D. de re jud.*

2 Licet autem litera hujus tex. ex Grecis legibus vario modo habeatur, verus tamen sensus colligitur. Quòd illi: qui circa rem: quæ venditur, fundum habent, esse in confinio dicuntur, habito respectu ad propinquitatem cujusque. Sed non omnes de circuitu admittuntur ad jus protomis. verum illi: qui propè sunt conjuncti rei venditæ, idest qui magis confinant propter dictionem propè quæ significat juxtà *l. adeò §. insula. D. de acquir.rer.dom.*

Attenditur ergo conjunctio rerum stabilium in hoc jure tàm per leges Græcorum ut hic, quàm per constitutionem Federici, ut supra vidimus in primo textu, & notat *Afflic. num.*4. *not.*2. Nam & propinquitas pro vicinitate ponitur valdè in prædiis optata, ut *Cicer. pro S. Roscio Amerino*, habet, inquit, plura prædia, neque tamen unum: nisi præclarum, & propinquum. *P. Rend.*

SUMMARIUM.

C*Onjunctus ad unam rem tãtum ex pluribus quæ simul venduntur, an possit pro illa duntaxat petere jus protomis. Et an pro omnibus.*

De circuitu.

DE circuitu.) Et sic nota, quòd illi de circuitu sunt vocandi ad istud jus secundum propinquitatem: quam habent, ut *not.infra in Glos. via in fine* Sed præferuntur cæteris hi: qui habent conjunctionem à tribus partibus, & omnibus anteferuntur hi: qui per castrum conjunguntur, ut inferius.

Sed pone, quòd quis habens diversas possessiones, vendidit quandam domum, & terram certo precio, putà viginti, quidam conjunctus domui tantum, petit jure prothomiseos domum ipsam. Venditor autem dicit, amice, aut totum emas, aut totum dimittas ei; qui emit, quæritur quid juris? & primo videtur, quòd non sit audiendus conjunctus volens tantum domum, pro quo facit illud generale, aut totum dimittendum. *C. de jur. delib. l.quidam ælogio.& D.de admin. tuto. l.cum quæritur in fine. cum multis concord.* Item ubi facta est venditio plurium rerum uno precio tantum debet manere emptum priori emptori, quia una videtur emptio, & venditio, ne in particulari venditione emptor efficiatur incommodo, cum particularis solutio sit damnosa.*D.fami.ercisc. l.planè, ubi notat.* Item quia emptio fit hic ratione totius, non ratione partis. *arg.de leg.2.l.neminem, & famil.hercisc. l. nemo.§. in fundo.* Item ne prior emptor cogatur partem emptam tantum habere, cum alias non emisset nisi totum empturus.*D.de in diem adjecti l.quòd si uno, & de novatio.l.tutor.§.1. & de ædilit. ædic.l.cum ejusdem, & de solutio.l.si quis aliam, & facit de leg.3.l.prædiis.§.si quis domum.*

Contrarium videtur dicendum, quod licet domus, & fundus uno precio vendantur, tamen unum non est pars alterius; quia diversa sunt corpora, ut *D.de evictio.l.cum plures, facit l.id quod §.ult.de peric. & commo. rei vend.* Unde pluribus fundis uno precio, uno evicto, pro unò tantum agi potest de evictione, quia tot sunt evictiones: quot sunt res in emptione comprehensæ, ut in *d.l. cum plures.* Ideò superiora argumenta possunt habere locum, quando esset totum contiguum, vel unum corpus: quod venderetur puta una domus tantum, vel unus fundus: non poterunt conjuncti emere partem illius temporis. Sed cum plures venduntur res, una non est pars alterius, nisi esset talis res: quæ esset ejusdem officii: vel quarum una est accessoria alterius: quo casu videtur servanda distinctio: quæ habetur *D.de ædil.ædic.l.cum ejusdem in Glos.*Unde si in una habeam jus protomis. istud jus

non debet mihi auferri facto venditoris vendentis in prejudicium juris mei plures alias res, vel corpora simul. Nam istud jus, vel beneficium contra jus commune competit ex consuetudine; quæ pro lege servatur, idest jus Civitatis, & beneficium a lege concessum: quod commodo privatorum auferri non debet, in *auth. de Monac. §. si non solum*. Nec per alium debet alii iniqua conditio inferri, ut *D. de reg. jur. l. non debet* Item licet una sit emptio plurium corporum simul tuo precio, tamen habito respectu ad ipsa corpora plures venditiones dici possunt; quia si plures res uno precio distrahantur pro singulis tamen agi potest ex empto, & vendito *D. de actio. empt. l. si uno*. Sicuti licet una stipulatio pro pluribus rebus fiat, tamen quòt sunt res, tòt sunt stipulationes. *D. de verb. oblig. l. scire debemus*. Et si testator uno contextu verborum plures res legat, tamen tot sunt legata, quot sunt res *d. l. neminem. de leg. 2.* Undè legatarius unam repudiare potest, & alia petere, quod secus est in una re tantum legata, quia legatarius non potest ejusdem rei partem petere, & partem repudiare. *eadem l. neminem.* Si ergo his argumentis habens rem cōjunctam potest petere ratione hujus juris prothomiseos se admitti ad emptionem unius rei venditæ; in qua habet locum istud jus, res alias emere non cogendus; Nam de consuetudine hujus juris derogatum est juri communi, ut invitus quis vendat cui alias non venderet, non autem quis cogitur invitus emere, *ut C. de jure delib. l. nec emere, & de contrah. empt. l. invitum.* Et quod contra juris rationem introductum est, non debet trahi ad consequentias. *l. quod vero, D. de l.* & ita notat hic Dominus, *Bal.* & habeo quod ita tenuit *And. de Isern.*

Item pone, quòd quis vendidisset omnia bona sua alicui, & ego peterem me admitti ad emptionem omnium bonorum ratione alicujus rei ex ipsis mihi conjunctæ: per quam jus protomiseos pretendam respondet *Bald.* quòd satis videtur absurdum, ut compellatur venditor mihi omnia vendere, sicut non potest quis compelli, ut omnia emat, sicut supra dictum est in quæst. præcedenti, & facit quod supra dixi *ver. domum.*

Sed quomodo æstimatio illius rei tantum, quam peto ratione vicinitatis, fiet? cum plures uno precio venditæ sint, dicit *Bal.* quod Judex estimabit, deducta æstimatione alterius rei simul venditæ, ut *D. de leg. 2. l. si quod ex . . . . & l. qui solidum. §. Anton. Caputus.*

Copiosè *Andr. Tiraqu. de retract. lignag. §. 23. Glos. 1.* quæ & ego examinavi suprà *unusquisque secundum suam portionem accipiat. P. Rendel.*

SUMMARIUM.

1 *Victoriam, idest sententia pro se.*
2 *Terminus quatuor mensium, quomodo intelligendus.*

Victoriam.

1 Victoriam) idest sententiam pro se *Afflict. hic 8. not. & ante Afflictum Anto. Caput.* ita inquit in idem verbum. Sicut Victoria est: quæ ex hostibus reportatur victis, vel occisis in prælio secundum *Isidor. ethimol. lib. 8. par. 2. cap. 2.* ita cum non minus militent patroni causarū in causis tractandis. *C. de advoc. divers. Judi.* Advocati dicuntur obtinere victoriam sententiam pro se reportantes, & sic victoria ponitur hic pro sententia juris protomis. quam obtinent requisiti, & præsentes infrà quatuor menses, si autem non fuerint requisiti, vel sint absentes infrà annum, post dictum verò tempus excluduntur, quemadmodum plures in jure pariter excluduntur à suis juribus, & actionibus propter præscriptionales temporales, veluti exceptione non numeratæ pecuniæ *C. de non nume. pecu. l. in contractibus, & instit. de litera. obligat. in princ. & in redibitoria:* quæ sex mēsibus durat. *C. de ædili. actio l. 2. & D. eo sciendum; & in plurib. aliis*, ità hic elapso dicto termino conjuncti excluduntur, ut notat *Bal. super ver. infra 30. dies argu. C. de his, quia non domi. manum. l. fin. in fin. facit C. de præscript. long. tempor. l. 2. & de usucap. transform. l. 1.* excluduntur ergo conjuncti elapsis dictis temporibus, cum per eos stetit quominus victoriam habent, optimè facit quod notat, extra de appell. *c. ex ratione, cum simil.*

2 Quæro quomodo intelligitur iste versiculus; cum supra dicatur, quod facta denunciatione debent conjuncti solvere justum precium infra 30. dies, alias excluduntur, & hic dicitur infra quatuor menses, si sunt in Civitate, & sollemniter requisiti. Respond. quod supradictum de 30. diebus habet locum, cum facta denunciatione conjunctus infrà 30. dies non solvit justum precium, quod vero hic dicitur habet locum, cum solvit, & venditor noluit recipere, sed infra dictos dies transtulit possessionem in emptorem; qui emptor non vult recipere justum precium, & sic concordat, ut extra de *elect. in 6. cap.* cum expediat, & hoc casu debet agere conjunctus contra possessorem, ut præferatur, & obtinebit victoriam infra tempora supradicta, & ex hoc inolevit consuetudo, quòd conjuncti, si eis fuit denunciatum infrà 30. dies offerent precium, quod si non recipiatur, deponunt penes alium, ut *C. de usur. l. acceptam*, & si non fuit eis denunciatum, postquam ad notitiam eorum pervenit, facto deposito agant contra possessorem, & debet causa ipsa finiri infra dicta tempora. *Anto. Caputus.*

Iste intellectus non est verus; nam debuit advertere differre *ll. Grac. à constit. Feder. Prosp. Rendella.*

SUMMARIUM.

1 *Ordo duobus modis capitur.*

Ordine.

1 ORdine) bis mentio habetur ordinis. Primò supra in fine principii, ibi, quos vocamus per ordinem. Secundo, hic, ibi, veluti dignitatis, & qua sermo ad personas proximas refertur, hic verò temporis, quam distinctionem in alio proposito notat *Lucas de Pen. in rub. C. ut dignit. ordo servat. lib. 12.*

SUMMARIUM.

1 *Præsens, vel absens in eadem terra quis dicatur.*

Terra

Terra.

1 TErra multas habet exceptiones, ut per *Parid.de reintegr.feu. c.est denique videndum. Frecc.de subfeud.lib.2.author.... nu.25.vers.quomodo autem capiatur terra, & alios:* qui verborum significationes interpretantur, hic autem civiliter capitur pro loco habitationis, ubi vicini resident, idest Civitas, Villa, vel Castrum juxta ea: quæ dicit *Napon.in probam.consuet. Neap.§. per quod authoritatis, vers.districtu, & in consuet. si quis emit. ver.terram in prin.de jure congrui, probatur in c. 1.de usur.lib.6.c.cum in partibus, extra de verbo. signif.* & convenit litera: quæ se habet, ibi (in ipsa terra, ac ibi (si autem sunt in ipsa terra, vel in ipso loco) similis est sensus Psalm.49. vocaverunt nomina sua in terris suis, idest in urbibus: quas viri potentes ædificarunt secundum comment.ibidem. Vel dic, quia mentio est præsentium, & absentium, præsentes intelligi, qui sunt in ipsa terra, idest in una, eademque provincia, ut liceat sub eodem Præside litem agere; locus namque potest hoc modo provinciam significare. *tex.in l.fi.C.de præscrip.longi tempor. & ibi glos. ver. una provincia, & Jo. Franc.Bald.tract.de præscrip.4.par. princip. ver.* 4. opportunè quæro, ubi notanter tangit quomodo dicantur præsentes, vel absentes clerici, & laici habentes invicem controversiam, vide *Bartolo.Cassane.in consuetud.Burgund.des fidz.rubr.3.§.1. text. sil est au pais.* Idemque *Napod.in d.ver.terram consuet: si quis emit*, sentit, dum notat, quod terra quandoque ponitur pro Provincia, & Regno. Tu tamen adverte, quia hodiè merum, & mixtum imperium, ac omnimodam jurisdictionē habent. Capitanei in unoquoq; oppido separatim, ac idem potest unusquisque in loco suo, quod Præses in sua provincia. *Bartol.de Capua in Constit.Regn.de officio Justiti.& Thom.Grammat.in addit.* unde absentes censendi sunt, qui alterius sunt jurisdictionis, quāvis Judicem habeant communem Præsidem provincialem in causis gravaminum, vel alio modo à propria curia dixi, *lib.8. juris patrii c.6.*

S U M M A R I U M.

1 *VEndita re aliena an currat vicinis tempus. si dominus post modum ratam habeat venditionem, & quid in venditione invalida.*
2 *Exceptio: tua non interest nocet extraneo emptori.*
3 *Simplex emptio ab imaginaria differt, & qua ea sit in proposito.*
4 *Anticrisis vulgò contractus gaudendum, & an, & quando in eo locus sit juri retractus.*
5 *Pignoratitius contractus qui empti, & venditi in fraudem usurarum dicitur, quibus in casibus prodest vicinis.*
6 *In pignore pactionato interdum procedit protomis.*
7 *Res in qua cadit affectio non est censenda pignori submissa sine spe luitionis.*
8 *Consuetudo Bari dat congruum in pignore.*
9 *Res vendita, locata, vel in emphyteosim data venditori, an in fraudem usurarum judicetur, & utrum retrahatur.*
10 *Re locata fæneratori etiam viliori pretio locus est protomis.*
11 *Re vendita partibus à contractu recedentibus ante implementum cessat retractus.*
12 *Ante traditionem res dicitur integra, ut nec laudemia debeantur. Estq; venditio seminata.*
13 *Ante traditionem non dicitur alienatum.*
14 *Clausula vendidit, & tradidit, idem constituti, operantur dominii, translationem.*
15 *Conclusio contra vicinos re vendita retrotradita, & an hac resolutio prædicta venditionis sit nova venditio.*
16 *Jus congrui in contractu conditionali.*
17 *Pactum reservationis dominii, & similia non impediunt vicinos agere.*
18 *Venditio ad mensuram ante mensurationem est imperfecta.*
19 *Venditio non specificato pratio aliquando valida.*

In venditione conjuncti.

1 IN venditione conjuncti) Venditionem hic exponimus veram ex iis: quæ diximus in *§.1. ver.verus emptor.* Sed an dicatur vera venditio ad effectum juris retractus, cum à non domino res venditur: domino post modum ratam habente, ita ut si vicinus non petat, currant sibi tempora retractus?

Resoluunt *Addent.ad Napodan.in 1.consuet.in princ.Stephan.Cajeta, & Jo.Ang.Pisanell.* ex quorum dictis respondetur, quòd si quis vendit tanquam ipse dominus, cū non esset. Rem tamen possidebat, vicino currunt tempora, ex quo venditio rei alienæ ut propriæ fieri potest, & dicitur vera venditio, inquit *Pisanel. per tex.l.rem alienam. de contrahen.empt.* Si autē vendidit, ut alienam, fortè quod se procuratorem asserit, vel domini ratificationem promittit, vel si ut suam vendendo, constat quòd alieno nomine possidet non pro suo, & verius est, tempus non currere, nisi vero domino ratam venditionem habente, secundum *Stephan. Caiet.* verbi gratia, constat apparente instrumento locationis: quod probat contra conductorem non esse eum dominum *Soccin. consi.11. nu.4.vol.3. & consi.54.num.11.vol.4. cum concord.per adden. ad Afflict.dec.325.* Instrumentum enim rem facit notoriam, prompta est probatio, evidens, & manifesta per *Tiraq.de retrac.lign.§.2.glos.1. num.20.* Cæterum posse conductorem suo nomine actum gerentē locatori obesse. *text.est in l.Pomponius.D.quib. mod.ususfr.amitt.de quo Affl.d.decis.325.* quæ notanda sunt, ut cum fit vicinis denunciatio, & vereantur, ne à domino res vendicetur aliquando, ipsi cautè respondeant, quòd præferri volunt, & precium si soluturos offerunt exnunc pro tunc secuta domini ratificatione, petantq; ostēdi mandatū domini, juxta tradita per *Tiraq.eo.tr.§.1.Gl.10.n.108.*

Quid si non teneret venditio, ut est Neapoli, nisi vel arrhæ datæ sint, vel traditio rei sequuta, per *consuet. 1. de contrah.empt.* certè nec locus esset protomisi ex dictis *Nicol. Boer.* ponit *Cassane.des retraicts.rubr.10.§.7.in fine. Arnon.singul.56.* amplè *Tiraq. de retract.§.1. glos.2. num.5.* addo *Cavalcan.tract.de tutor.& curat.nu.163.* qui alios refert.

2 Aliud est venditio ipso iure valida est, & tenet quāvis ex causa rescindi possit, exemplum, cum minor 25.annis vēdit, vel minoris procurator; Nam si fa-

ctus major ratum habet ? ideò spectatur tempus venditionis, quo ad tempora retractus non autem ratihabitionis; quoniam interim non potest dici contractus nullus, antequam minor in integrum se restitui petat, ut *in l.1.§.prætor.D.de.minor.* quod & Arresto judicatum dicit *Anneus Robert.rer.judicat.lib.3.c.17.* Secus, inquit, si venditio fieret à non domino, nec ab ejus procuratore vero: quo casu secundum eum attendi debet tempus ratihabitionis. Sed tu dic, ut supra resoluimus in principio hujus Glossæ. In contractu igitur ab initio invalido tempus à convalidatione inspicitur, sicut, & in venditione rei dotalis; non servata sua regula in actu DD. tradunt, per *Bartol.Cassane.de retrat.§.5.*

2 Quid si vicinus peteret ad retractum admitti, extraneus verò emptor responderet venditionem esse invalidam, ut puta quod à non domino facta est, ideò nec protomisi esse locum? dic exceptionem istam reiiciendam; quia sua non interest, cum satis sit ei accipere precium, si illum solvit, vel indemnitatem, si ad solvenduum se astrinxit, & rem dimittet vicinis retrahentibus, quibus adde quæ posuimus supra *§. in primis. ver. infra quatuor menses.*

3 Item dic in venditione simplici; Solet enim simulari venditio inter contrahentes. Contractus autem imaginarii Juris effectum nõ habent. *l.contractus.D de act.& oblig.* & imaginaria exponitur emptio altero è duobus modica, vel quia modico tempore duratura, vel quia simulata est. *Glo.in l.is, qui Juis.§.ab ignoto.D.de manumis.& simulata dicitur, non vera, secundum Bald.in l.si non verum.C. de donat.inter vir.& uxor.* Sed pone quod in effectu ex contractu; quem appellant contrahentes empti, & venditi, resultat rei pignoratio; quod discernitur ex iis; quæ habentur, & notantur in *cap. ad nostram, extra de empt.& vendit.latè differit Andr.Tiraq.in præfatio, sui retractus convent.n.5. notanter Cristoph.de Castell.cons.31. Alex. de Novo. cons.93. cum script.Jo: Bapt. Resol.num.21. & 29.* certè non erit locus retractui, sivè protomisi; nam, & si verbo alienationis aliquando comprehendatur pignoris datio. *l.sancimus.C.de rebus alien.non alien.* prohibitio tamen de qua in *tex.* hujus constitutionis, est magis in personam, quam in rem patet ibi (si quis voluerit alienare,) & deinde non aliter ei permittimus alienare,) & hoc sentit *Napoda. in consuet.si quis emit.nu.7.dum dicit,* non habere locum jus congrui in emptione simulata, puta cum obligassem tibi possessionem meam pro viginti, & feci instrumentum venditionis allegat *tex. l. emptione. C. plus val. quod agi* atque in terminis latius probat *Paul.de Castr.consi.74.par.2.* & est communis opinio, ut non habeat locum jus congrui, sivè protomiseos in hac facti specie, teste *Franc. Vivio in silva commun.opin.num.832.tratlativè in Syntag. universi juris tom.1.tit.de statutis cap.11. quod, & consuluit Pet.Paul.Pari.consi.82.à nu. 31. vol.3.*

4 Non valde ab his distat conventio: quam anticrisim appellant, ex *l.si pecuniam de pign.act.* cum qui pecuniam à fœneratore accepit possessionem eidem creditori tradidit, ut fructibus utatur fruatur in compensationem legitimi modi usuræ, quã creditor ob suam pecuniam percepisset, donec ea restituatur, ex *l.1.§.pacto, D.de pignor.l.39.de pign.act. si en lege. l.si pactione.C.de usu.* de qua re latè, doctè differit *Andr.Alcia. lib.2. disput.c. 3. Cujaci.observat.lib.3.cap.35.Baldui comment.in ritu.de pignor.c.16.* concludendum esset enim ad rem ita pignori datã creditori neque locum esse juri retractus ex antedictis. Nisi hujusmodi conventio fieret, ut assolet cum locatione ejusdem rei, & census constitutione pro pecunia; pacto habito de compensanda locationis mercede cum annuo censu, donec principalis sors reddatur, & à censu res redimatur, qui modus est frequens, quo casu tanquam in contractu locationis non simplicis, sed per quam jus in re constituitur, locum haberet nostra constitutio, quam ita accepimus, quatenus de alienatione per locationem loquitur, ut in primo textu explicavimus, & adde quæ de anticrisi novissimè adnotat *Anto.Fab.de error.pragmatic.decad. 9.error.5.& 6.*

5 Redeo ad speciem simulati contractus, quam *Affl.* declarat intelligendam modo constet de simulatione in fraudem usurarum; quia cum contractus sit in effectu pignoratius, non habebit locum jus congrui, aut de simulatione nihil constat, & tunc habebit locum, sicut accidit in venditione facta cum pacto de retrovendendo supre in *§. licet autem nu.21.sequens Napodan.ubi supr.* & h. bcs Glossam *Ant.Cap.in 1.tex.vers.alinare,* à quo transcripsit *Afflic. ad verbum.*

Item declaro non esse locum retractui quoad præjudicium domini pignorantis rem suam sub titulo simulatæ venditionis ad regendum usuras non tamen id debet prodesse extraneo pignus accipienti in præjudicium vicinorum. Primo, quia tunc extraneus allegaret propriam turpitudinem, dicendo contractum in fraudem usurarum sic fecisse. Secundo, quia sua non interest ex his; quæ supr. proximè diximus *ver.quid si vicinus peteret* Tertiò, quia potest avenire, ad dominus non redimendo venditionem approbet.

Quid cum contrahentes expressum de pignore instrumentum fecerunt, Responde sine dubio cessat jus protomis.ex ante dictis, & tenet quoq; *Gomes.ad l.70.Tauri nu.23.* & per hanc constitutionem idem tenet *Maxil.in consuetud. in pignoribus eod.titulo.*

6 Declara nisi cum paciscentur in pignore, ut debito non soluto intra certum tempus, creditor ex empto rem possideat justo precio tunc extimandam; nam decurso tempore pignoris luitioni præfixo creditore volente rem illam ex emptione possidere, venditio conditionalis est quodammodo ab initio. *l.si fundus. §.fi.D.de pigno.tangit Stephanus de Caie. ad Napod. in 1. consuet. de jure cogr. ver.emit.nu.6.& facit Bald.cons.164.maritus lib.5.*

Pariter respondendum est, si pro tanta quantitate pignoratio esset, ut spes luendi non superesset domino pignoranti juxta tradita per *Jaso. in l.1.§.per servum corporaliter.D.de acq.possess.* Idque terminis ponit hic *Bened. in suis animadversionibus supra in princ.constit.vers. ut in contractu pignoratio,* citans eadem jura; quibus movetur pro eadem conclusione. *Anto.Gomes.d.l.70. Tauri nu. 23.* ad quod assumptum videatur *Negusant.de pignor.primo membr.3.par.nu.51.*

Adverte tamen, quoniam hæc conclusio non transit sine difficultate, nam, & si pignoratio videa-

deatur æquari valori rei; attamen cum ipse Dominus æstimat rem suam majori pretio, quàm quo verè valet, tunc non est censenda venditio propter propositum alienantis, quod in futurum redimat, notanter *Præs. de Franch. decis.* 283. *nu.* 5.

7 Hoc tamen intellige verum, nisi res, quæ pignori data est, talis esset, in qua cadit affectio, puta propter vicinitatem ad fundum, vel domum parentum, quia tunc non præsumitur alienandi animus, etiam si pro tanto fuisset pignorata, ut non remaneret spes luendi. *Crist. Port. instit. de legat. §. si quis rem suam. nu.* 7. *& ante Port. docuit Pau. de Castr. in l. qui post, C. de legat. refert Jason. ad Port. nu.* 2. *vers. limitat tamen Paul. Alpha. collect.* 325. cum infinitis collectis novissimè à *Mauro Burgio de laudemio par.* 2. *inspect.* 2. *num.* 4.

8 *Bari vero consuetudo est sub hoc titulo §. in pignoribus*, qua attenta in pignoribus, & hypothecis locum sibi vindicat jus vicinitatis, sive congrui, ibique notat *Maxil.* non solum procedere in pignore conventionali, sed & in prætorio, & judiciali, cum factum Judicis, vel exequutoris reputetur factum partis, quod ego verum non puto, ut *in* 1. *tex. examinavi. ver. non aliter.*

9 Resolve modò quæstionem, cum res vendita statim locatur venditori, & ei conceditur in emphyteusim; tractis judicari potest simulatus, & in fraudem usurarum. *Ary. Pynel. in ultimis verbis* 3. *p. l.* 2. *C. de rescind. vend.* & ità cessaret protomisis possidente venditore, cui liceret opponere de simulatione cum sua intersit. Sed cum id pactum [illegible] modum observat, sunt namque aliqua, quæ illud licitum haberi faciunt, ut per *Novar. in summa c.* 7. *non furtum facies, num.* 248. liceret utique quod taliter emitur, venditori honesta mercede locare. *l. fundi partem. D. de contrah. empt. & c. Joannes, extra de fide instrum. Viglieu. in titu. de usur. circa contrac. de retrovend.* & vide pulchrum *consil.* 95. *Alexand. de Nevo.* incipit clarissimus A. & M. D. qui probat regularitèr licitum contractum: in quo res emitur, & venditori conceditur in emphyteusim, atque illi consilio se alii DD. subscribunt, qui de communi opinione testantur, hoc igitur casu data veritate, & validitate contractus locus esset protomisi.

10 Quid si mutuam pecuniam accipiens, rem locavit viliori mercede propter mutuum DD. dicunt usuram esse, ut declarat *Ant. Rub. Alex. consil.* 20. videatur *Aym. Crave. consil.* 156. *à num.* 12. *par.* 1. *& Paris. consil.* 77. *num.* 10. *vol.* 3. quos meminit *Ursil. ad Afflic. decis.* 40. *num.* 14. Undè si peteret vicinus admitti, & præferri in re locata propter istam constitutionem, juncta declaratione *Affli. supra §.* 1. *vers. per locationem*, non posset opponere fœnerator, idemque conductor contractum esse usurarium, & consequenter cessare protomisim; quoniam replicaret vicinus, quod nemo juvatur propriam turpitudinem allegando, ut & superiùs probavimus.

11 Item dic, & repete in venditione scilicèt perfecta secundum *Jo. Fabr. in §.* 1. *Instit. de empt. & vendi.* namque ex sola venditione verbali, à qua deinde partes discedunt ante rei traditionem, & ex consequenti ante dominium translatum non acquiritur jus vicinis retrahendi, de qua re *Cassane. rub.* 10. *§.* 10. *in textu au Seigneur feudal. ver. quaero de quasi.* quæ evenit, & iterum *Si tex. à prejudice. Afflict. hic* 7. *Not. nume.* 12. *Jacob. Novel. §.* 2. *num.* 158 *fol.* 133. absolutè respondet. pœnitentia non obstante, vicinos ad retractum admitti, sed contrarium ejus tenendum est, cui respondetur antequam petant vicini prætium offerentes, nullum jus acquisiverunt in ea re vendita nondum tradita, & pro inempta habita secundum *Cassane. ubi supra in tex. an prejudice.* Idem tenet *Nicol. Boer. in consuet. Bituri. eo. tit. §.* 2.

12 In tantum enim res dicitur integra, cum partes à contractu recedunt ante traditionem, ut neque ex eo debeantur laudemia. *Joan. Fab. in breviar. C. l.* 1. *quando lice. ab empt. disced.* Et est communis opinio teste *Rimin Jun. consil.* 285. *num.* 13. *&* 14. *Jul. Clar. §. emphyteusis qu.* 13. & venditio sine traditione dicitur seminata; non adhuc nata, dicit in proposito retractus *Jo. Sayso. in consue. Turon. de retrac. art.* 3.

13 Pro hanc conclusione: quam verissimam puto benè facit nostra constitutio in eo: quod prohibet favore vicinorum rem alienari in extraneum, sed alienatum non dicitur, quod adhuc in dominio venditoris remansit, antequam res traderetur, *Andr. Tiraq. de retract. convent. §.* 2. *Glos. uni. num.* 9 ex his; quæ not. DD. *in l. traditionibus, C. de pact. Alph. collect.* 120. *est tex. in l. alienatum* 67. *verb. & rer. signif.*

14 Quid si res videatur tradita: puta; quia in conspectu ejus celebratur contractus, acceditque clausula, vendidit, & tradidit, quo casu DD. ajunt translatum esse in emptorem dominium, firmat post alios *Caroc. in trac. loc. & conduc. tit. de jure emphyt. q.* 3. Vel apponitur clausula constituti, & precarii; quæ translationem quoque dominii, & possessionis operantur maximè allodialium bonorum; de qua re *Tiraque. de constit. & precar.* & aliis quos memorat *Maur. de laudemio* 2. *par. inspect.* 2. *num.* 14. *&* 15.

15 An igitur recedentibus, postea contrahentibus ab ipso contractu, liceat viginis agere, & petere rem ità alienatam pœnitentia non obstante? Respondeo audactèr, quod resoluta venditione per contrarium actum inter partes. V. G. cum venditor reddi precium, & emptor rem retrotradit antequam à vicinis peteretur protomisis, cessat ipsum jus prothomis. probo. Non enim posset conveniri emptor extraneus, cum non possideat, neque venditor, cui res retrotradita est, quia non utique possidet titulo novæ emptionis; quoniam iste sequens actus resolutivus primæ venditionis retroagens, idest contrarium duxit eam abesse ad non esse *tex. est & Gl. in l.* 1. *vers. non actus, & ver. retroagens C. quando lice. ab empt. disced. & in l. ab emptione. C. de pact. & DD. utrobique.* Respectu enim tertii cui jus retractus competit, res definit esse integra, quandocunque ille tertius incipit uti jure suo, post acceptationem namque factam à volente retrahere, veluti jure sibi quæsito, si qui contraxerunt vellent recedere, & contractum resolvere, essent in dolo, & mala fide respectu ipsius tertii *Aloys. de Leo in d. l.* 1. *num.* 14. *vers. quantum etiam ad tertium*, & ità tenet *Boer. in consuet. Burgun. de retr. §.* 2. *vers. sed quæritur stante consuetudine*; quam opinionem post hæc scripta reperii tenere *Maranta in tract. de multipl. alien. prohib. num.* 146. opti-

optimè faciunt, quæ adduximus supra in quæstione ejus quis emit, & postea donavit, ut nec emptor nec donatarius hoc jure teneantur. propter rationes; quæ huic quoque loco conveniunt.

16 Contrarium sentit hic *Affl. n. 13. in fi. Tiraq. §. 1. Glos. 10. q. 20. & Glos. 18. num. 50. Ursill. ad Affl. decis. 338.* & ante omnes *Anto. Caput. in 1. tex. vers. alienare*. Sed iis respondetur aliud esse in feudo, & emphyteusi, quam in retractu, ut *Boerius ibi* distinguit. Item in venditione purè, & simpliciter cōtracta ad differentiā conditionalis, nam quomodo se habeat jus congrui, cū sub cōditione contraxerit venditor, & emptor extraneus, ut interim vicinis jus protomiseos competat? respond. juxtà distinctionem specierum conditionis; quas docet *Napod. in 1. consuet. Neapo. tit. ver. emit. nu. 10.* & latius *Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. Glos. 10. à nu. 44.* Valere autem conditionem quia si vicinus petat jus congrui, res sit inempta, & ità resoluta venditione excludantur vicini, tenet hic *Afflic. ver. sed juxta prædicta in fin.* refert *Freccia ad Napod. in 1. consuet. de jur congr. fol. 325. litera B.* qui & citat. *Gui. Pap. decis. 257.* sed non facit ad punctum

17 De pacto autem ne dominium transeat in emptorem ante precii solutionem. *Affl. in §. licet. nu. 17.* post quem *Cassan. rubr. 10. in tex. le vendeur. Jacob. Novel. in §. 2. num. 119. Tiraq. §. 1. Glos. 2. nu. 34. Præses de Franc. decis. 306. à num. 15. idemque Affl. decis. 338.*

Simile videtur pactum, quo pendente solutione precii, convenitur, ut res sub annua præstatione ab emptore detineatur, interim dominio penes vendentem reservato, de quo *Covar. vari. resol. lib. 3. c. 11.* Quæ reservatio est censenda quasi pignus *ad tex. in l. sicut emptio. D. loca. & conduc. §. interdum, ubi Glos. Ægid. Bossi. tit. de remiss. merced. conduc. à nu. 102. & de Franchis d. decis. 566.* Solet enim hujusmodi dominii reservatio esse venditori damnosa, re interim fortè perempta absque culpa emptoris ex his: quæ in terminis concludit *Borg. Cavalc. 2. par. decis. 9. de contractibus fol. 44.*

18 Sub hoc etiam capite imperfectæ venditionis includitur; quoties facta est venditio ad mensuram, nec dum res vendita est mensurata juxta *l. quod sæpè §. in iis, contrah. emp. l. Julianus §. si Titius de act. emp. ubi Barto.* quoniam possessio non debet censeri translata non magis quàm ex contractu invalido, cum imperfecti nulla sit virtus major, quam invalidi, ità probat *Franc. Becci. lib. 1. consi. 13 num. 6. & 7.* cum multis: quos allegat proposito excusationis emphyteutæ à laudemii solutione. *Maur. Burg. 2. par. inspect. 16. num. 23.* inter quos *Anna. singul. 573.*

19 Ignorandum nec est, quod & si non specificato precio emptio nulla haberi, debeat, ut per *add. ad Alexand. consi. 17. vol. 1.* sequiturque *Ursil. ad Affl. decis. 240. num. 12.* perfecta tamen est, cum precii declaratio ad Judicem spectare potest; per *l. hac venditio §. 1. ubi Alber. de contrah. emp. Vinc. de Franch. decis. 23. num. 6. & 7.* notanter.

SUMMARIUM

1 *Dictio Infrà.*
2 *De anno remissivo, & quando incipiat.*

Infrà.

1 Infrà) An sit hæc dictio inclusiva, vel exclusiva. *Alber. in dictio. & in l. quod jus, C. de procur. Glos. in constit. Reg. Instrumentorum. veg. infrà:* cujus argumento in proposito infrà unius anni spatium dici potest, etiam si sit annus completeus per *l. quicquid in fine de verb. obliga. ad Tiraquell. de retrac. lign. §. 1. Glos. 2. num. 76.*

2 De anno vero longè latèque vagatur *Tiraquel. de retrac. lignag. §. 1. Glos. 10.* Græci autem à quorum legibus ista capita juris protomis. fluxerunt non ad Solis cursum, ut Cæsar dictator, sed ad Lunæ annum computarunt, quod *Gulielm. Budeo. examinat. 2. par. annot. in pandec. fol. 256.* Et ad Lunæ cursum Numa Pompilius cum in 12. menses annum distribuisset primos anni menses fecit Januarium, & Februarium, ut ex *Macrobio*, notat *Rivalli histo. Iuris lib. 1.* adde *Quintil. Mandos. in tracta. annal. cas. nu. 2. Polid. Virgil. lib. 2. c. 4. de invent. rer.*

A quo autem tempore annus incipiat. *Maxil. §. jus protomiseos in donationibus. col. fin. Tiraq. in §. 1. Glo. 10. q. 54. num. 124. And. Gail. practi. observat. lib. 2. c. 19.* & dixi *in §. transcurso. ver. ex aliquo contractu, & proxima Glosa.*

SUMMARIUM.

1 *Annus ex Grecorum legibus quando incipiat currere discutitur, & declaratur.*
2 *Annus secundum locorum consuetudines ad retrahendum à quo die incipiat, & quid in contractu, in quo adsunt pacta resolutiva.*

Unius anni specium.

1 Unius anni spacium.) Utile quæsitum est à quo tempore annus incipiat, præsupposito tamen contractu jam perfecto, & impleto per ea: quæ antedicta sunt vers. in venditione, videtur à die requisitionis secundum literam hujus tex. expressim ibi (ita tamen si fuerit sollemniter requisiti) & ità interpretatur *Afflict. hic num. 3.* not. ubi dicit se mirari de quibusdam dicentibus, quod ubi non est facta denunciatio, tunc annus currit à die scientiæ ad petendum jus congrui contrà hunc tex. qui expressè dicit, *ità tamen si fuerint à venditoribus requisiti*) Tu cave; quia opinionem *Antonii Caputi Afflic.* impugnat: quam posuit *in Glos. vers. victoriam,* licet tacito nomine dixerit. Quidam tamen dicunt, & *tum Caputo* videtur sentire *Maxilla eod. tit. §. Jus protomiseos in donationibus. col. ult. sed non explicat.*

Ego dico; quod in textu requisito necessariò referri debet ad proximè præcedentem orationem quæ habetur de præsentibus: qui quatuor mensibus expectantur. Est enim finita oratio ante versiculum ibi (si autem sint in ipsa terra, in hoc vero sequitur alius casus non continuata oratione requisitionis ita si autem sint in ipsa terra, vel in ipso loco habeant protomiseos victoriam usque ad quartum mensem, ità tamen si fuerint requisiti) est ergo sensus: annum currere à die impleti contractus, etiam ignoranti, & absenti. Qui ad hoc æqui-

1 æquiparantur, sic concordat consuetudo *Bari eod. tit. c. dudum. §. sed; cum inter præsentes* ubi referuntur eadem capita *ll. Græcorum*.

2 Circumscripto hoc ex Græcorum legibus statuto, annus; qui secundum locorum consuetudines ad retrahendum competit, an à die contractus, vel à die scientiæ; vel implementi, vel à quo denunciatum est currere incipiat, dissentit *Cassan. rub.* 10. *§.5. nu.4. vers. sed an istud tempus unius anni Covar. var. resol. lib.3. c.2. Andr. Gail. pract. obser. lib.2. obser.* 19. cum concordantibus citatis à nobis in *§. trancurso. ver. ex aliquo contractu*. Ac in specie ubi in emptione, & venditione adsunt pacta resolutiva contractus, à quo tempore præscriptio retractus inspicitur, docet *Napoda in consuet. si quis emit nu.8. & 9.* notanter *Afflict. allegat decisio* 338. Simplici refert *Hierony. Cagnol. in l. 2. C. de pact. int. emp. & vendit. num.*263. *ver.*100. *& diffusius à nu.*273. *ad nu.*277. quem pro te vidè latissimè *Tiraquel. §.1. Glos.2. & Glos.7.*

Et cave à pacto; quod ponit solet à quibusdam in gratia redimendi, ut non liceat retroemere, nisi post certum tempus potest enim dubitari, an talis contractus exinde censeri debeat usurarius, quod resolvit *Alvar. Valasc. consult.*48.

SUMMARIUM.

1 *Dicto usque hic stat inclusivè.*
2 *Quatuor menses quando incipiant currere.*
3 *Dies intercalaris an prosit vicinis*
4 *Lapsus Antr. Tiraq. notatur.*
5 *Communis intellectus ad l.2. de divers. præscipt. reiicitur.*
6 *Declaratio, & expositio literæ d. l.2.*
7 *Usus computandi menses.*
8 *Communis opinio d. l.2. quo casu vera est.*
9 *Intercalaris dies hodiè aliter computatur.*

Usque ad quartum mensem.

1 Usque ad quartum mensem.) totum id tempus includi dictio usque significat, sicut dictio A. est significativa termini à quo incipit de quo *Bart. & dd. in l. patronus. §. Sempronio, de leg.*3. remissiones congerit *Andreas Tiraq. de retrac. lignag. §.1. Glos.*11. *nu.*66. quomodo verò plurium mensium fiat computatio, notanter dicit *Laurent. Sylvan. de feudi cognit. qu.*1. & qui menses diviserint, Idus Kalendas, quis aureum numerum excogitavit, horas quis primus constituit, & horologia invenerit. *Polyd. Virg. de invent. rer. lib.* 2. *c.*5. ac de observatione dierum, & noctium divisione, idem adnotat *c.*7. Et de ipsis mensibus nationum diversis. *Alex. ab Alex. Genial. lib.*3. *c.* 25. Pro curiosis ponam, & ego in ipsius unam ex *C. Plinio lib.*18. *histor. natur. cap.*14. *& cap.*26. lupinum perpetuò cum Sole se vertentem, & horas ita notare Agricolis, ut etiam nubilo tempore cognosci liceat; alteram ex Oro Apol. de literis hierogly. æquinoctia dum fiunt, ostendi à Cynocephalo; qui tunc tantum duodecies interdiu, & toties noctu urinarum facit.

Quæramus modò feria, omisso ludo *Afflictus* interpretando hunc textum non videtur fideliter referre *Antonium Caputum*, quem reprehendit, quasi voluerit Caputus quatuor hos menses, & annum currere à die scientiæ, sed non ità dicit *Caput.* ut patet ex eis *Glosa*, quamvis ei non adhæream, dum subtilizando perperam conatus est cõcordare textum constitutionis loquentis de termino 30, dierum, cum textu isto Græco quatuor mensibus vide, quæ dicimus infra *ver. requisivi.*

Item cavend um puto à *Bald. vers. quæritur hic nu.*3. qui opinatus est term inum 30. dierum, fortè esse per loci consuetudinem limitatum, sed quòd per constitutionem sunt quatuor menses, & deinde subdit expectandos vicinos requisitos per duos menses. Tu dic 30. dies esse ex constitutione Federici quatuor menses ex eadem constitutione in certis casibus notatis in primo *tex.* Item quatuor menses esse ex ll. Græcorum non eodem modo, ut hic duos verò menses de jure communi, de quo ultimo termino *Bar.* quem *DD.* magis communiter sequuntur in *l. qui Romæ. §. cohæredes. D. de verb. oblig.*

3 Quid cum bisexto calendas est, an intercalaris dies proficere vicinis in quatrimestre eis constituto nec ne debeat? quæritur idem in anno ad retrahendum consanguineis constituto quæsivit *Andr. Tiraq. de retrac. lignag. §.1. Glo.*10. *nu.*123. *& §.3. Glos.2. vers. ultimo.* Te prius nosse oportet quæ de Bissexto, & intercalari die habentur, & *not. in l. cum bixesto.*98. *de verbo, & rer. signif. l.3. §. minorem, ubi Guliel. Bud. de minor. c. quæsivit extra de verbo signif.* Prodesse opinatur *Tiraq.* si tenemus causam retractus esse favorabilem, secus vero si odiosam, per *l. cum hæres §. Stibcus si hæredi D. de statu lib. & Glos. in dic. cap. quæsivit. ver. quasi de uno* Sequitur præterea *Tiraquel. communem DD. opinionem*, aliud esse, cum tempus constituitur per species, veluti per numerum mensium, vel annorum, ut in quæstione proposita, quo casu ipse distinctionem ponit favoris, & odii alium si per individua, idest per dierum numerationem, nam sine distinctione resolutum est non prodesse, veluti cum quis tenetur in triginta diebus precium solvere, quòd si infrà dictos dies non solverit, sit exclusus a re secundum *Glos. Barto. & omnes in l. 2. de diver. & tempor. præscript. sic illum tex. interpretantes.*

4 Tu cavebis à *Tiraquello* cujus differentia favoris, & odii confunditur manifestè in *d. l.2. ubi Marcellus J.C.* indifferenter causas plures conjungit: in quibus tùm odia, tùm favores inveniens quòad eos; quibus tempora per species constituuntur, veluti, quæ judicatis dantur quorum est favor, per *l.2. ibi obsequio ff. de re jud.* tempus verò litis finiendæ in odium est lites protelantium, *l. properandum, C. de judic. Usucapionis* (non dico præscriptionis) est favorabile, notat *Castrens. per illum textum in l. usucapionibus, ff. de usucap.* ædilitiarum actionum tempus in odium vendentium; qui decipere emptores solent rerum vitia, & morbos ac defectus occultates *tot. tit. de addil. edicto.* Nec obstat inductio ex *Glos. dict. cap. quæsivit; & ex textu d. §. Stichus si hæredi*, ibi enim si dies intercalaris pro eodem acciperetur cum præcedente utique pœnã augeret suspensionis, ut in casu dicti cap. quæsivit formavit *Glos. & casu dic. §. Stichus pœnam augerte servitutis*, meritò utroque casu satis est impleri communem anni cursum 365. non etiam bissextilem 366.

5 Nec

5 Nec minus puto cavendum à *Glosa, & DD.* recepta interpretatione ad *d.l.2.* cum attenta ratione totius contextus, non sit possibile separare decisionem postremi quæsiti à præcedentibus, cum omnes simul se contingant; neque terminata sit oratio in iis verbis, ibi (aut de actionibus: quæ certo tempore finiuntur, ut ædilitiæ pleræque actiones: (Sed statim subnectitur continuata oratione cum copula (& si quis fundum ea lege vendiderit, ut nisi diebus viginti precium esset solutum, inemptus esset fundus) post quæ est interrogatio; (dies intercalaris proficiet emptori? Nec te moveant priora verba ibi (sic sine dubio existimandum est, ut auctum tempus litis intercalari die existimetur.) primum

6 namque advertimus: emendatiorem literam ad exemplum Gregorii Haloandri Parisiis textum ità haberi (si sine dubio æstimandum) non ergo est diffinitio quæsiti. Rursùs considero, etiam concessa dictione (sic) non ideò dicendum est in iis verbis tradi decisionem, sed magis esse uti suppositum necessarium ad intellectum quæsiti propter effectum ex intercalatione resultantem, & existimemus ex intercalari die tempus augeri, esset enim incongrua responsio; si quærenti utrum intercalaris dies proficiat judicatis respondeat J.C. illo die qui intercalatur, tempus augetur. Quod, & fortius probo adversus communem distinctionem ad *d. l. 2.* Sume tempus: quod judicatis constituitur, non enim semper consistit ex specie, nam, & à Judice constitui judicatis potest per individua idest per dies certos: qui & prorogantur, & restringuntur infra constitutum à lege tempus, *l.2.l.intra dies, l. debitoribus ff. de re judic.* Item sume ædilitias actiones; nam & in his tempus interdum est per individua, veluti sunt 60. dies quorum est mentio in *tex.l.quod si nolit.§.si quid ita de adili.edic.Gl. in l.adiles ajunt in princ.ver.facturus, eod.titu.* Idē apertè sentit *Glo.1.* in exemplo, cum lis finit per lapsum dierum ad appellandum, erant enim duo vel tres dies, licet *Bartolus sentientes hanc objectionem in fine dic.l.2.reprehendat Glosam:* quę ex prędictis reprehendi non meruit. Ego ita formo quæsitum ad omnes factorum species: quas *Marcellus* recenset, ut singulis conveniat idem responsum. Pono, quatrimestre judicatis expirare die 24. Februarii eoque die 24. instantiam litis perimi, vel tempus ad appellandum labi, & ita in cæteris exēplis, verumquia in bissexto quæsitum fuit, an sequens dies proficiat, ex quo pro uno, & eodem haberi debet cum præcedenti, & qui debuit appellare, vel solvere, vel aliud agere pridiè possit intercalari quoque die implere? & proficere videbatur ex sui natura, cum uterque dies (ut dictum est) pro uno ponatur. 6 Kalend. Martii Marcello vero contra visum fuit simpliciter respondendo, & hic fuit intellectus *Glos.vers.videtur. in princ.* quamvis aliter ipsa teneat.

7 Quem verissimum intellectum comprobo in proposito, & optimè cæteris casibus adaptatur, quoniam quatuor hos menses ità computamus; ut ad diem; à quo dilatio incepit supplicantur totidem dies postremi mensis, quo dilatio finit, idest tòt dies, quòt deerant primi mensis absque aliqua distinctione fuerit ne primus, vel postremus mensis 30. dierum, vel 31. fit enim computatio secundum quod menses occurrunt, tantum suppletis illis diebus: qui lapsi erant de primo mense. *Glosa est valde notabil. in cap. quam sit. verf. mensem, de elect. in 6. & ibi Probus in addit. ad Jo: Monac. Jacob. Pute.* eos sequitur *decis.443 .lib.2.* & secundum opinionem dictæ *Glosæ:* quæ, & communis est *Vinc. de Fran.* decisum refert per Mag. Curiam, ac per S.R. Consilium *decisio 471. par.3.* ipse verò dies 24. Februarii, quo dilatio terminatur, totus debet impleri ut novissimus, juxta *l. in omnibus. D. de actio, & oblig. l. in usucapionib. cum l. seq. de usucap.*

8 Non tamen inficior, veram esse *Glosa, & DD.* differentiam traditam inter tempus per species, & per individua, ut si ponamus bissextum incidere infra tempus constitutum; non autem in tempore constituto, fortè, quod annus erat bissextilis, tamen dilatio non die ante intercalarem finierat, sed alio mense, vel alia parte mensis Februarii, quibusdam casibus ex singulari ratione exceptis. Sub his intelligo suspensionis pœnam, & servitutis: de qua re supra tetigimus. De tempore verò per individua, idest per numerum dierum, nemo dubitat indistinctè intercalarem diem per se computari. Canonistæ notant in *d.cap.quæsivit, post Glos.* in secunda parte suæ divisionis, & civilistæ in *dic.l.2. in ultimo. casu de diverf. præscrip.* & vide quæ posui in secundo *tex.constitu.ver.infrà 30. dies.*

9 Hodiè (ne hoc quoque præter eam) quæstio superius examinata nulli videtur usui, præter quam ad verum sensum *d.l.2.* quoties enim Bissextus incidit, non fit olim computatio, Sed 25. dies Februarii: qui supra numerum inserebatur sub ipsismet Kalendis VI. Martii nuncupatus (quod & servat adhuc Romana Ecclesia) modo Græco more postremus est Februarii; qui mensis quarto quoq; anno hac de re constat ex diebus 29. juxtà Quinti Martii sententiam, itaq; singuli dies computantur in ipso mense, habetur, & *not. in fine d.l. cum Bissexto, alias cum bissextus de verb. & rer. signif. tenementi.*

SUMMARIUM

1 Dictio, ità tamen.
2 Requisitio an sit necessaria, & qua.

Ità tamen.

1 Ità tamen (coarctatur; & limitatur dispositio vi hujus dictionis. *Angel. in l. nulla. D. de legib. Ruin. consi. 18. n. 11, vol. 3. tex. est in l. Lucius §. quæ habebat, ad Senat. consf. Trebellian.* & ideò importat formam, ut probat *Deci. consi. 227. nu. 6. & 521. nu. 16. cum concord. per Jo: Cephal. consi. 610. à num. 34. vol. 4.* Addo, & importare conditionem, ex quo sequitur) si fuerint requisiti) secundum unam lecturam, hæc enim est natura dictionis (S) quoties subjunctivis jungitur. *Alber. in dictio Scardi, & alii, d. verbor. signific. adnotant.*

2 Vides igitur per hanc literam contextus, quòd requisitio, seù denficiatio: quę necessaria est, ut terminus currat vicinis, debęt sollemniter fieri, quod firmat hic *Aut. Caput. & in 1. tex. ver. denuncietur.* ad hæc vide *Afflic. 3. & 10. Notab Jacob. Novel. nu. 73 fol. 267. Andre. Tiraqu. §. 1. Glos. 1.* Ego animadverti, hæc verba non eodem modo ex ll. Grecorum referri, quoniam consuetudo Bari incipiens, dudum

dum §. Sed quia, non ponit de requisitione verbum, sed de scientia. Ità enim se habet. *Si verò præsens fuisse dignoscitur, & venditionem scivisse claruerit, quatuor mensium cursibus repellatur. Quod si de ejus scientia non constabit. Sacramento legitimè præstito, quòd nescivit, anni beneficium, sicut in absentia condonatur.*) Ideò credo, quòd *Baldus*, sivè quis ille fuerit, commentando hanc ipsam legem habuit textum emendationem intelligens scientiam sine requisitione necessaria, ibi. Venio ad statutum de quatuor mensibus significans istud capitulum ex Grecorum legibus valere in vim statuti, ubi per consuetudinem, vel per statutariam legem receptum est, præter legem Imperialem Federici, & videtur de mente. *Afflic. in d. Notab. 3. Prosper Rendella.*

SUMMARIUM.

1 *Renunciatio tacita, & expressa.*
2 *Rem emens infra tempus, quo jus protom. ad rem vicinam venditori competebat, an eo uti possit, & nu. 9.*
3 *Requisitus vicinus, & tacente vel obscurè respondens, nullum sibi parat præjudicium.*
4 *Dans licentiam vendendi excluditur à jure protomis. ea vice.*
5 *Quid in cessione facta alteri vicino.*
6 *Jus retrahendi extraneo cedi non potest, nisi cum re, cujus causa competit, si modo, qui cedit, posset per exercere.*
7 *Jus sanguinis cedi non potest in retractu.*
8 *Procurator cum libera potestate jus retrahendi cedere non potest.*
9 *Jus protomis. cessum cum ipsa re, quovis titulo, potest etiam adversus priorem emptorem sibi vendita rejecta contraria Ant. Caputi, & Gallassi opinione.*
10 *Tres limitationes præcedentis conclusionis.*
11 *Tacita cessio re translata cum sua causa sufficit.*
12 *Retrahens tenetur jure, quod ad sui utilitatem retrahit, non ut alteri gratificet.*
13 *Vicinus post jus sibi quæsitum in re potest alii cedere sine sua re.*
14 *Requisitio, & recusatio contractus quomodo probetur.*

Et non renunciaverint.

ET non renunciaverint.) Sensus est, quòd quatuor menses currunt inter præsentes, etiam non facta denunciatione. limitatur sollemni denunciatione facta vicinis renunciantibus emere; quia non expectatur lapsus quatuor mensium, sed statim procedit venditio in extraneum, ita teneo. *An. Caput.*

1 Et nõ renunciaverint.) adverte ad dupplicẽ renũciationem tacitam videlicet, & expressam. Tacita est, cum conjuctus permisit labi tempus, infra quòd potuit agere, quo elapso excluditur, ut supra in *Glos.* Victoriam Expressa autem renunciatio est, cum quis renunciat per pactum, ut dixi supra *Gl.* alienare.

2 Sed quæro, quidam requisiuit conjunctum, si emere vellet, di cens, quòd si vellet ipse, iam invenerat emptorem putatitium, & coniunctus respondit, si volvero emere infrà 30. dies solvam, sufficit mihi, quòd denunciasti infrà quem terminum transtulit terram: quam habeat coniunctam cuidem alteri. Iste verò qui de novo possidebat, scilicet cui fuit tradita terra coniuncta per illum requisitum, dicit velle uti jure protomis. & emere ipse infra terminum, excluso præd icto Titio non coniuncto: qui prius dederat arrhas & qui Titius dicebat in fraudẽ hoc esse factũ, concurrente cum venditore: qui magis affectabat, quòd haberet Titius, quæritur quid juris. dicit hic *Bald.* quod ille potest conqueri de fraude, & ejus prætendere vitium, qui habet aliquod jus, vel aliquam obligationem super bonis alienatis, per quam alienationem damnificatur, seu præjudicium patitur in suo jure, nisi revocatio fieret, ut *C. de his, quæ in fraud. cred.* & maximè *l. 1. in fin. & D. eod. l. 1.* & per totum, sed ipse non conjunctus; qui prior apparvit ad emendum, nullum jus in re vendita intrà 30. dies prætendere poterat; quia durante dicto termino quæstionis dederat arrhas, non sibi, sed conjuncto jus quæsivit, qui ratio ne juris protomis. eum excludebat, ergo de fraude non cõjunctus conquæri non potest, neque de læsione alicuius sui juris, cum nullum jus infrà dictum terminum habverit, licitum ergo fuit vendere, vel donare terram; quam conjunctam habebat illi; quem magis affectabat, quam alium, & sic in eum transtulit terram illam cum sua causa, sicut erat pænes ipsum, & sic cum jure protomis. quod habebat, & ex eo excluditur dictus Titius non conjunctus, qui arrhas dederat prius pro emptione: ita Dominus *Bald.* Sed videtur loqui de illo: qui transtulit ex venditione post requisitionem. Sed puto, quòd debet intelligi quando requisitus transtulit rem conjunctam [illegible] titulo, quam venditionis, vel locationis, quòd in his competit istud jus, & posset venditor prius proponere istud jus & petere rem conjunctam. Sed in alio titulo non sic, unde ubi *Bald.* dicit vendidit, voluit dicere donavit, ut evitetur quod prædixi *Anto. Caputus.*

Tu cave i quia hæc opinio *Anton. Caput.* non tenetur. Sed communiter cum *Baldo* sentiunt, ut infrà notatur eo. ver. renunciaverit circa finem. *P. Rendella.*

3 Renunciaverit) Quid si requisitus in judicio vicinus an velit emere, non respondet, vel obscurè respondet? dic esse, ac si negasset in sui præjudicium, itaque in ejus contumacias posset alteri extraneo res vendi, *argum. D. de interro. act. l. de atat. §. qui tacuit, & §. nihil. interest*; sed contrarium puto verius ex mente *Bald. hic nu. 3.* habet enim à lege hac statutum tempus infra quod bene deliberet.

Expressa renunciatio distinguenda est hoc modo, aut favore venditoris protomisis ceditur à vicino requisito, ut facilius, & liberius suæ rei emptorem inveniat, aut favore alterius vicini, & conjuncti, ut rem insol dum retrahat ex hoc jure, aut favore extranei; qui nullum jus vicinitatis habet, ut puta futuro emptori.

4 Primo casu dicit *Napodan. in prima consuetu. eod. titu. post num. 12.* Si pactum fiat venditori, per quod daretur licentia vendendi cui placet, prodest emptori omninò, etiam si personale. *Afflict. & Tiraq.* sequuntur, quibus adhæret *Rota Florentina*

*Hjeron.Magon.decisio.*118.concludens quòd dando extra judicialiter licentiam vendendi cui velit is, qui rem venalem habebat, non potest amplius in ea re uti jure congrui;etiam si non fuerit formiter facta requisitio. Dummodò advertamus, simplices hujusmodi refutationes non trahi ad futuras emptiones, idest secunda vice factas,ut patet ex subsequentib. verbis *Napod.*ibi non obstat,quod cum secundo emptore, idem sentit hic *Afflict. vers.sed quid* si vicinus promisit venditori *Not.* 11. *tacito Napodano*,& minor,quòd neque *Cassan.des tract.§.* 10.*Glosa ultima,ver.sed pone quod consanguineus, Napodanum meminit*, cum quæ in oppositum allegat, prius consideraverat, & resolvit acutissimus *Napodan.* & latioribus verbis ejusdem *Napodani* scripta sibi circumloquendo ascribit *Tiraqu. de retr.lignag.§.*1.*Glos.*9.*num.*129. *& seq.* videtur quoq; *Afflict.in §.*1.*nu.*41.*ver.subsequenter quaero, Ursill.ad Afflict.dec.*297.*nu.*6.

5 De secunda renunciationis specie, seù cessionis, quæ quomodo fiebat olim inter propinquos sanguine habetur. *Rub. cap.*4. loquitur idem *Napodan.in d.consuetud.*1.*de jure ver.habenti*; & si non ceditur,potest remotior instare, ut præligatur tẽpus posteriori, intra quod utatur si velit jure suo protomis. secundum *Jacob. de Raven. & Cyn. in l. manifestissimi,C.de furt.vers.ulterius quaero.*Et hęc cessio potest fieri sine re cedentis,puta cum ceditur consanguineo propinquo, & vicino. *Nicol. Boer. eod.titu.§.*3. ubi putat hoc perpetuo menti tenendum per doctrinam *Castrens.in l.ad officium, in fine,C.comm.divid.vide Afflic. in principio constitutionis,nu.*42.*ult.not.*

6 Ad 3. Antiqui *DD. Petr. & Cyn.* quot alii sequuntur *in l.officium,C.com.divid.tenuerunt*,quod cum quis ex consuetudine ad rei immobilis retractum admittitur, non potest extraneo cedere, ut retrahat; quia esset contra mentem, & rationem statuti, & magis in terminis nostræ constitutionis, quæ vocat vicinos, & consortes propinquitatem, idem pluribus mediis concludit *Ludov. Roma.consi.*484.incipit hoc vicinus, & in specie *Napod.in consuetud. si ex ver. nisi manifestum est inquit*, quod non potest cedi,quia eo ipso, quod non vult pro parte sua excedere,accrescit conjunctis,& nolens habetur pro non latere.Ideoque aliqui dixerunt jus protomis. esse personalissimum, propterea non posse cedi. *Mar.Anton.Burd.in tracta.eod.tit.§.*4. 3.*not.nu.*8. *& §.*7.*not.*5.*ante finem.*

Declara quoties cessio esset simplex ipsius juris, Nam cum re,cujus vicinitate hoc jus competit,benè valet cessio,ex quo rei cohæret, & ex rei vicinitatis nascitur dicit *Bal.*notanter *ver.*quæro nunquid istud jus,& ante verbum,sed pone,quod quis habens *num.*19.Item tenet *Napodan.in d.consuet. si ex uno vers.nisi*, ibi:ergo nullo modo potest cedi nisi ipsa res vicina cedatur, & sic subdit Jus congrui transit cum ipsa re vendita,cum ista congruitas ratione rerum conjecturarum sit introducta, refert quoque *Afflict.in §.*1.*ult.not.num.*43.quamvis non ita ex ordine, & fideliter *Tiraquel. de retract.lignag.§.*26.*n.*36.Hæc vera intellige,quoties qui cedit posset pro se exercere jus congrui: Nam si Ecclesia,vel fiscus cederent,cum re.nihil agerent cum eis non competat protomis. ut benè advertit *Afflict.hic nu.*15.Errat tamen attenta hac constitutione,dum idem asserit in rustico: cui dicit ipse hoc jus non competere, sed intellexit secundum consuetud.*Neap.eod.tit.ubi domus.*

7 Rursus adverte non omni respectu repræsentari per cessionarium eum,qui cedit veluti si cedens esset consanguineus venditoris, nam is cæteros vicinos excludit, jus verò retractus quò ad consanguinitatem non est cessibile,nec transmissibile, notanter *Joann.Fab.in §.*1.*Instit.de acqui.per arrogat.nu.*11.*vers.& hæc faciunt*cui omnes adhærent ut per *Andr.Tiraq.eod.tract.§.*26.*Glos.*1. *nu.*32. *Jo: Bessian.in consue.Alver.de retrac.art.*24.

8 Sed procurator etiam cum libera potestate non potest jus istud retrahendi cedere in præjudicium domini,tenet *Franciscus Vivi. opin.* 830. *relatus in Syntag. univers.juris vol.*1.*de statutis.cap.*11. *ver.* 4.*coarctatus*,

9 Tantæ autem potentiæ est in proposito nostræ constitutionis juris cessio cum ipsa re, per cujus rei vicinitatem jus protomis. competit, ut liceat cessionario ex jure sic cesso adversus alterius rei vicinæ priorem emptorem agere,sive is harras dederit, sive etiam precium solverit; ut *Bald. hic exemplificat.vers.sed insurgit quæstio Afflict.num.* 15.*vers.quidam emit domum.*Et intelligit *Bald.*de cessionario, qui emendo rem, cessionem habuit à vicino: quo casu videretur prima facie præferendus prior emptor, non posterior, ex regula, qui prior in tempore, ideò *Anto.Caput. in sua Glo.ver. (sed videtur loqui de illo*,putavit *Baldi* dictum posse verificari,& debere intelligi,quando vicinus cui jus protomis. competebat ex precedente rei conjunctæ venditione extraneo facta, rem conjunctam transtulit alio titulo, quam venditionis;emphyteosim,vel locationis: quod scilicet in his contractibus posterior emptor succumbere, quare emendando verba *Baldi* pro verbo vendidit,ponit ipse *Caputus*,donavit.

Et licet *Caputum* non alleget, novissimè scribens in constitutionem hanc *Donat. Galessus Lucanus cap.*7.obscuris verbis contra *Baldum,& Afflictum* tenet non aliter posteriorem rei acquisitorem priori emptori preferri, quàm si ex his causis res vicina sibi tradita fuerit à domino;cui jus protomis.competebat, ex quibus vicinis aliis rem sic postea traditam jus retrahendi non competeret.

Tu verò ne discedas à *Baldo, & Affl.* quorum opinio usu in curiis est recepta,& clarissimè loquitur*Bald.*ex quacunque causa res conjuncta tradatur sivè per donationem,sivè per venditionem,jus hoc protomiseos transferri in posteriorem emptorem,vel donatorem contra illum,qui prius emerat res enim transit cum sua causa,ut optimè probant ll.& authoritates,quas citant. Estque verum prioris venditionis tempore jus protomiseos considerari nõ posse penes primos contrahentes emendo, & vendendo,non utique penes vendentem,qui se abdicavit à re,neque penes ementem,qui conjunctus non erat, tempus autem illud attenditur, quo res vicina vendita est in effectu juxta ea,quæ notavimus supra *vers.in venditione,benè facit Corne.consil.*151.*col.*1.*lib.*3.*Deci.consi.*222.*cum aliis per Tiraq.de retrac.lignag.§.*1.*Glo.*9.*nu.*96.*Napod.notanter in consuet.ubi domus,ver.nunc habentes*,de jure congrui.Per quæ etiam corruit,quod idem Galessus accuratius nititur probare in *cap.*8. dum contendit

ten-

tendit tunc posteriorem emptorem uti posse jure sibi cesso ex persona sui authoris: cui jus protomis. competiisset contra priorem emptorem, cum ipse prior emptor rem posteriori emptori venditã jure vicinitatis avocare, aut nollet, aut alia ex causa non posset; secus vero si rem illam postea venditam prior emptor ad se retrahere intenderet: quo casu ipse esset præferendus; cujus opinionis neminem advocat authorem, clareque decipitur non advertens, quod si prior emptor haberet actionem ex hoc jure protomis. contra posteriorem emptorem volens suo jure uti, multo magis habebit exceptionem: quæ facilius competit. *l. 1. §. quod autem. D. de superfic. Jas. in l. impuberibus n. 8. de acq. hared. & meritò, ut ipse fatetur Galassius*, sua opinio non fuit per Judicem ad quem admissa. addo pro conclusione firmata cum *Baldo, & Affl. Nicol. Boer. de retrac. lignag. §. 3. vers. & est alius casus, ubi sequitur Paulum de Castr. in l. apud antiquos. ult. quæst. C. de furtis, & consi. 429.* in novis, quem simpliciter refert, & cum eo idem asserit *Benedel. in princip. constit. Sancimus. nu. 45.*

10 Declara, & limita conclusionem, nisi & ipse prior emptor foret vicinus; quo casu emendo rem: quæ à pariter vicino peti poterat, antequam cederetur jus suum non extinxit, neque confundit, & sic posset retinere, & excipere contra dictum cessionarium, ex *decis. Sacr. Consil. relata per Camil. Copp. post Napod. in consuet. si quis emit in princ.* incipit, quid autem si habens domum per *tex. in lex sextante. § latinus. de except. rei jud. l. debitor. ad Trebe.*

Item limita nisi prior emptor denunciasset vicino postea cedenti, re non petita infra terminum à nostra constitutione statutum, quia, & emptori, & venditori cedenti obstaret præscriptio, ut expresse limitat *Affl. hic vers. ultimo quæro in fine, & sentiit Bald. d. vers. sed insurgit quæstio.* dum concludit jure protomiseos acquisito, ipsum; cui facta fuit translatio per donationem; sive per venditionem rei vicinæ, uti posse infra triginta dies, sicut poterat qui transtulit.

Denique limita, nisi is cederet cum re: qui jus protomis. sive congrui non habebat, ut puta res publica fiscus, vel Ecclesia, vel inimicus venditoris nam cum neque ex propria persona cõvenire posset priorem emptorem, neque ex persona cedentis: cui in casibus exceptis jus hoc retractus non competit, meritò à petendo excluditur. *Napoda. in consuet. ubi domus. vers. tunc habentes eod. titu. juncto tex. constitutionis in §. licet autem, & §. fin. Rober. Marant. disput. 5. in fine sequens Napodanum*, declarat procedere, quando Ecclesia, cui nec activè, nec passivè jus protomis. competit, vendit post natũ jus congrui, idest postea quam res vicina Ecclesiæ vendita est, quo tempore attento ipsa Ecclesia non potuisset agere contra illum emptorem. Si vero venderet antequam res sibi vicina esset vendita, tunc is: qui emit ab Ecclesia habebit jus congrui ex propria persona, juxtà ea: quæ idem *Napodan. docet in consuet. si quis emit. vers. alicujus, ibi* Sed quid de emphyteota, & ita concordant antedicta, inspici tempus, quo res venditur propter habilitatem, vel inhabilitatem personæ: cui hoc jus competeret.

11 Sed an requiratur expressa cessio juris protomis. cum res vicina ceditur? vel sufficiat se a translatio rei per titulum habilem, & puto sufficere: quoniam transit res cum sua causa; quod videtur de mente *Bald. ibi* & apertius tenet *Affl. hic in fine ibi*, quia illud jus congrui videtur tacitè vendidisse una cum ipsa re per ll. allegatas, quod nota. quoniam *Paul. de Castr. d. consi. 429. sive 430.* ut est in meis, videtur requirere expressam juris cessionem in eum, qui postea emit.

12 Verum adverte, quòd tenetur vicinus retrahens ab extraneo emptore, si fuerit requisitus, jurare, quod pro se, & non pro alio retrahit sine fraude, ne ad impropria judicentur vicinus vendens; qui tenetur jurare super veritate contractus; pariter, & emptor extraneus, & ipse vicinus retractum petens: qui non cessibilis sine re, ut dixi supra. *§. causa vero dotis. vers. exigere juramentum. num. 22. & seqq.*

13 Sed quis si vicinus pro retractu convenit extraneum emptorem, & eo recusante precium accipere, illud obsignavit, & deposuit, quo casu dicitur jus in rem acquisivisse respondet notanter *Petr. de Greg. Tholos. sintag. jur. univ. lib. 26. cap. 18.* quod poterit cedere sine re jus sibi quæsitum in ipsa protomis. authoritate *Joan. Fab. in §. ex non scripto. Instit. de jur. nat. gent. & civ.* & judicatum refert in retractu sanguinis, secundum *Jo. Pap. lib. 11. Rhaspod. arresto 4. tit. 7.* quod intelligi oportet, quando alii vicini non petunt; quia tunc præferuntur, ut sentit idem *Petr. Greg. eo. c. 18. & vide Boer. eod. tit. de retrac. §. 3. fol. 57. col. 2. ibi*, & maximè sibi alii proximiores. *consuetud. Biturig.*

14 Et quæ probatio sufficiat ad convincendum vicinum, quod fuerit requisitus, & quomodo ad id probandum testes conjugantur singulares, & de subsequenti approbatione in vim tacitæ renunciationis differit valdè notanter *Hyppol. Riminald. consil. 207. vol. 2.* qui loquitur in terminis statuti prohibentis rem locatam alteri vendi, nisi primum requisitis conductoribus an velint emere: quam requisitionem pro forma inductam esse fatetur. *nu. 15. & 16.* & alii tanquam ad favorem privatorum inductæ renunciari posse concludit in fine *d. consi. quod & probat Magon. d. decis. Flor. 118.* Itaque sollemnitas requisitionis de qua hic, videtur restricta ad casum, quo, præsupponimus vicinum debere excludi ex toto temporis cursu, non etiam cum convincitur vicinus jus protomis. renunciasse, quo casu non videtur necessaria formalis denunciatio per prædicta.

His accedant, quæ ex facto consideravimus pro extraneo tempore contra vicinum: qui jure protomis. egit ad rem idem extraneo venditam; apud quem ipsemet vicinus pro venditore fidejusserat, cum obligatione æquè principali, & insolidum.

SUMMARIUM.

1 *Summa tex. pro eo: qui majorem vicinitatem habet.*
2 *Consuetudo Bari concordat.*
3 *Plures si diverso modo domui vendendæ conjungant quis eorum præferendus.*
4 *Domus quinque confinia habere potest.*
5 *Jus retrahendi an cedi possit.*
6 *Emptor conjunctus an impediatur pro sua parte excludere æquè conjunctum.*

A tribus partibus.

1 A Tribus partibus.) ex hoc capite ll. Græc. facta est consuetudo *Bari dudum in princ.& eo.tit.§.qui à tribus.* Agitur autem hic non de pluritate personarum, quasi tres vicini vincant unum, sed de pluritate partium rei, ex cujus vicinitate agitur. Undè resolvitur in singulare, ut sit sensus. Is qui habet vicinitatem ex tribus partibus, ejus potior est venditio, ideò *Glosa Ant.Caputi in prin.* Sic habetur.) Dicitur hic quod ille obtinet in jure protomis. qui habet conjunctionem rei vendendæ à tribus partibus, & hæc videtur fuisse exceptio seù declaratio verborum superius positorum in *vers.Si autem plures. ibi* (ununsquisque secundum suam portionem accipiat fallit, cum quis habet conjunctionem à tribus partibus *Ant.Caput.& sequitur Affl.in summa.*

2 Pariter *in d. consuet.Bari*; quarum consuetudinum translatio à textu Greco correptior fuit, Qui à tribus partibus venditum prædium in vicinitate conjungit ex modica saltem particula superat alium, vel alios adjacentes.) Et *in d. consuet. dudum* .) & qui à tribus partibus proximior reperitur, venditionis commodum totum sibi noverit acquisitum.) qui mos Græcorum in multis locis servatur, ut notat hic *Benedel.num.2. Prosp.Rend.*

3 Sequitur *Glos. Ant. Cap.* Pone me habere domum communem cum aliquo, & supra hanc domum est quædam alia domus puta Titii, & subtus est quædam alia puta Sempronii, juxtà eam à lateribus sunt aliæ domus diversorum hominum & similiter à capitibus, quæro qui istorum propinquorum præfertur. Resp. secundum doctrinam supra positam in hac constitutione in prin. ubi ponitur ordo in hoc jure, primo parentes, & sic à quo ordine fit exceptio in fine hujus constitutionis, ibi . Si autem domum propè castrum, & sic præfertur ille : qui est conjunctus per castrum tabularum omnibus aliis conjunctis, ut ex dicta litera colligitur, ex quibus habetur solutio ad quæstionem nostram, quia primo competit hoc jus consorti. *arg. ff. de inter d. & relega.l.relegatorum. §.fi.* Nam si conjunctus per castrum excludit alios fortius conjunctus communione non divisa, vel divisa sine castro, cum major conjunctio sit in his, quam cum aliis. Sed quomodo sciemus. Si una domus habens plura solaria, sint plures domus una sub alia? Respondeo si plura solaria habeant unà aditum erit una domus, ut *ff.de leg.3. l.prædiis l. balneus, & §.seq.* Si vero habeant diversos aditus, sunt diversæ domus.

4 Et potest domus habere quinque confinia, per quorum quodlibet potest peti jus protomis. nam habet latera, & caput, & superiorem, & inferiorem ..... quod nota, & quoad hoc jus protomis. primo descendit, secundò ascendit de proximo in proximum. Tertio vadit ad latera. Quarto ad capita, de quibus hic dicitur. Sed pone, quòd conjunctus communione non vult emere cui competit istud jus an superiori, vel inferiori, & videtur quid subteriori, & hoc excluso, superiori, & demum lateribus. Sed quæ est ratio, quòd jus protomiseos in casu proposito secundario competat subteriori? quàm superiori, vel lateribus. Respond. quod onus superioris sustinetur per inferiorem, & ex hoc onere gravatur, ut qui in uno gravatur in alio relevetur, *ff. de jur.jur.l.eum qui in princ.* Item ad evitandum scandalum suppeditationis, quia si contra voluntatem inferioris superior emeret molestius suppeditaret, ex quo possunt scandala provenire, quæ sunt vitanda, ut not. extra de eo, qui duxit in matrim. *cap.cum haberet.*

5 Sed num hoc jus possit cedi. Manifestum est, quòd non, quia eo ipso, quod non vult pro parte sua exercere accrescit coniunctis, primo illis, qui sunt conjuncti ex eo latere, & uno latere in totum deficiente accrescit jus protomis. alteri lateri, & sic unus solus collateralis potest habere totam possessionem ex jure protomis. ut dixi supra *in Glos. Unusquisque*. Sed dominus *Bald.* hic idem tenuit per aliam rationem, dicens, certum est; quod nisi quis esset conjunctus, idest nisi haberet terram conjunctam rei vendendæ non haberet, nec prætendere posset in emptione jus istud protomis. quia ex conjunctione ipsa acquiritur, & nascitur tale jus, unde volens jus, quod habet alii cedere, oportet quod faciat eum conjunctum, sicut ipse est, nam sicut ipse sine prædicta conjunctione nullum jus haberet, sic alii sine conjunctione nullum jus conferre potest, quia nemo plus juris in alium transfert, quàm ipse habet. *ff.de reg. jur.l.nemo*, & sic neque conjunctum facere posset nisi traderet rem quam conjunctam habet huic fundo vendendo, quia si non traderet remaneret similiter apud se, & consequenter cessio nulla esset. Sed an omnes collaterales possunt cedere jus hoc protomis. uni remoto in prejudicium emptoris. Respon. non, quòd eo ipso, quod collaterales nolunt, vel non possunt uti jure protomis. desinunt esse collaterales, item quia istud jus protomis. est reale ex utroque latere scilicet actoris, & rei datur possessori habenti rem conjunctam, & in possessorem ejus rei conjunctæ, quæ petitur, ergo nullo modo potest cedi, nisi ipsa res vicina cedatur; sic dicimus in servitute merè reali, ut *ff.de servit.rust.præd.l.emptionis faciunt not.per Cyn.in l.ad officium, C.famil.hercis.* & jus istud protomis. transit cum sua causa vendita, cum sit introductum ratione rerum conjunctarum.

6 Sed quid si emptor erat conjunctus similiter ex eodem latere, an possit pro parte sua excludere volentem exercere jus istud, dicendo. Domine tu es conjunctus possessioni, quam emi in e.& ego similiter sum conjunctus in v sicut tu vis exercere jus protomis. ita & ego, & sic non potest exercere nisi in parte sua, ut patet *in tex. vers. si autem plures* respondet ille frater, nunc non dico habere partem, sed totum jus, cum sim solus collateralis; item tu non potes adversus te ipsum exercere jus protomis. Undè dico actionem tuam esse confusam confusione successionis .... exceptio creditoris ...... *argumento C. de l. .... & C.ad l.Falcid.l.licet.& ff.de solut. l.Stichum. §. ... & ff.de l. ...... in princ. & C.de hæred. actio.l. ut debitum, & l.seq.* Item videtur confusa confusione dominii, sicut servitus prædialis, ut *ff. de servi. urb.præd. l.si quis ædes.* Sed certè dato quod sit confusa, dicit emptor. domine tu emis à me modo & sic authoritate hujus novæ emptionis novum jus protomis, mihi competis, & sic pristinum jus

pro-

protomiseos mihi competens, & confusum novo spiritu revivisicit, *argum. ad hoc ff. de leg. 1. l. legatum. §. fundus*, simile est videre, si de massa tua, & mea fiat una communis massa: cujus dominium confusum fit. *ff. commun. divid. l. arbor in princ.* Si tamen dividatur cessat confusio, & revivisicit unicuique dominium suum, licet ex novo spiritu divisionis. Vel dic quòd licet non possim petere jure actionis, jam confusæ, possum tamen consequi jure exceptionis, ut *ff. de servit. l. Papinianus*, nam & quandoque suscitatur utilis postquam est confusa: directa, ut pulchrè not. *ff. ad Trebelli. l. debitor in Glos.* dicunt quidam, in fine licet enim actio sit extincta de Jure civili, habet tamen locum exceptio, ut *ff. de cap. dim. l. 2. §.* ... vide quæ dixi in fine *Glos. Unusquisque. Ant. Caput.*

Ad hunc *tex.* pluralitatis partium rei conjunctæ, vide *Joan. de Amicis consil. 20. vers. ad secundum, Prosper Rendella.*

SUMMARIUM.

1 *Propinquitas quot partibus concludatur.*
2 *Ventorum observatio in confinibus rerum.*
3 *Propinquitas diversimodè distincta per const. & consuet. Neap.*
4 *Mensurantur res quantitativè.*
5 *Pluribus ad protomisim admissis quis ordo servabitur.*
6 *Vicinus in minima parte, & consanguineus, an præferatur vicino ex tribus partibus?*
7 *Consanguineus potior est socio.*
8 *Litera constitutionis variatur, ut solvetur Afflict.*

Una pars nihil habeat.

1 UNa pars) adverte ad hunc *tex.* qui videtur quatuor tantum partibus omnem complecti propinquitatem rerum vicinitate conjunctarum, contra *Afflictum*, qui exemplificat de quinque confinibus, dum summat, quòd si rei venditæ vicinus est propinquus à tribus præfertur alteri vicino: qui est conjunctus ab una parte, vel ex duabus partibus, *& in 3. not. num. 5.* dum dicit, quod qui très confines habet, tres partes habebit, qui verò duos confines duas partes, idque dicit esse magis æquum, ut proportionabiliter res dividatur præsupposita re: quæ quinque confines habeat, vide inferius. *in ver. à duabus partibus nu. 2.*

2 Sed quomodo cognoscemus esse quatuor tantum partes non plures? Resp. ex ventorum observatione, veteres enim quatuor omninò servaverunt, ideò nec Homerus plures nominat, dicit C. *Plin. natur. histo. lib. 2. c. 47. Unde Lucretius lib. 6.*

Quæ cum quatuor inter se diversa videmus.
Quatuor à ventis, & cæli partibus esse.

Quare *in hystor. Eccles. Paralip. 1. cap. 9. habetur.* Per quatuor ventos erant ostiarii, idest ad Orientem, & ad Occidentem, & ad Aquilonem, & ad Austrum, idem ponitur *in authen. ut omnes obediant Jud. provi. §. hac considerantes, ubi Glos.* per ascendentem Solem intelligit Orientem, per descendentem Occasum, sivè Occidentem, per utrumque latus Meridiem, & Septentrionem. Et licet in singulis partibus distinctus nominibus venti nuncupentur, scilicet ab Oriente Eurus, ve alii dicunt solavum, ab Occidente Zefirus, à Septentrione Boreas, sivè Septentrio, & notus ab Austro, idem tamen est ventus: qui ex diversis partibus mundi, vel cæli, diversa etiam nomina est sortitus, secundum *Divum Aug. lib. de quantitate animæ.*

Alii tradiderunt esse octo ventos: quibus consentit *Vitruvius lib. 1. c. 6.* Et ne putet quis ventorum rationem esse à nostris alienam, vel incognitam, videat de iis latè, & doctè *Jul. Ferret. lib. 8. de re navali, à fol. 77.* per plures numeros.

Nos à situ regionis dicimus fines maritimos, & montanos: qui ad mare, & ad montes respiciuntur qualem veterum fuisse usum observat *Carol. Sigon. de antiquo jure Italiæ. lib. 2.*

Et hæc confinatio rerum, vel regionibus mundi quatuor, vel à quatuor ventis memoriam facit prolixius duraturam, quàm si mentio fiat possidentium, puta si dicatur, ab uno latere possidet talis, ab alio talis, & cæt. prout evenire potest cum prædium: quod confinatur non est quatratum, ut angulus quisque directè respiciat unam ex quatuor regionibus mundi, vel ventos, ità declarat *Paris Pute. in tract. de finib. feud. in princ. num. 15. & 16.*

3 Differt itaque nostra hæc constitutio à consuetud. Neap. per quam propinquitates distinguuntur capitibus, & lateribus, ut *in consuet. ubi domus, de jur. congr.* Item per superius, & inferius, ut *in consuet. si quis habet. & cons. si domus eo. tit. à quibus locis. & Napod. ibidem omnia furtim traduxit Ant. Cap. in preced. Glosa.* Sed tacito *Caputo*, fideliter *Maranta* recenset theoricam *Napodani* d hac ipsa re *in tracta. de multipl. alien. prohib. nume 124.* Sed non distinguit, ut nos facimus, hic & infr. a, ubi de domo, & castro.

Ratio autem hujus *tex.* est evidens propter majoritatem partium. *arg. l. si quæ sunt cautiones D. famil. ercis. Glo. in l. fin. in prin. ver. fortunam C. commu. de lega.* videatur *Anchara. cons. 370.* cujus est initium ante omnia, per *Tiraq. de retra. lign ag. §. 1. Glos. 6. num. 17. Napod. in consuet. si ex uno ver. ea parte. ibi.* Aliis videtur dandum jus congrui ei: qui pro majori parte conjunctus est. Partis verò appellatione regulariter venit dimidia. *Glos. in c. potuit, & est penal. extra de loc. & cond.*

4 Sed tu dic, quòd quia in fine *tex.* habetur, collatione facta rem ab omnibus participari secundum propinquitatem: quam habent, apparet manifestè, quòd in protomisi res mensurantur non qualitativè, sed quantitativè, *ad tex. in l. si partem fundi vers. neque, D. de servit. rustic. præd.* de quo latè *Nicol. Boer. decis. 46. per totam prima par.*

5 Et factis partibus rei per protomisim acceptæ inter vicinos, quomodo unus alteri debeat viam constituere pro aditu ad portionem retractam, decidi potest ex iis: quæ ponit *Boer decis. 322. par. 2.*

Et quid si una pars fundi venditi est preciosior altera, precium verò conversi fuit æquale tantum pro quolibet jugere, dicit *Bald.* quod ita debet mensurari malum terrenum sicut bonum *in l. sicut in fine. C. de actio. emp. per tex. cum Glos.* quam allegat notabilem *l. qui libertatis §. fi. D. de evictio.* sequitur *Alex. consil. 120. ante fin. vol. 2.*

Adverte concedimus mensurari promiscuè malum, & bonum; cum partitio fieri debeat quantitativè, ut diximus, verum quia res inter vicinos agi-

agitur, quibus inter se dividentibus, habenda est ratio qualitatis, & preciositatis, & ità precium compartiendum, ne aliquis sit in damno, ex his; quæ ponit *Boer. d. decis.46. à num. 3. ad fin.* adde unum verbum *Tiraquel.de retrac.lignag.§.23.num.24.* & quæ notat hic *Bened.*

6 Sed quæro cum in primo *tex.* constitutionis habeatur, parentes præferri aliis vicinis, quid si conjunctus ex minima parte est consanguineus, vel est socius, seu ejusdem rei consors, nam & post parentes lex hæc vocat socios, ut ibi respondet *Afflic. 1. Not. num. 2.* quòd præferuntur socii sivè rei consortes sequens *Napod.in ult. consuet.de jur.congru*

Sed in consanguineo tenet contra idem *Affl. ibi num. 3. vers.* sed juxtà materiam ubi vult præferri vicinum ex tribus lateribus consanguineo ex uno tantum latere conjuncto, verum, inquit, *si est æqualis vicinitas, & ambo veniunt ad jus congrui, idest consanguineus, & non consanguineus, quilibet obtinet pro medietate, quia conjuctio sanguinis debet haberi pro una vicinitate, quod dicit ipse est æquum, licet ex mente literæ appareat contrarium, idest generaliter quod tres vicinitates excludunt omnes, multò fortius si habet quatuor infurentes, quòd si consanguineus habet tres vicinitates, præfertur alteri habenti tres propinquitates, quia habet jura quadruplicata, idest consanguinitatem.*) *Afflictum* sequitur *Borg.cau.decis.20. num.26. in 2. parte de contractib.* adde quæ posui *supra §. 1. ver.socii,* statim post principium.

Cave tu; quia ista sunt somnia, & melius intellexit *Vincen. Maxill. hunc tex,* declarando tunc esse verum, quod hic habetur, si qui jungit ex minima parte non esset consanguineus, vel socius, hi enim præferuntur *in consue. Bari. eod. tit. §.fin. in prin.* quem simpliciter sequitur hic *Bened. nu. 17, Maranta,* & alii.

7 Erravit autem *Afflict.* quoniam quod concessit in socio, & consorte, multò magis debebat concludere in consanguineo; cum consanguinei per hanc constitutionem præcedant socios in retractu, ut *in primo §. ibi.* In primis vocentur parentes, deinde socii, *argum. l. de accessionibus. D. de diver. & temp.præscrip.* idest quo ad rem ex parentela procedente, ut est expressa Bari consuetudo.

Præterea hæc pars constitutionis, ubi referuntur ll.Græc. non est correctoria præcedentium dispositorum per constitutionem *Federici,* secundum *Affl.* & alios quos citavimus *in fine § præced.*

Rursus *Afflict.* non figit pedem, nec resolutè concludit, sed dicit, quòd esset æquum, & magis regulat se ex dispositione consuet. Neap. qua socius præfertur omnibus, quàm ex constitutione; qua consanguineus consorti, meritò in ejus doctrina, confusis terminis, non est jus, igitur tene, ut dixi.

Insuper adverte *ad Benedel. hic num. 38.* qui tenet, quòd dispositio Græca; quæ hic refertur est correpta in constitutione *Federici in princip. ibi* unusquisque accipiat secundum suam portionem. Tu autem dic clarè, quòd aut concurrũt parentes, vel socii, vel qui sunt sub eodem servitio, & servatur primus tex. constitutionis. Aut non est differentia personarum, sed rei vicinitatis, & proximitatis; & servatur hoc caput ll. Græcor. quod est per modum additionis ad legem *Federici,* ut dicebat *Affl.ad finem d.tex.§.præced.*

8 Ego tamen excusatum habeo *Afflictum*; quoniam in quodam textu veteris æditionis habebatur sic. (Si verò concurrant parentes, & vicini ad domum, ille præferatur, qui propè castrum; ipse habeat eam, & non ille, qui ipsam protomisim per parietes habet) & vide *Glos.Aut.Cap.in 1.tan. ut, in aliqua parte.*

SUMMARIUM.

1 *In petitione, partis non petitur simul dari arbitrium per divisione.*

2 *Propinquitas per legem Græcam satis est in minima parte, ideò potest in pluribus quàm quatuor partibus considerari.*

A duabus partibus.

1 A Duabus partibus.) Sed quæro cum petitur medietas, vel aliqua portio ex jure isto, an in eodem libello petatur arbiter dari, sicut in judicio communi dividundo. Resp.non, & ex eo tamen adhibetur mensorem, vel expertum ad id, nonest enim communio aliqua hic, cum sit jus separatum *arg. ff. commu.divi.l.arbor.§.si per eundè.Auth. Caput.* Adde *Napod.in consue.ubi.domus.ver.integram.*

2 Licèt autem dixerim supra quatuor partibus totam vicinitatem describi, & est verum secundum literalem sensum; tamen quia per legem Græcam satis est conjunci ex minima parte, sic non est contendendum exemplum *Afflicti*, quo unus confines tres habet, alter duos, idest, cum in eodem vento sunt duæ partes, sivè duo fundi, & hoc casu quæstio decidenda est juxta opinionem *Afflic. 3. not.nu.5.* non solum quod est æquius, ut ipse ait, sed quia concordat constit. hæc ibi. unusquisque secundum suam portionem.

SUMMARIUM.

1 *Castrum quomodo hic accipitur.*
2 *Tex. expositiô literalis, & ratio decisionis affertur.*
3 *Vicinorum unus potest esse altero proximior.*
4 *Majoris vicinitatis exemplum ponitur, ex qua communio quædam resultat.*
5 *Consuetudo Bari de confinio per limites, & per parietes.*
6 *In retractu domus magis longa, quàm lata quis præfertur.*
7 *In vicinitate domorum quæ quoque attendantur*
8 *Emens domum habitationi necessariam potest uti fraude.*
9 *Emens domunculam non tenetur jure protomiseos*
10 *Statutum Regis Alfonsi, & Principis Tarenti de hâc ipsa re pro ementibus.*
11 *Casula, & casa quæ dicatur.*
12 *Casalenum quid sit.*
13 *Domum laterariam, qui primus constituit, ac luteè ædificii hyrundinum exemplo qui inventor.*
14 *Domus insulata quales.*
15 *In insulis venditis potest esse locus retractui.*
16 *Describuntur domus Venetæ, & laus illius gentis refertur.*
17 *Fines in mari reperiuntur.*

18 *Ve-*

18 *Venetiarum Civitas an dici possit Insula.*

Domum propè castrum,

1 DOmum propè castrum.)Castrum,quamvis dicatur casa alta, & fortis, ut dixi supra in *Glos.Provincia* tamen hic non accipitur isto modo, sed est vulgare Italicum;qui castrum appellant parietem factum ex lignis,sivè tabulis : qui communiter solet fieri ; cum domus communis dividitur. Undè qui est conjunctus per castrum,idest per parietem lignorum præfertur conjuncto per parietem lapidum,ut hic pro hoc facit, quòd dixi supra in *Glo, qui habet jus. protomis.* à tribus partibus: Non habent intelligo activè,secùs passivè, ut dico in *Glos.Ecclesia.Anto.Caput.*

Castrum a casa dictum, quod est casarum conjunctio,& per tabulas divisio,vulgò post *Caputum* explicat *Maxilla in consue. Bari*, qui castrum. *eo, tit, & Io.Ant.de Nigris,*

2 Sensus est clarus, quòd si domus; quæ venditur ex uno latere castrum nempè tabulis compositum, ex aliis verò habeat domos parietinas; qui propè castrum est, is obtinet in hoc jure protomis.potest esse ratio; quia ab initio illa domus sic per castrum divisa erat unius domini antequam divideretur,& modo cum retrahitur ab eo; qui per castrum conjungitur, iterùm unitur, pro qua consideratione optimè faciunt, quæ allegat *Borgni.Cavalc.decis. 20.à num.7.& 24.in 2.par. decis.*

Secunda ratio esse potest evitatio scandali,& ne pandantur vicinorum secreta.Nam castro intermedio, vicinorum voces audiuntur facillimè, quòd exemplo placet Staleriorus, ut inquit *Cicer. Topic.6.diss rens de argumentatione,quam vocat artis expertem,quòd cum ille homo quadam impudent er loqueretur, bonis viris subauscultantibus pariete interposito, his patefactis, in judiciunque prolatis rei capitalis jure damnatus est vide tex. qui benefacit in l.1.§.eodem autem tecto.D.ad Sillani.Glosa est in terminis de tenui pariete in c. præterea. ver.de auditu,extra de testib. cogend.*

3 Hinc colligitur clarè; quòd vicinitas una potest esse proximior alteri, uti qui proximius jungit,præferatur in retractu alteri minus conjuncto, id *Maranta. in tract. de multipl. alien. probib. nu. 124.*investigat.quærit enim, quomodò unus vicinus esse potest vicinior altero, cum hic habetur de mera vicinitate, & confinibus absque alio intermedio. Respondet, si ex uno latere confinaretur per rivum,vel per viam vicinalem, & ex alio latere esset fundus immediatè conjunctus,sic unus vicinus esset proximior altero, pro qua re *Tiraquel.quædam notat, de retr.ligna g.§.1.Glos.9.nu.26.*

4 Ideò dixerunt quidam in facti contingentia, quod qui fundum divisum sine limitibus habet veluti per taccas;quas vulgò appellamus,& in confinibus præsertim apud nos fieri solent olivarum, præferri debet alteri habenti confine prædium strictula vicinali, vel pariete mediante, quoniam immediatius continguntur,pro quibus faciunt etiam dicta *Afflict.supra §.1. nu.44. & per Borgn.* qui de domo loquitur *dic. decis.20.* & videtur probari in *l.adeo §.insula. D.de acq.rer.domi quem textum ad id citat Maran. & vide Tiraq. de retr.lig.§.1.Glos. 9.nu.26.*

Optimeque ratio educitur in *d.l. adeo.§ fin. & l. pro regione eod.titu.* Namque ex tanta rerum propinquitate communio, quædam resultat inter utriusque fundi possessores eorum scilicèt, qui in confinio sunt. Vicini autem rerum consortes,& socii extraneos vicinos excludunt ex hanc constitutione, ut in principio notatur adde *Cepol.de servitu.tit.de pariete nu.4.*& inde ibi ponit de re communi pro diviso.

5 Barenses autem in prædiis rusticis expressam de hac re consuetudinem habent sub *eod. titu. his verbis. [Qui limites habent eos; qui parietibus junguntur, excludunt proximior enim est limitata vicinitas, quam mediantis parietis distincta partitio.]*

Pro hoc *Paris de Pute.tit.de finib.feu.cap.duo fines, & locus loci in concessione exprimi,* dicit confinia dici in rusticis; quæ adeò propinqua sunt, vel proxima,ut nullus medius paries interponatur,ad differentiam urbanorum, quæ parietibus distingui solent. *D.comm.præd.l.1.l.si quis duas §.planè,indu. & a l.quod in rerum §.si quis de leg.1.* quæ notabis, quoniam in facto habui, & obtinui.

6 De domo vendita occurrit,quod est magis longa quàm lata,contendunt duo vicini, unus ex capite unde incipit longitudo,alter ex latere,ubi est latitudo, quomodo dividenda, respondi præferri eum;qui per latitudinem conjungit:quia in majori parte vicinus;per singulare dictum *Maranta in d. tract.de multipl.alie.probib.nu.122. in fine*, faciunt quæ ponit *Napod. in d. consuet. si ex uno vers. ea parte. eod.tit. & est expressim consuetudo Neap. ubi domus d.tit.*per quam latera præferuntur capitibus *& Napod.in verb. à capitibus* dicit inspici videtur primo longitudo,idem *Napodan. in consuet.si quis habet vers.pro indiviso,& consuetud. fin.Glo.1.* Adde notanter de hac ipsa vicinitate domorum, partiumque domus supra, & infra, de furno. *Jo: de Amicis consi.20.sequentem Napodanum* ubi notanter sentit,quòd consuetudo Neap.specialitèr distinguens vicinitatem domorum debet servari in aliis terris Regni:cujus Neapolis caput est, ut ibi *ver. Similitèr,*

7 Attenditur quoque vicinitas ratione aditus, & introitus ad domum: quæ ità conjungitur ad exclusionem illius; qui ex latere ad domum vicinitatem habet. *Cosm.Nepita. in consuetud. Cataneæ tit. 43.nu.23.per tex.l.quod conclave: ubi Bar. de dam. infec.* quem sequitur *Benedel, in suis animadvers. hic §.pen.in fi.*

Nec minus est notatu digna optima, & æqua Provisio Sixti IV. tit. de ædific. & novis operibus; qua in pariter vicinis præfertur magis his:cui magis domus adjacet, qui magis illa indigeat, & per quem exurgat major ornatus,& splendor urbis meminit idem Benedel supra in rub. nu. 14. citatque Sacri Palatii conformem decisionem 78.

Neque habendam esse rationem domorum vicinitatis, si una in una via januam habeat, altera in altera,etiam si ratione parietum domus non modò sint vicinæ:sed etiam contiguæ,cum nec considerari soleat pars posterior domus *not.Jacob.Menoch. de arbitrar.judi.lib.2.centur.3.casu 222.*vicini qui dicantur.*nu.17.* ex doctrina *Barto.in l.3.§.surd.D. de acqua plu vi.arcend.*

8 Nec obliviscaris,quòd qui domo indiget,potest uti

uti fraude aliqua, ut evitet retractum, ne à vicinis hoc jure protomis. conveniatur, quandoquidem simulatio pro causa victus permissa est 22. *qu.2.c. utilem Bartolom. Brixiens. quaest. domini. quaest.20 nu.4.* Nam & domus venit appellatione victus. *D. de alim. & cib. l. legatis.*

9 Fortius dico, quòd etiam nulla fraude interveniente si quis sibi domunculam emerat sive casulam inhabitandam, non posset à vicinis ratione vicinitatis inquietari, ut censuerunt in proposito *Opizo in repet. §. divi, l. filiusfamilias, de lega. 1. col.36. & ibi Ferdinan. Loaez col.76. ver.7.* limitatur tenentes, quòd statutum prohibens rem immobilem alienari in extraneum, non habet locum in re aliqua vili. *per tex. l. Senatus. §. Marcellus. D. de leg. 1. Ludo. Rom. sing.222.*

Sequitur *Tiraq. in tract. de judic. in reb. exigu. vers.94.* licèt in contrarium faciant quæ not. *Catel. Cotta vers. domus.*

10 Dicit tamen *Afflictus noster in rubr. notavit. nu 10.* audivisse, quòd inclitus Rex Alfonsus de Aragonia dispensavit pluries, quòd ab extraneo emente rem in Civitate, ut ibi posset habitare, non posset peti jus congrui.

Venerandus senex Nicolaus Tarsia U. J. D. accuratissimè addit ibi post *Afflict.* se accepisse ab Illustriss. Duce Adriæ, quod Princeps Tarenti in toto ejus statu mandaverat observari, ut qui non habebat domum, vel vineam, vel terras in loco, potuisset emere sine mætu vicinorum.

11 De clausula habetur *Eccles. c.14.* qui requiescit juxtà domum illius, & in parietibus illius figens palum, statuet casulam, quæ est parva domus, secundum *Glos. in l. si mihi Mavia in princ. D. de leg.3.*

Et de casa: quæ dicatur ponit *Bal. tit. de fratri de novo bene. inve. c.2. & Cepol. de servi. rustic. prad. c.15. de servit. terra, nu.4.*

12 Sed Casalenū dicitur domus destructa secundū *Napod. in Glos.* .... quem sequitur *Paris de Pute. de reinteg. feud. tit. est denique videndum, nu.2. pag.95.*

13 Domos autem laterarias, qui primi constituerint, & qui lutei ædificii inventor exemplo sumpto ab hyrundinum nidis. *C. Plini. histor. nat. lib.7. cap.56.*

Cumque hoc beneficium ab hyrundinibus habuerimus videntur ingratitudine notandi Germani: qui quemcunque mortalium arcere tecto cum nephas habeant, hyrundinem tamen excipiunt, præter muscas, & mures, teste *Plutarco ex natis Pythagh. car.463.* quem refert *Barbos. in officina, to.3. tit. de hospitalitate fol.135.*

14 Ad *tex.* quoque hunc constitutionis, adverte, quod cum datur facti species, quæ domorum ædificia ex omni latere parietibus vicinorum ambiuntur, ut hic. Ità è contrariò sunt ædes aliquæ insularum instar: quæ propiis undique muris continentur, quòd quandoque à Nerone excogitatum ad coercendos ab Urbe ignes traditur, refertque *Andr. Alcia. de verbo sign. f. l. Urbana familia.* Neq; tantum ab incendiis, sed à futuribus tutiores erant ut subdit ibi *Alciat.* qualis forma in extruendis Monialium monasteriis meritò sed alia ratione habetur.

Et magis propriè illæ domus possunt dici insulæque in aquis salsis positæ sunt, secundum *Isid. relatum à Glos. in §. Insula. Instit. de rer. divis.*

Insulæ dictæ propriè domus: quæ non conjunguntur communibus parietibus cum vicinis, circuituque publico, aut privato junguntur à similitudine earum terrarum: quæ fluminibus ac mari imminent. Festus ait, quem sequitur *Guliel. Bude. prior. annot. in pandec. in l. sed addes, §. inquilinus. D. locat.* & conclud. hujusmodi sunt palatia, quædam inclitæ Civitatis Venetiarum, dicit *Jul. Ferret. in tract. de re nava. lib.17. & fin. nu.13. vers. quid sit insula.*

15 An igitur in his cesset jus retractus? resp. cessat ubi circuitus publicus est, ut mare, vel viæ publicæ, secus si circuitus est privatus, datur enim, & publicus, & privatus secundum *Festum, & Budeum supra citatos,* & vide quæ diximus infra. *§. fin. vers. via publica.*

Cum autem Venetarum domorum habita sit mentio: de his appositè antiquus *Poeta Gulielmus Apuliensis lib.4. rerum Nurmannorum ità fatur.*

16 „ *Sunt hujus menia Gentis.*
„ *Circumsepta mari, nec ab adibus alter ad ædes*
„ *Alterius transire potest nisi linire vehatur.*
„ *Semper aquis habitant gens nulla valentior ista.*
„ *Acquoreis bellis, ratiumque per aquora ducta.*

17 Quamvis neque ignoremus, fines etiam in mari reperiri, & designari, de quibus habes per *Paris de Pute. de finibus feudi. in princ. nu.5. & Cepol. Feron. de servituti. c. de mari.*

18 Hinc intelligi potest, an simplicitèr procedat, quod ex *Bald. consi.411.* quidam emerunt *lib.5.* firmat *M. Anto. Peregrin. de jure fisci lib.8. de acquir. vers. Insula. num.65.* Venetiarum Civitatis domos constructas in mari non propriè dici Insulas; fatemur enim civitatem ipsam non esse insulam rationibus: quibus *Baldus* movetur, verum de domibus id negari non potest. Arte autem in mari insula, cum assurgit, naturaliter enatam insulam imitatur, ut perbellè describit *C. Plini. Epis. lib.6. ad*
„ *Cornelianum.* In ore inquit, Insula assurgit tutum-
„ que ab utroque latere decursum navibus præstat,
„ assurgit autem arte visenda. Ingentia Saxa latissi-
„ ma navis provehit, &c. ac paulo post ait. procedenti
„ tempore enatam insulam, imitantur.)

S U M M A R I U M.

1 Venditor non habet jus congrui.
2 Venditor habet jus congrui, si res iterum ab emptore vendatur.

Recipiant eam omnes secundum propinquitatem.

1 Ergo, & venditor si similiter est conjunctus, & vicinus in parte puta quia vendidit unum è duobus fundis conjunctis, & cum animadvertat alios vicinos petere retractum, ipse quoq; concurrit petens partem ejusdem fundi venditi; ità videtur in terminis *Anton. Capic. dec.99. vers.3. facit. Glosa Napodan.* Sed tu dic omninò eum excludi per hanc constitutionem, quæ totum emolumentum venditionis transtulit in eos: qui debuerant vocat, & invitari, ut emerent. Secùs verò si res iterum ab emptore venderetur, quoniam tunc veni-
2 ret ille prior venditor ex nova causa: per quam com-

competit sibi jus congrui, ut notabiliter docet *Napoda.ad quem debet adverti in consuet. si ex uno ver. & volentibus eod.tit.* & ita intelligitur *Capic. in d.decis.* ad hæc vide *Afflict. in §. 1. num. 47. & seq. vers.* item quæro, pone quod ego habeo duo prædia, & ante eum *Aut.Caput.*

Tertia Pars principalis Constitutionis Federici II. Imperat. de Jure protomiseos, sive congrui, ex moribus, & consuetudine, & est §. finalis.

Prospero Rendella interprete, cum Glosis Antonii Caputi antiqui Doctoris, hactenus non impressis.

TEXTUS VIII.

Est autem propriè generali consuetudine approbatum, quòd tria sunt, quæ protomisim non habeat, scilicet via publica, Ecclesia, & Curia.

SUMMARIUM.

1 *Hic tex. authenticus defenditur contra Camillum Borrellum.*

1 Camillus Borrellus *cons. 36.* contendit hunc textum non esse authenticum, neque Imperatoris, sed alicujus Doctoris privati, sicut & præcedentes §§. à textu Scriptum est autem, minimè tamen mutanda sunt, quæ certam interpretationem habuerunt. *D.de leg. l.minimè,* commentarios enim ad hunc *§. fecerunt Anton. Cap. Afflict. Bald.* ante eos *Novellus, & alii*: quos in discursu citabimus, meritò à Borrello discendendum est.

SUMMARIUM.

1 *Dictio proprie.*
2 *Consuetudo in lege aliqua posita non desinit esse consuetudo.*
3 *Consuetudo quanam dicitur.*
4 *Consuetudo: de qua hic habetur est communis laicis, & Ecclesiasticis.*
5 *Approbare, idest confirmare.*

Propriè generali consuetudine approbatum.

1 Propriè,) idem quod specialiter, peculiariter, quasi ita proprium sit consuetudinis, ut à lege scripta nihil omninò acceperit, *not. in l.omnes populi.D.de just. & jur.* Nihil de suo addidit neque detraxit generali huic consuetudini Imper. Federicus meritò jus consuetudinarium esse, & dici propriè non desinit. *argd. jus civile eo.tit. de just.& jur.*

2 Nec quia in lege aliqua recitatur consuetudo nomen ex dict's per *Lancel.poli.in tract. de suspic. tit.de pupill.nu.3.post Socci.* & alios in *l.de quibus D.de legib.* de qua etiam re Canonistæ in *c.consuetudo.§.cum itaque.1.distin Prosp.Rend.*

3 Generali) hoc est communi omnium populorum consensu assuetudine observatione. Dico autem omniū propter hujus adjectivi significatum, argumento eorum: quæ habentur in *l. leges, ut generales C.de ll.& constit.& nota.in l.generali lege.C.de sac.san.Eccles.in Glos.* Et ut probat *Covarr.* Consuetudo ex communi, & promiscuo usu jus constituit, & acquirit omnibus ejus regionis, aut populi civilibus. *in 2.par.relecti.§ 3.nu.2.Vel dic.*

4 Generali) idest tam personarum Ecclesiasticarum, quàm laicorum communi, & mista, itaut potuerit hujusmodi consuetudo Ecclesias ligare, & comprehendere, per *Andr. Sicul. in repet. rubr. extra de reb.Eccle.non alien. col.25. Doctores in auth.cassa, & irrita.C.de sac.san.Ecclef. & in c.sancta Maria, de constit.Sequitur Cassane. in consuet. Burgund.tit.des majus mort.nu 53. Guliel.Bened. in c. Raynutius.ver.& uxorem nomine Adelasiam. num. 226.* allegant *Innoc. in c. cum dilectus de consue. Fabr.in §.ex non scripto,* propè finem. *ver.sed quaritur an consuetudo tollat legem. Instit. de jure nat. gent. & civi. & est tex.ubi not.in margine extra de eo qui mitt.in poss. c. cum venissent, quem vide.* Est enim congruum, & laudabile, ut cum Ecclesia non conveniatur, neq; ipse alios conveniat jure congrui, & pariter res publica, & Fiscus, concordat *consuet. Neap.* si Ecclesia, cum ibi *not. per Napod.* de quo mox dicitur *ver. Ecclesia, quicquid temere dicat Borell.d.cons.36.*

5 Approbatum) idest confirmatum. *Penneus in l. 1 C.de jur.fisc.lib.10.* hoc autem dicitur, quoniam usus approbat consuetudinem. *§. ex non scripto. Instit.de jure nat gent.& civ.* Atque eam jus quodam esse utentium moribus approbatum, dicit *Glo. in c.cæterum, de testi.cogen.*

SUMMARIUM.

1 *Epilogatio casuum: in quibus jus protomiseos cessat.*
2 *Divisio totius constitutionis colligitur.*

Tria sunt quæ protomis. non habent.

1 Tria sunt) Imò quàm plura præter hæc tria. In primis non conjuncti, idest non habentes rei immobilis propinquitatem, ut in primo *tex. constit supra.* Secundo negligentes intra mensem, ex quo tempore denunciatum, justum precium solvere, supra *tex.2.ibi inf a 30. dies* dummodo principalibus vicinis, & legitimæ ætatis atq; præsentibus denunciatum fuerit, cum si absentium minorum exulum, vel alia justa causa impeditorum defensores tutores, curatores, vel procuratores invi-

 ten-

tentur, non nisi post quatuor mensium lapsum negligentiam præjudicet, *eod.tex.verf.verum si,juncto verf.& licet fuerint.* Tertio inimici,ac exosi vicino venditori,nec dum reconciliati, ut in *tex.* licet autem. Quarto, hi qui non moniti passi sunt rem vicinam ab extraneis possideri, simulatis aliorum contractuum titulis, neque adversus possessores intra decennium egerunt, in *tex.* Transcurso autem.Quinto,Potentiores. in §.prohibemus.Sexto,scientes contractum,& præsentes tacuerunt petere infra quatuor menses, vel absentes infra annum. VII.Qui denunciati recusaverunt emere, juxta §.scriptum est autem.VIII.Remotiores in propinquitate rei venditæ,ut eo §. & seq. IX. Propinquus ex minima parte concurrens cum eo: qui ex tribus partibus conjungitur. *verf. in alio.* X. Qui pariete mediante conjungitur concurrens cum eo: qui per castrum,ut supra proximo *tex.ver.si autem domum.* Ecce igitur, quòd non solum tria sunt: quæ protomisim non habent. nam & hi omnes excipiuntur à regula: quæ est in tribus generibus contractuum ante rei immobilis alienationem vicinos omnes invitandos, atque admovendos, ut in princ. constitutionis notatum est latius. Id autem quod dicitur de causa dotis,donationis testamenti, & cæt. non est exceptio regulæ respectivè ad personas venientes ad jus protomiseos, sed ob defectum causæ ipsius contractus. Respon. Tria hæc
3 tantum excepta esse per generalem consuetudinem,de qua loquitur nuncupatim hic *tex.* priores verò casus partim per legem: quæ nova est à principio usque ad §. scriptum est, partim per ll. veteres Græcorum: Itaq; tota constitutio tres habet partes principales sicut tria jura continet, duo scripta tertium non scriptum: quod diximus esse consuetudinarium,ut huic petet,tenementi P.R.

SUMMARIUM.

1 *Viarum distinctio, & declaratio secundum Anto.Caput.*

2 *Quotidiana aqua aptitudine intelligitur, & fid de multis.*

3 *Via publica,vel flumine intermedio,cessat protomisis,quod intellige,ut hic.*

4 *Conjunctio circa superficiem, & non circa solum ob viam intermediam respectu quorum membrorum sit attendenda.*

Glos. Via publica. Ant. Caputi.

1 Via publica) Viarum tres sunt species, quædam est publica, quædam est privata, quædam vicinalis, *ff.ne quid in loco publ.l.1. §.viarum.* In publica autem via sunt quatuor attendenda,nomen,materia, forma, & usus. Quoad primum scilicet nomen est, sciendum, quod est tribus modis, nam dicitur publica prætoria, & consularis, *eodem §.viarum,verf.publicas vias,*& sic hæc tria nomina sunt synonyma idem significantia, sicut ensis mucro,& spata,& sicut ius patronatus quandoque dicitur advocatio,quandoque vicepatronatus, quandoque custodia,sive guardia,ut *not.extra de jur.patron.in c.quia clerici.* Materia vero, sive solum viæ publicæ est duplex publicum, & privatum; publicum, quod relinquitur adjectum certis finibus latitudinis ab eo: qui jus publicandi habuit, ut publicæ iretur, & commeretur, ut in *d. l.§.viarum fines autē latitudinis in porrectum,* sunt octo pedes in anfractum 16. ut ibi dicit *Glos.* quod intelligo ubi latitudo non fuit limitata per constituentem, puta quià jussit fieri viam publicam in tali loco, non designata latitudinè. Nam si designasset latiorem,vel strictiorem, non minus propterea esset via publica;posset enim constituens jubere, vel facere latitudinem;quam vellet, ex quo habet publicandi jus, & sic tanquam in re sua est moderator, & arbiter, *C.manda.l. in re mandata.* Sed quis habet potestatem publicandi, seu faciendi viam publicam. Respondetur Princeps;Senatus, & Civitas ut *not.in d.§. viam publicam.* Privatum autem solum potest esse in via publica, seu in privato loco, & solo potest esse via publica,puta si ab eo tempore: cujus non extat memoria, publicè hominibus licuit transire per agrum privatum, & ex utroque capite ipsius viæ est locus,seu via publica,ita quod introitus ad ipsam viam incipiat ex via, vel loco publico, & exitus similiter respondeat ad locum, vel viam publicam,nec requirit, quod fiat jure servitutis;quia tunc esset via omninò privata, ut patet ex *l.1.§.privata via.* Nec est inconveniens,quod proprietas soli sit privata,& usus sit publicus.Nam riparū usus publicus est,licet proprietas sit privata ut *C.de aqu.duct.l.diligenter.lib.11.*& sic talis via est publica,quoad usū non quoad proprietatē. Forma autem viæ publicæ est duplex, scilicèt voluntaria, ut latitudo,quæ est ad voluntatē consti tuentis,ut est dictū,& necessaria v3. quod quilibet caput ipsius viæ exeat,& correspondeat ad viam,vel locum publicum puta flumen,vel laicum, vel alveum, & sic quòd ex via,vel loco ingrediamur ad eam,& ad locum publicum exeatur ex ea: alias non diceretur via publica,ut *ff.de itin.publ.l.2.*

Usus autem in via publica est attendendus secundum naturam soli:quia siquidem solum est publicum non requiritur usus actu, sed actitudine tantum,hoc enim sufficit, quod fuit ordinata,seu parata ad recipiendum usum publicum, quod ex eo apparet, quod populus non utendo, non perdit eam, alia multis non liceret ire ad Sanctum Jacobum, ut *ff.de via pub. & itin.l.viampublicam & de usucap.l.usucapionem,& l.fi.*

2 Sic etiam dicimus, quod aqua quotidiana non ea sola est, quæ quotidiè duci potest, *ff. de aq. quot.& æsti.l.1.§. quotidiana,*& Imperator dicitur Augustus aptitudine, seu proposito non actu, ut *nota.in rub.constit. ff.* & matrimonium dicitur individuum non actu,pro hoc facit quod *not. ff. de rei vendic.l.*vendicatio, sic,& possessio dicitur momentanea aptitudine: quæ est apta durare momento,*ut not.C.si de momen. possess. l.1. & facit ff. de servi.rusti.præd.l.attilicinus,* & dato quod via publica ipsa esset fracta,& diruta;aut plena vepribus, & spinis non propterea dicitur minus parata ad usum publicum cum possit ab unoquoque de populo refici,& purgari,*ut ff.de via vel itin.publ. l.3.* si verò solum sit privatum, tunc requiritur usus puplicus in actu à tempore:cujus non sit memoria, & non jure servitutis,ut supra dictum est per ea:quæ nota.& patet, *ff. ne quid in loco publ.l.1.§.privata via.*

Via autem privata duplex, ut *eo.§. privata.* Vicinalis autem via est: quæ in vicino est,vel ad vicinos ducit eadem *l.§.viarum verf. vicinales.* Vicus autem dicitur villa,seu castellum,qui nulla civitatis dignitate honoratur, sed quia vices civitatis co-

coguntur : ut *not.ff.de leg.3. l. si hares. §. vicus*, *& ff.de his qui deje. vel effud. l.hoc adictum. Ugo not.in ver.vicinus*, dicens à vice dicitur vicus, seù villa extra civitatem, & propriè vici,villa, castella, & pagi sunt, quæ nulla civitatis dignitate notantur,sed vulgari hominum conventu incoluntur,& dicitur vicus quasi vice civitatis. Vici etiam dicuntur ipsæ habitationes civitatis à via: cui impendit. Viæ sunt ipsa spacia inter vicos, sed majora,& latiora sunt plateæ, & cæt.& sic innuit,quòd platea comprehendit vias,& vicos,& civitas comprehendit utrumque, seù totum. *Canticorum.3.c.* dicitur circuibo civitatem per vicos, & plateas,& quæram quem diligit anima mea; & *Sapien.7.*Vos qui continetis multitud nes, & plateas.

3 Sed quæro quid si via publica, vel flumen publicum est in medio. Respon. cessat istud jus protomis.sed si rivus privatus, vel via privata,vel vicinalis intervenit, hoc jus nihilominus competit: quia ista non dicuntur separare conjunctionem. *argum. ff.fini. regun. l. qui magis, cum l.seq.* sed in his specialitèr consuetudo servanda est. *arg.C.de ædific.priva. l.4. & C.de emanc. lib. l.1. & C.de testa.l.fi.*& quòd dicit de rivo. *ff.de interd.l.4.secundum Bald. hic.*

4 Sed pone,quòd via publica sub quadam porticu est,suprà quam tu & ego habemus domos conjunctas,an habeamus ad invicem jus istud protomis. videtur,quòd non,quia circa solum via publica est inter domum tuam,& meam,ergò cessat istud jus, ut hic, sed certè conjunctio non attenditur solum circa solum terræ, sed etiam circa superficiem, & sic videtur quòd quantum ad cellaria seu membra inferiora ipsarum domorum, inter quæ est via publica,non habeat locum jus istud protomis. & sic conjunctio membrorum superiorum non præjudicat juri inferiorum,nec è contrà, *argumento ff. de aq.quotid.& æsti. l.hoc jure.§.fi.& ff.de aqu.plu.arcen.l.super.iter alienum.in prin. Anto.Caputus.*

S U M M A R I U M.

1 Via publica quæ,& quotuplex relativè.
2 Via publica quatenus sit de Regalibus, quomodo a maii differat,an usus per Principem impediri possit, & alla remissivè.
3 Via non publica habet jus protomis.
4 Dictum in via publica, & privata, extenditur ad flumen publicum, & privatum, rivum, aut torrentem.
5 Ripa fluminis in cujus dominio sit, & an ejus respectu competat jus protomis.
6 Via vicinalis; de nulla est memoria an efficitur publica.
7 Via publica cum venditur,an eam jure vicinitatis possint vicini vindicare.
8 Via publica vendita in privatos usus,cessat jus protomis.non congrui, & quæ ratio differentia.
9 Ecclesia si vendit, an præferantur conjuncti.
10 Viam publicam vendere an liceat populo Civitatis.
11 Quæ sit observanda in alienatione rerum publicarum.
12 Dispositum in via publica utrum obtineat in aliis locis publicis.
13 Civitas, quoniam vias, & loca publica continet non habet jus protomis.
13 Via intermedia aufert jus prælationis, & quid si sit sub porticu,idem in flumine,si per pontem prædia jungantur, num.15.
16 Porticus supra viam publicam non nisi per consuetudinem fieri potest.
17 Via per privatum ædificium si fit angustior, restituitur vicinis instantibus.

Via publica.

1 Via publica) quæ ista sit, & quotuplex prætet *Napod.in consuet.ubi domus,de jure congrui*: quem solum citat *Afflic. hic*, posuit *Anton. Caput.in sua Glosa*: quem tacens ad verbum, ut jacet expilavit *Afflict.à vers.Item quæro quòt sunt species usque ad vers.sed antequam veniam.* & iterum in vers. nunc venio ad vias privatas; & adde quæ de viis accuratissimè disserit, & investigat *Alex ab Alex.dier.genial. lib.2.c.20.*

2 Viam autem publicam de regalibus esse, habetur *in c.1.§.via publica,in feud.quæ sunt regal.*scilicet quo ad proprietatem, cum usus sit publicus, sicut & fluminum, & palatiorum. Maris verò proprietas in nullius est bonis, & quæ horum est differentia, & an eorum usus per Principem impediri possit,ac imponi vectigal, notanter *Mar.Ant.Peregrin.lib.1.cap.1.à nu.16.de jure,& privil.fisc.*Sed tu vide notabile *consil. Franc. Becci.15. vol.1. Ubi num.21.*illas vias dicit esse Principis, & de regalibus: ex quibus vectigal Principi solvitur, ut sunt militares,vel consulares,secus easque intra urbem sunt,nam civitatum esse,& contra Principem præscribi posse probat.

3 A sensu contrario probat hic *tex.*quòd via,quæ publica non est ut puta vicinalis jus protomiseos habet, verum est,per *l.vicinales. D.ne quid in loco publ.Afflict.decis.Sacr. consil.62.* post *Bald. hic. col. 1.* quod etiam sentit *Mar.Ant.Bard.eod.tit.§.1.nu. 2.1.notab.*

4 Et extenderunt DD. hunc *tex.* interpretantes, quòd de via publica dicitur de flumine publico intermedio intelligamur, quòd de privata a sensu contrario idem de privato flumine, rivo,aut torrente,ad quod *Bart. Veronens.* meminit *Baldum in tract.servit.rustic. præd.tit. de servir. via num.35.* qui appellat hanc legem Græcam Federici Imperatoris dictam jus protomiseos. *Marc. Mantua. de jur.protomis.ver.decimo dubitare.*

Sed qui rivum, aut flumen, sivè torrentem,sivè viam privato jure possidet in confinio rei vicinalis minus juris habet in protomisi,& is præfertur, qui immediatè conjungitur. *Maranta in §.Divi. l. filiusfamiliæ.de leg.1. in 1.parte hujus tracta. nu. ... exemplificans doctrinam Afflicti in §. 1. vers. item quæro sunt duo*, & dixi suprà *in §.præced.*

Addo loco *Napodani in consuet. si quis emit. ver. vel aliam rem*, ubi dicit, quod hæc non dant petitionem,sed cum venduntur benè petuntur jure congrui, ex quo accessoria ex se ipsis non sunt in consideratione.*l.in modicis. D.de contrah. empt. cdm concord.*

5 Ripa fluminis in dominio eorum esse dicitur: qui habent prædia adhærentia, licet usus ejus sit publicus. *§.riparum.Instit. de rer. divis. de qua re Bald.post Uber.de Bobio in l.riparum.D.eod. contra Bar.* ibi super quæstione necne ipsa ripa intelligatur vendita, & consequenter sit mensuranda cum terris adjacentibus, in quo dixerunt versari Judicis arbitrium. *Barto.& Bald.in l.litera. de contrah. emp.Menoch.de arbitr.Jud.*

Verum non potest venire in quæstionem an per talem ripam competat protomis. cum magis flumen:cujus est ipsa ripa, quam ripa conjugatur rei vicinæ venditæ ex altera parte, *per l.sed & loci.§.fi.& seq.D.fin. regun.* Solve igitur ut in flumine proximè distinguebamus.

6 Quantum ad viam vicinalem notabile est,quòd ponit *Ursil.ad Afflic. d. decis.62.* Viam vicinalem; de qua non extat memoria obtinere,seù esse instar publicæ, atque ità cessare in ea jus congrui, pro quo videtur *Bar.in l.1.D.de loc.& itin.publ.*distinguens vias vicinales privatas; quas est memoria ex privatorum collatione esse factas, & vicinales; quæ loco publicarum habentur ex eo; quòd non extat memoria,quòd fuerint ex agris privatorum, dicitur enim effecta publica per tantum temporis spacium secundum *Jo; Longoval. in repet. l. imperium. num.244. de jurisd. omn.jud.* prout allegat *Bard.in dict.tract.de jur.protomis.§.1. not.1.*

Sed contrarium dicit *Franc. Vivi. commu. opin. 830.ver.statutum disponens relatus in syntag.univers.juris opin.tom.1.loco 2 c.11. fol.170.*movetur ex viæ vicinalis *ex l.2.sub §.si quis.vers.via autem publicæ.ff.ne quid in loco publi. Bald. consi.385. ex quadam scriptura. num. 2.vol. . . . . . juncta Glos. in d.§.si quis nemine.ver.publicas*, quæ vult, quòd ubicumque etiam collatione privatorum fiunt viæ vicinales, sed non extat memoria,non tamen dicetur publica via.Tu verò cavebis, quoniam decipitur Vivius propter verbum reficere positum per Glos. ibi, quoniam viæ publicæ reficiuntur à privatis, nec ideò desinunt esse publicæ, ut in eodem textu ibi. vicinale viæ sunt, quem vide benè cum Glosa; quæ magis probat opinionem *Ursilli.*

7 Quid si via publica venderetur? respondet *Afflic.* quòd non posset à vicinis peti jure congrui Movetur quoniam tex. hic generaliter loquitur. (Via publica jus protomiseos non habet.) ergo sive ipsa via vendatur,sive res juxta viam publicam cessat hoc jus.

In oppositum videtur urgens ratio. Nam cum venditur via publica,puta in ea, ut liceat emptori ædificare, vel alitèr in usus privatos habere, ut in casu *Francis. Becci. d.consi.15.* nihil prohibet quin conjuncti eandem rem jure protomiseos vendicent restituto pretio emptori tanquam privatam effectam.Moveor,quia qui authoritatem habet faciendi viam publicam in privato, eadem ratione in locum privatum potuit viam publicam reducere. *Bart.in l.1.§.viam publicam. D.ne quid in loco publico,*& exemplificat idem *Bart. in princ. d. l.1.* de qua re vide *Veronens.de servit. rustic.prædio. tit.de via. num.21.* Et contra opinionem *Afflicti est Napodanus*; cujus maxima est authoritas *in 1. Glos, consuet. ubi domus vers.quid ergo si ipsa via publica vendatur, & in consuetud. si Ecclesia.vers.emit num 77.eod.titu, de jur.congrui.*

8 Credo utramque opinionem esse veram. In via publica cum ea venditur in privatos usus, cessare jus hoc protomiseos secundùm *Afflictum*, sed non cessare jus congrui, secundùm *Napodanum*, intelligendo propriè congruum consuetudinis Neapolis,& protomisim ex hac lege competentem, ratio autem differentiæ ex manifestis principiorum utriusque differentiis, nascitur. Attenta lege hac Federici clarum est, & in primo textu probatur onus denunciandi vicinis ante rei alienationem esse venditoris. Sive igitur communitas aliqua, sive fiscus viam publicam vendant,non tenentur vicinis denunciare,quia neque fisco, neque reipublicæ denunciatur, ergo venditio viæ publicæ in extraneum liberè procedit, alias pejoris conditioni esset. Princeps & res publica, quàm privati venditores.

Secundum consuetudinem verò Neapolis supra in *tex.ver.per emphyteusim,*dictum fuit novam esse venditionem:quam extraneus emptor facere tenetur vicino infra annum à die scientiæ,ut in 1.*consuet.de jure congrui* quo tempore non est amplius via publica, sed privata emptoris, qui est effectus dominus licet revocabilis, nec jus congrui ad aliquid obligat venditorem,cum sit in emptorem infra anni spacium, ergo, &c,

9 Qua ratione, & quia hic æquiparantur via publica,& Ecclesia.*Napod.in d.consuet.si Ecclesia. nu, 77.ver.emit*, benè terminat Ecclesiam non habere jus congrui,cum prædia vicina venduntur, quòd si ipsa Ecclesia vendit,non negatur, inquit. ibi esse capita, vel latera, & sic loca publica Ecclesiastica vel rusticana non sunt aliis latera, habent tamen latera,vel capita alia prædia eis conjuncta. *Napod. cui adhæret Maranta disput.8. nu.57. vers.sed pulchrum dubium est,& videbimus infrà ver.Ecclesia*

10 An autem per populum Civitatis via publica vendi possit? ad partes disputat *Penneus in l.1.C. de diver.præd.Urba. & Rustic. lib.11.* & concludit *Becci.d.consi.15. vol.1.* quòd decuriones civitatis, vel populi recognoscentis superiorem, possunt saltem statuendo alienare viam publicam ex causa rationabili, puta pro costituendis domibus honorificis,juxta *Bald.consi.206.col.fin.vol.1.*atque communiter DD.sentire cū *Pennensi in d.l.1.ait*, ibiq; allegat *Afflictum hic vers. sed antequam veniam.*

11 In alienatione verò hujusmodi rerum publicarum immobilium quatuor esse observanda.*not.in l. fi.C.de vend.reb.civit.lib.11 Anton. Capyc. decis.93.*

12 Sed nunquid quod de via publica dicitur in hoc textu in aliis locis publicis locum habeat, puto idem in plateis, quòd in viis,cum platea comprehendat vias,& vicos,per ea quæ dicit *Barto.in l.1. D.de loc.& itin.publ.vers.ultimo habui*, & pulchrè. *Anto.Caput.suprà eadem Glosa via publica. ver.via sunt ipsa spacia.*

13 Hac etiam ratione attenta consequens est ut dicamus, quòd neque civitas habet jus congrui,vel protomiseos, quoniam ipsa vias, & plateas continet secundum *Napod.in consuetud.ubi domus.vers. via publica. nu.57.*

Quamvis respectivè verùm concedamus civitates subditas esse instar privatorum.*l.eum qui vectigal.D.de verb.& rer.signif.l.simile ad Municip.*

14 Advertendum quoque est; quoniam non tantū via publica per se exēpta est ab hoc jure,ut vides,sed cum ipsa est in medio, ità prædia privatorum disiungit, ut cesset inter dictorum prædiorum possessores jus congrui,ita *Bald.Caput.& Afflict.hic,Mantua.& ceteri Scribentes.arg.l.4.§.si & l.seq,D.fini.regun.sequitur Veron.in d.tit.de servit viæ.nu.34.ut, & supra retulimus.*

Quòd tamen declaratur ex doctrina *Napodan.* quem alii sequuntur,nisi essent domus:quę jungerentur per porticum: qui esset supra viam publicam

cam constructus, in allegata consuet. ubi domus *vers. sed pone, quod via publica:* cujus verba sine rubore transcripserunt *Caputus, & post eum Affl. hic nu.13. sequitur Vrsill. ad Afflict. dec. 62. in fin. qui solius Napodani mentionem facit.*

15 Quæ ratio militaret in prædiis rusticis, inter quæ flueret rivus ex publico flumine, & per pontem jungerentur, modo pons ipse non esset publicus, sed privatus ad vicinorum: qui taliter conjungi volunt commoditatem, hoc dico: quia presuppo-
16 nit ibi *Napod.* consuetudinem esse faciendi porticum supra viam publicam, cum de jure prohibeatur, vi interdicti, ne quid in loco publico, vel adesset permissio Principis, sive reipublicæ, ut per *Ang. in l. fi. in fin. ff. de servitut.*

17 Permissio autem civitatis, vel domini, ut fiat opus privatum in via publia, ità accipienda est, dummodo strata, sive via illa per ædificium non efficiatur angusta in præjudicium vicinorum, ex quorum contradictione impeditur opus, ne fiat, & factū demolitur, notanter *Petr. Philip. Corne. consi. 282. col. fin. vol. 4.* Ubi probat interdictum esse prohibitorum, & restitutorium. Et dicitur, fieri deterior via, eo ipso quòd fit angustius, *tex. in l. 2. §. merito, & §. deteriorem ff. ne quid in loco publ.* Idque dicit notandum *Maran. Venus. tract. de multipl. alien. nu. 196. vers. ex hoc infertur.*

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia ædificanda bona utrum patiantur, & habeant jus protomis.*
2 *Clerici tenentur jure protomiseos.*
3 *Clerici ubi conveniendi jure protomiseos.*
4 *Ecclesia, & fiscus non habent jus retractus activi.*

Glos. Ecclesia. Ant. Caput.

Ecclesia) *Antonius Caputus* se diffudit hic, dicerem usque ad nauseam, nisi de Ecclesia sermo fieret ponam ex eis *Glosa utiliora*. Pone inquit,
1 quidam jussit fieri quandam Cappellam, & ipsam sibi instituit hæredem, quæro nunquid possessiones hæreditariæ patiuntur, & habeant jus protomis. si Ecclesia ædificata non est adhuc? Resp. quod sic, quia Ecclesia nondum creata est nulla, ut in *clem. literas, de rescrip.* & ibi vide nota, per *Jo: And. extra de Eccles. ædific. c. ad audientiam,* & pulchra jura allegata ibi per *Borr. in Glos. sic ergo patet*. Et rei non existenti non potest acquiri. *de re judi. c. abbate lib. 6.* ubi donatio facta monasterio constituendo non tenet. Sed videtur contra, quia res hæreditaria in bonis nullius est *ff. de furt. l. hæreditaria,* & sic non est qui conveniatur, vel agat. Resp. petetur dari curatorem hæreditati, ut *C. de bonis quæ lib. l. cum non solum, §. fin autem,* ibi ab eo petere curatorem. Sed videtur contra, *ff. de alim. & cib. leg. a l. servos* Sed alium in legato; quia Ecclesiæ constituendæ benè potest legari, & hæres institui, sicut etiā posthumus alienus, ut *ff. de libe. & posth. l. Gallus, §. ille casus & de l. 1. l. penul. & de hoc in l. servor. per Barto.* & est ratio quia in contractu requiritur persona vera vel ficta: cui acquiratur, sed in hæreditate, vel legato non requiritur, cum quo quis loquetur, ut ibi *Anton. Caput.*

Hæc quæstio ponitur à *Napo. in cons.* si ecclesia à quo habuit ipse *Caput.* quamvis non alleget eum. Verum *Affl. hic nu. 20.* opinatur, quod ista quæstio sit superflua, ex quo in legato, & in hæredis institutione non habet locum jus congrui, ut patet supra *ead. l. §. 3. Afflict.*

Cave ab *Afflict. quoniam non percepit sensum Napod. & Caputi*, qui non dubitarunt de legato, vel hæredis institutione, sed posuerunt quæstionem de possessionibus ipsius futuræ cappellæ an habeant jus congrui, & patiantur, & sic erit sensus cum venditur res vicina illis, vel fortè ipse possessiones venduntur, ut sit casus dubitabilis, quod potest ex positione casus per *Caput. & Napodan. Prosp. Rend.*

Item ponit *Caputus* quæstionem de bonis pauperum. *Napod.* eandem quæstionem formavit in stauritis, ut vocat, & resolvit in *d. consuet. si ecclesia,* cujus verba punctualiter, tacito *Napod. transtulit Caputus,* ideo præterea, subdam quæ ad punctū quæstionis de Clerico notat Caputus post Napod. quem prius vide in *dic. consuet. si ecclesia. nu. 75. vers. sed qu id de clericis.*

2 Cum autem inquit *Caputus*, hæc constitutio sit Imperatoris, nec contradicat, imo concordet etiam juri divino, ut supra in rubrica dixi servari debet contra clericum conventum jure protomis. In foro Ecclesiastico, *argum. 33. qu. 2. . . . . extra de arbitr. d. lecti. de can. possess. & propc. c. 2. & cap. pastoralis eo, tit. de concess. præb. c. 1. & . . lib. 6.* & determinas casum a canone non decisum, ideò servanda est inter clericos, ut in *d. cap. 1. de novi oper. nuncia.* hoc confirmatur per jus canonicum, quòd clerici tenentur isto jure protomis. ut *not. extra de integ. restit. c. constitutus*, ubi probatur expressè, quod rei erant Clerici, quia actor sequitur forum rei extra de foro compet. *c. cum sit, cum simil.* vel saltem eorum alter. Et si diceretur, quod illa erat consuetudo municipalis. Res. fortius ligat constitutio municipalis, quam consuetudo, cum ll. sint approbatæ à Papa *argum. de constit. cap. 1. lib. 6.* Et si dicatur, quòd hæc constitutio non est communis quia non servatur ubique, & ubi servatur est potius consuetudo, quàm lex communis nihilominus remanet quod dictum est, quod clerici tenentur per *d. c. constitutus, & de eo qui mitti. in possess. c. cum venissent, quod not. Barto. in l. cunctos populos C. de summa trinit. in 5. princip. quæstio.* quia abbates, priores, & clerici circa contractus subsunt juri scripto, & etiam consuetudini terræ, nisi sit canonibus inimica, & nisi Ecclesia enormiter lædatur, ut extra *de c. cæteri*, Item quoniam consuetudo rationabilis purificatur privilegio quantum ad derogandum juri communi, ut *not. Ber. extra de judic. c. novit,* licet videatur notare contra, extra de consel. *c. sicut*, & Clerici subsunt Principi quo ad bona temporalia, sive patrimonii. *11. q. 1. si quæ causæ. C. de Episc. & Cler. auth. presbiteros,* & facit constitutio regni, si quis clericus, de clericis conveni, & hæc procedunt de legibus approbatis sivè communibus. Sed pone quod dicta constitutio protomis. sit locis, & liget tanquam statutum, vel consuetudo laicorum, an liget clericos de Ecclesia non est dubium: quia excluditur; & videtur, quod non, & cæt. *Anton. Caput.*

Non refero quæ latissimè distinguendo reperit; cum melius habeatur per *Napod. & addentes in pram. consuet. Neap. §. præfatis. in Glo. qui tenor, & tangit Napod. in d. consue. si Ecclesia, nu. 75.*

Subdit *Caputus.*) Sed quia solet reputari, quòd dicta

dicta constitutio communis per approbationem, & consuetudinem Clericorum, & laicorum communiter observata, quæro hoc casu ubi conveniuntur clerici hoc jure protomis. Ref. coram Episc. Nam ll. & consuetudines possunt allegari coram Episcopo, in ejus Curia *ff. de postul. l. ex ea, licet Glo.* non aperiat, ibi contra quos, & faciunt jura allegata supra in *quæst. præced.* in Curia autem seculari non traheretur clericus, cum renunciare non possit foro suo extr. de for. comet. *c. si diligenti, & cap. significasti eo. tit.* Nisi sit necessarius defensor, ut de *judic. l. venditor*, & voluit dominus *Ang. ff. de usu. l. non solum. §. quod vulgò, & similiter in l. si cui, §. idem Imperator. ff. de accus. & vide dominum Petr. de Anch. in l. si quis apud §. fin. Judic. solvi, & in repet. c. ea quæ de re ju. lib. 6. & 11. quæst. 1. clericus nullus.*

4 Sed quid si Ecclesia, vel Fiscus vendidit in casibus, quibus potest, an in hac venditione conjunctus possit venire per istud jus protomis. & videtur quòd sic, quia solus emptor videtur teneri per id: quod supra dicitur, & extraneos emptores repellere) & videre hoc jus secundum consuetudinem ejus afficere emptorem, eundemque possessorem, ut *not. supra in Glos. vers. simulatè* Nec distinguitur hic à quo emat. Nec obstat, quòd conjunctio rei Ecclesiæ, vel fiscalis habeatur pro non conjunctione, & eorum latera habeantur pro non lateribus, vel capitibus: quia hoc verum quantum ad hoc, ut ipsa non habeat jus istud protomis. quando eorum vicina prædia venduntur, pro hoc facit hic in fine. Ubi dicit, quod tria sunt quæ non habent istud jus, intelligo activè, at quando ipsa bona Ecclesiastica, vel fiscalia venduntur laicis, eorum vicina prædia non negantur ibi habere conjunctionem, & capita, vel latera, & sic istud jus habere, quod videtur, verum, & notandum, quamvis malè servetur, *Ant. Caput.*

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia quæ.*
2 *Oratorium privatum differt à rigoroso, & in eo jus protomis. habet locum.*
3 *Religiosi Ord. mendic. non habent jus retractus.*
4 *Jus retrahendi an transeat in monasterium.*
5 *Ecclesia, & Republica parificantur.*
6 *Ecclesia non debet esse pejoris conditionis quàm privatus, & an emens à vicinis molestari possit.*
7 *Pro necessitate Ecclesiæ tenetur dominus invitus vendere.*
8 *Necessariat potest considerari tam pro Ecclesia: quæ est, quam quæ futura est, pro re emenda.*
9 *Vendens spontè Ecclesia non tenetur denunciare.*
10 *Dominium sine traditione transit in Ecclesiam.*
11 *Extraneus emens ab Ecclesia an teneatur jure protomis.*
12 *Solemnitas in alienatione rei Ecclesiæ remissivè.*
13 *Salvatur Napodanus.*
14 *Emens ab Hospitali S. M. Annunciatæ Neap. non tenetur jure retractus.*
15 *Celricus an teneatur jure congrui.*
16 *Afflictus, inconstans.*
17 *Neap. non est locus congruo, quoad Clericos.*
18 *Episcopus emens pro Ecclesia non tenetur jure congrui, qui, & fiscus habet.*
19 *Episcopi Sforzia laus in dotanda sua Ecclesia.*
20 *Episcopis, & Ecclesiis sunt bona temporalia permissa.*
21 *Clericus in foro conveniendus est.*
22 *Ratio rei sitæ habeantur propter forum, & vicinorum affectionem.*
23 *Responsum pro Clerico emente à Clerico adversus alterum Clericum vicinum.*
24 *Imperator in temporalibus Clericis, & laicis præesse debet.*
25 *Statutum compulsivum personæ cessat in Clericis in quos nec verificatur pœna statuti.*
26 *Laicus consultus ab Episcopo secundum jurisdictionem Ecclesiæ judicare tenetur.*
27 *Clericus partim à Clerico partim a laico emens ab altero Clerico molestari non potest.*
28 *Constitutio cum sit extravagans, usu receptam esse probari debet.*

Ecclesia.

1 Ecclesia) idest quælibet cappella, ubi Missa celebratur. *Napodan. in consuet. si Ecclesia, num.*
2 *70. de jure congrui.* Si quis ergò in suis ædibus oratorium habet, quia non continetur appellatione Ecclesiæ. *c. unicuique de consecr. dist. 1.* potest agere, & conveniri jure hoc protomis. per hunc textum, intellige de privato sine Episcopi consensu ædificato, per *cap. fin. de censib.* Simile quod de Cappellis magnatuum dicunt *DD. in cap. inter dilectos*, & alibi, ut, & distinguit *Lambert. de jure patron. lib. 1. 5. quæstio princip. art. 21. in 8. casu, & 12. art. 11. q. princip. 1. par. ejusdem lib. 1. post Roccum de Curte. eod. tract. ver. in Ecclesiis, quæst. 4.* & ratio, quia tale privatum oratorium in domino est constituentis, sicut cætera bona, secundum *Abb. in sua disputa. Sempronius, & in d. cap. fin. de censib. concord. per Lambert. & Roccum ubi supra.*

3 Sit ex. intelligitur activè, idest Ecclesiam non habere jus protomis. cum res vicina suis rebus venditur, ut ab omnibus hic accipitur, & in *d. consuet. si Ecclesia*, idem procedit quò ad religiosos professos ordinum mendicantium: qui jus retrahendi non habent, nec eorum monasteria offerendo precium infrà tempora statuta. *Gulielm. Benedic. repet. c. Rainutius. ver. & uxorem nomine Adelasiam, nu. 220.*

Simile quæsitum, & resolutio habetur per *Anto.*
4 *Gomez. l. 70. Tauri. nu. 9.* an jus retrahendi transeat in Monasterium proximiore consanguineo ingresso Religionem, & ibi professo? & resoluto concludit in Monasterium non transire jus retractus ex persona Monaci, cum sit consanguinitatis jus personalissimum, neque posset hoc casu ipse Monacus ad utilitatem Monasterii retrahere, ex quo jus retrahendi non potest ad commodum alterius exerceri. Et licet omnes rationes *Gomez.* videantur concludere in retractu sanguinis, ut loquitur, idē potest intelligi in retractu jure vicinitatis; quoniam res acquisita per Monacum Monasterio, desinit esse Monaci, & incipiens esse Monasterii per *auth. ingressi. C. de sac. san. Eccl. & cap. quia ingredientibus. 19. quæst. 3.* quod cap. allegat *Vincen. de Franch. dec. 40. nu. 2.* præsupposita capacitate Monasterii, & quod ipse Monacus proprium habere non potest, ut ibi, incipiens inquam, esse monasterii definit habere conjunctionem, & vicinitatem, ut Doctores notant hic, & in *d. consuet. si Ecclesia.*

5 Ratio autem: qua res est publica jus protomiseos non habet, ut supra ver. via publica, est communis etiam Ecclesiæ, cum à pari procedant Ecclesiæ,

siæ, & respublica; & bona Ecclesiæ dicantur bona publica *c.quid ergo, ubi Glos.vers.de re publica.23. q.4.& in l.fin.C.de sac.san.Eccl.& hic Benedel.num.* 8. quòd Ecclesia non habet prælationem. *Liparol. ad Andr.in §.donare.tit.quali. olim. feu. pot. alien.* allegat *Raym.*

6 Et est fortior ratio, ne ipsa Ecclesia emens rem aliquam immobilem à vicinis, jure hoc protomiseos molestetur, ne ipsa Ecclesia reperiatur minus privilegiata, quam si esset privata persona, & quia in dubio pro ea respondendum est. *l.sunt personæ D.de relig.& sump.fune.*

Videtur tamen obstare; quia is, qui vendit, tenetur vicinis denunciare, ut emant ipsi pro æquali pretio, & denunciatione non facta, jus vicinorum rei cohærens transit regulariter contra emptorem, juxta dict. per *Bar.in l.licitatio.§.mercatores.D.de publi. & vectigal.* Responde, contra Ecclesiam ementem non transire.

7 Nam considera diligenter, quòd vel Ecclesia fundum emit tanquam necessarium sibi, & ex hac causa compellere potuisset dominum ad vendendum. *l.si quis sepulchrum.sod.tit.de relig. & sump. fune.& ibi Florian.& in l.2. §.locus d.Pomet. tit.* latè *Paul.de Citadin. in tract.jur patro. 3.par.causa 1.acquir jur.patron.num.*89. & inde, quod observari in Sacro Consil.Neap.cognita necessaria ampliatione Monasterii, vel Ecclesiæ, testatur *Vincen. de Franch.decis.*223.*emanata Regia Pragmat.*

8 Plus dicunt *Bal.in l.1.C.de commu.ser.manu.in fi.& Floria.in d.l.si quis sepulchrum*, quod si quis in actu viventium, vel in ultima voluntate vult ædificare Ecclesiam, vel Monasterium, sive in loco communi cum altero socio, sive in loco ubi nullam partem haberet, posset compellere socium, vel illum dominum habentem rem insolidum ad vendendum locum pro Ecclesia, vel Monasterio construendo. Idque defendit, & comprobat *Anto.Gomez.d.l.70.tauri, post num.27. vers. ex quo infert ibi Bald.* adducens simile in re publica, vel civitate: quæ si indigeret re pro communi usu, cogitur vicinus proximus vendere, & vide *Afflic.in prelud. constit.reg.q.3.num* 8.*ad limitationem.l.nec emere. C.de jur.delib.de qua Igneus in repet.l.dudum num.* 32.*in tex.neque homines. C. de contrah. empt.* adde valde notanter *Vinc.Caroci.decis. seu casu* 26. Ubi quòd pro seminario ab Episcopo faciendo, quis cogi possit vendere, & concordantes conclusiones favore Ecclesiæ.

9 Vel nulla imminente necessitate, ipsa Ecclesia emit, & ultrò is: qui vicinis non denunciavit, Ecclesiæ vendidit, qui casus dubitabilior mihi videtur, attenta hac lege Federici: quæ ponit onus venditori, ut vicinos invitet, antequam alienet, & propterea; quæ in terminis dicit *Boer. decis.* 321. *num.*2. Verum adhuc dicendum est, re in Ecclesiam vendita jus protomiseos non habere locum, probo. Nam contrahi cum Ecclesia non prohibetur, & contractus inhitus etiam cum extraneo emptore non impugnatur, nec impeditur per constitutionem, ut latè probavimus *in princ.ver.Nisi.*

10 Alienatio autem in extraneum, cui lex ista resistit, per ea verba, ibi (non aliter ei permittimus alienare) quò ad Ecclesias est specialiter privilegium in emptionibus, ut sivè rei emptæ traditionem habeant, sivè non, dominium omninò legis ministerio acquirant, per *l.fi.C.de sac.san.Eccl.* quare neque hoc casu tenentur ipsæ Ecclesiæ hoc jure congrui rem emptam vicinis cedere, ut in statuto simili concludit *Petr.de Anchar. consi.*154. *optimis rationibus,& Angel.in repet.l.filiusfamilias §. Divi D.de leg.1.per c.fi.de immun.Eccle.lib.6. ubi Joan.Andr.*

11 Tertius casus omnibus visus est longè magis ambiguus cum Ecclesia vendit privatæ personæ: si vicini rei venditæ instarent extraneo emptori præferri eodem precio refuso, ità, ut Ecclesia minimè sit in damno, nec admisso retractu favore vicinorum Ecclesia venditrix de evictione teneretur, nec ipsi Ecclesiæ potest dici hæc constitutio onerosa, cum non impediat rem vendi cuicunque voluerit, licet contra emptorem sit actio pro retractu, & protomisi: cui consequenter videtur esse locus, ut in specie voluit *Maxil.in consuet.colonus.§. item nec Ecclesia. num.*18. *& seq.de jur.proto.post Napod.in consue: si Ecclesia ver.emat, & ante Maxillam Rober. Maranta in dispu.8.nu.57. vers. sed pulchrum dubium est*, quem sequitur *Benedel.nu.* 14.*& 16.hoc eodem loco.*

Sed contrarium pro emente ab Ecclesia firmavit *Afflic.in princ. constit. supra vers.item quæro an illud jus congrui num.*8. quod sive Ecclesia emat, sive res Ecclesiæ vendatur, jus congrui locum non habet ratione, ut ibi idque credo ego verissimum in terminis hujus constitutionis, quæ, ut semper dicimus imposuit onus venditori denunciandi vicinis ex ordine ergo non Ecclesiæ, quia constitutio, & leges non possunt esse Ecclesiis onerosæ, eò magis, cum Ecclesia ex hac ipsa constitutione non sentiat commodum juris protomiseos activè, ut hic.

12 Præterea, & fortius, cum Ecclesiæ res stabiles alienantur, non simpliciter id ei permissum est, atque inter cætera, sollemne est secundum leges, ut per 20. dies, illas esse venales, publicè sit notum, & plus offerenti dentur modis omnibus. *in auth. hoc jus porrectum.C.de sac. san. Eccle.* de qua re *Roder. Suarez alleg.*21. Sicut & in fiscalibus est; namque decernitur quemlibet venientem intra dies in fiscalibus actionibus, vel hastis statutos ad uberioris precii oblationem admitti. *l. si tempora. C. de fide instrum. & jur. has. fisca.* quæ non vidit *Vinc. Carroci.casu* 99.

Ubi verò servatur sollemnitas à lege specialiter inducta in venditione rei, non tenetur venditor invitare vicinos, & ita notanter in venditione rei pupillaris concludit *Deci.consi.*222.*nu.*9.

Meritò *Afflicti* opinionem approbat hoc casu *Nicol. Boer. decisio.*231. quamvis *Boerius* id firmat in suo retractu ratione sanguinis motus quia Ecclesia non habet proximos, quod etiam comprobat tacito *Boerio.& Afflicto.Ant.Gomez l.70. Tauri. num.* 10. *vers. item quæro utrum Monasterio*, quod Monasterio vendente rem ingressi: quæ fuit patrimonii vel generis sui, proximior ejus non agit ad retractum.

Sunt; & aliæ sollemnitate à Romanis Pontificibus introductæ in rei Ecclesiasticæ alienatione, quæ omissæ viciant actum. *clemen.1. §.1. ubi Cardin. q. 10. de reb. eccl non alien. notanter Thom. Grammat.decisio 79.in causa Revert. Episc. Policastri*, ubi materia Paulinæ tractatur.

13 Non

13 Non tamen per hæc contradicimus *Napodano*: cujus opinio procedit, & est verissima in terminis consuetudinis Neap. per ea: quæ supra diximus. ver. Via publica, itaque emens Neap. ab Ecclesia tenetur, & potest conveniri à vicinis infra annum juxta *consue.1.& seq.eo.tit.*

14 Nisi essemus in casibus specialiter privilegiatis habet enim ex privilegio Sacrum HospitaleS.Mariæ Annunciatæ de Neapoli; quo emptores à dicto Hospitali non possunt conveniri jure congrui, seù protomiseos, quòd meminit *Affl... in princ.si ve rubr.constit. supra vers.8. Princeps. num.11.* & novissimè *Præs. de Franch.decis.383. Serenissimus Rex.*

15 De clericis valdè controversum est, quoties super profanis contrahunt, an ligentur hac constitutione, vel similibus consuetudinibus congrui, & retractus. *Bald. hic num.13.* respondet contra clericos, ut & habes ex *Glos.Ant.Caputi Napod.in consue.ubi domus. ver.Ecclesia, & in consue. si Ecclesia.* ubi addentes plures conformes decisiones referunt, & contra Clericum, quod tenet *Cassane. in consuet.Burgund. rubr.10. §.1. in tex. l.homme ou femme.vers.2. quaro.*

16 *Afflictus* verò non sibi constit hic *num.15.* & ibi concludens, quòd clericis competit protomisi contra laicos, non laicis contra clerios: cujus contrarium asseruit supra in princ. *constit. vers. item quaro an si clericos.num.8.& 9.* idest pro servanda æqualitate Clericos agere, & conveniri jure congrui, & protomiseos cum hoc jus non tantum non sit contra canones, imò magis secundum canones per *c.constitutus, extra de restit. in integr.* utens aliis rationibus, quas mutuatus est à *Caputo in d. Glos.Ecclesia*, & ego omisi rescribere cum fastidierim prolixitatem, testaturq; *Afflictus* ita communiter teneri per Doctores, communem quoque testatur *Io.Ant.de Nigr. in addit.ad hanc constit.ante finem*, ita ut frustrà videatur idem in dubium revocare, cum & in foris usitatissimum sit cui verò placet scribentium varietas, & numerus, videat *Andr.Tiraquel. de retract.lignag.§.1.Glos.8. le parent.num.41.& Glos.13. num.2. & seq. Jacob. Novell. hic num.38. Rober. Marant. disput.8. Marcil.Bar.in consue. colonus. num. 16. & 22. Camill. Borrell.in Reg.Pragmat. Odia ditium §. Glos.3. nu. 238. Oliva in ritu Archiep. Neap.36. Mantua lib. 2.dialog.jur.num.39. in fi.Anto.Capyc.decis.98.* & pro absoluto tangit hic *Bened.num.18.in fin.*

17 Neapoli verò ex specialibus consuetudinibus aliter fuit decisum scilicet Clericos Neapoli neq; agere, neque conveniri actione juris congrui ex relatis per *D.Præs.de Franchis decis.285. Magnificus, & Reverendus Abbas.*

In emptionibus, quas faciunt Prælati pro suis Ecclesiis cessat retractus *Napod.in consuet.si Eccle.*

18 Facit quoque ratio ne conveniantur si tenemus quod Episcopi fiscum habent, ad *Diaz.in pract.crimin.cano.c.134.& 123. in fine Covarru. lib.2. varia.adde Jul.Clar.pract.crim.§.fin. qu.80.* latè disseruit pro, & contra *M.Anto.Peregr.de jur. & privileg.fisc.lib.1.tit.2.nu.104. & seq. Borguin. Cavalc. decis.15.nu.3.2.par.*

Præsupposito per hunc tex.in fisco activè, & passivè non esse locum juri huic protomiseos, ut in *seq.Glos.not.*

19 Quod facit pro emptionibus: quas fecit in suo Episcopatu ad ampliandum suæ mensæ patronum valdè olim tenue, nunc pingue admodum Illustrissimus, & Reverendissimus Franciscus Maria Sforzia conversani Antistites erga suam Ecclesiam munificentissimus. & potest sumi *argum.in c.cum Episcopus de offic.Vica lib.6.*

20 Nam Episcopis, & Ecclesiis necessario bona temporalia esse permissa contra quarundam impias hæreses, probatissimum est ex relatis authoritatibus per *Rod.l.Dupers ad c. oportebat.79. distin. ver.ritè ordinarentur.art.4.pagina 168. habetur 1. qu.3.c.si quis objecerit, & 32.qu.1.c.Moyses*, quamvis non ignorandum sit leges fuisse aliquando latas, quibus vetitum fuit bona immobilia in Ecclesiastica Collegia, & similes manus mortuas alienari absque Principis consensu, & Universitatis, ubi bona sita sunt, sed cautè id accipi oportet, ut explicat piè, & doctè *Io. Molanus in tract. de piis testamentis, cap.33 fol.97.& vide tex.in cap.de immuni. Eccl. lib.6. de quo Ferron.in consue.Burdig. de feud.& emphyt.§.10.*

21 Ubicumque autem tenuimus, ut & communiter tenetur personas ecclesiasticas subiici juri congrui & protom.sin suo foro conveniri eas oportere, non est dubium, etiam propter actionis naturam, cum sit realis, in specie *Napoda. in allegata consuet.si Ecclesia.n.75.in an. & in consuet.ubi domus nu.59.* & est communis opinio de qualibet reali actione, secundum *Cavens.in ritu 235.nu.15. 4. fallentia.* Atque in terminis juris protomis.agi coram Episcopo firmavit hic *Caputus.*

22 Habetur autem ratio rei sitæ, etiam si contractus alibi celebratus, & actor reus haberent alibi domicilium, est decisio Sac. Consilii per *Vinc. de Franch.389.& fallitur Bened.nu.67.in princ. aliter sentiens*, ut alibi dicam.

Et ubi res sita est: proclamationes, & subhastationes fieri debere ratio afferri solet propter verisimilitudinem, quod ibi facilius inveniuntur emptores, quam alibi ex affectione vicinorum, considerat *Petr. Rebuff.in comment.constit, Reg.Franc. 2.tom. de praco.licitat.art.1.Glos.2.nu.6. & 7.* & hoc notandum est, ubi proclamata fiunt pro ipso retractu denunciando, ut ex forma statuti ponit *Novel.supra §.1.nu....* & refert *Bened.nu.42.*

Responsum.

23 Pro Clerico tertæ Nucum; qui emit à clerico domum vicinam alteri clerico à quo jure protomiseos conveniтur in Episcopo Curia Conversanensi, ità consultus respondi. v. Non. Martii. M.D.XCVIII.

24 Pro actore allegari possunt quæ notata sunt in *vers.ecclesia ad const. Federici Sancimus. §.fin.* Et ratio videtur clara; quoniam Imperator Universis & Clericis, & laicis in temporalibus præesse debet, format, formaliter inquit *Innoc.in c.noverit, de senten. excommu.*

25 Verum pro clerico emptore est particularis conclusiò *Marantæ disput.8.nu.51.super 5.*& ultimo membro, quòd cum utraque persona sit ecclesiastica, debet cessare constitutio, quæ est compulsiva personæ in eo: quod habetur de necessitate denunciationis. Lex enim præceptiva, & arctativa non ligat clericos, ex dictis per *Alex.cons.210.col. penul.vol.2.cum aliis ibi per Maran.in 5.arg.1 par.*

cujus

cujus opinionem quoad hunc casum confirmo validiori medio, quoniam constitutio non solum ponit necessitatem denunciationis ante alienationem, sed est quoque pœnalis in rem, & in personam, ut ad literam patet in *§. causa vero dotis vers. si autem post juramentum.* Dico sic. Non potest lex, vel statutum intelligi, ut comprehendat clericos, cum non possit in eos verificari pœna statuti. *Soccin. probat assumptum consi. 71. n. 23. vol. 4.* comprobo clarum est in Regno laicos non judicare de personis clericorum, sed Ecclesiam, & Curiam Ecclesiasticam secundum Canones, & jus Ecclesiasticum. *Thom. Grammat. decis. 61. col. pen. & fin.*

26 Et ego laicus consultus ab Episcopo teneor secundum jurisdictionem Ecclesiæ, & Episcopi causam mihi committentis judicare, juxta *Hostien. de testam. §. qualiter constituatur. vers. verum ejusm citat Alex. consi. 210. nu. 11. vol. 2. Abb. notanter in c. quod clericis, nu. 14. de foro compet.*

27 Quod si partem à clerico partem à laico emit ipse clericus conventus adhuc magis est in tuto: quia factus est consors in parte laici, qui erat communis cum clerico in casu propositæ consultationis, & consequenter præferendus est vicinis non consortibus, per *tex. in §. scriptum est, vers. si autem dominus propè castrum, ubi not.*

28 Debebat actor probare ad adjuvandas rationes ex adverso ponderatas in loco adesse consuetudinem, juxtà *c. constitutus. de restit. in integr.* ubi de hoc, namque cum hæc constitutio sit extravagans; ut nuncupatim. *Deci. consi. 619. licet in casu proposito nu. 7.* oportet probari, quod usu recepta est in foro Ecclesiæ, alias inter clericos nulla videtur ejus ratio habenda. *Glos. in cap. 1. de tregua, Petr. Pau. Paris. consi. 105. vol. 4.*

Igitur clericum emptorem absolvendum, censeo ego *Prosper Rendella à Monopoli I. U. Doctor.*

S V M M A R I V M.

1 *Curia unde dicta sit, & quomodo hic accipiatur.*

Glos. Curia Ant. Cap.

1 Curia) dicitur autem Curia à Cura, & cura dicitur à corde, quasi cor urens, vel quia à corde ruat secundum *Bran. in ver. Curia, & Ugon.* Primo autem Romulus in 30. partes Romanum populum traditur distribuisse, quas partes curias appellavit, pro eo, quod tunc reipublicæ curam per earum partium sententias expediebat, ut *ff. de orig. jur. l. 2. §.* licet secundum jus Longob. Curia dicitur à cruore; ut legitur, & notat. in *Longob. de testib. l. constitutum est.* Sed hic accipitur Curia pro bonis fiscalibus, ita ponitur in *constit. reg. hac lege ver. in illis tamen casibus; ubi Glos. situ. ut, post remiss. infra 10. pronuno.* & ita vulgo dicimus, ista possessio est Curiæ, idest fiscalis. *Ant. Caput.*

S V M M A R I V M.

1 *Curia quæ dicatur?*
2 *Fiscus, & Curia, idem significant, hoc loco.*
3 *Fiscus cuius propriè sit.*
4 *Fiscus parificatur Ecclesiæ, & reipublicæ.*
5 *Fiscus interdum tenetur requirere rei socium an velit emere.*
6 *Fisco cur privatus non tenetur denunciare, ut emat.*
7 *Senatusconsultum refertur pro republica contra privatos rerum dominos.*
8 *Emens à fisco an teneatur jure protomis. cum multis pro ornatu l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscrip.*
9 *Nota statum Venetiarum de retractu.*
10 *In bonis fisco addictis cessat retractus.*
11 *Delinquente eo, qui habet partem inferiorem domus, ob cujus delictum esset domus destruenda, quid juris.*
12 *Principe vendente rem jure privato locus est retractui.*
13 *Res per Principem privato jure vendita non est facienda subhastatio.*
14 *Rex non cogit privatos dominos, ut res suas vendant ad privatum regis commodum.*
15 *Ecclesia prælationem habet in re ratione directi dominii.*
16 *Curia dicitur quoque Episcoporum, & Baronum.*
17 *Extra Curiam quomodo sit locus protomisi.*
18 *Æquiparatio Ecclesiæ fisci, & Reipubl. remissivè.*

Curia.

1 Curia.) est autem Curia secundum consuetudines feudorum accepta idem quod Curtis. Domus: quam habet dominus in loco sui vassallagii. *Alvar. in c. 1. in princ. de cap. t. qui cur. vend.* Et in Curiam vocari, exponitur ad palatium publicum, vel prætorium. *Penneus in l. 2. C. de decurio, & vide Glos. Joan. de Terra Rube. in prohem. tracta. contra rebelles. fol. 4. col. 4.* hinc legitur crebo in *Longob. bona pertinere ad palatium, idest ad fiscum seu curiam regis tit. de reb. for. factis, & vide Covar. pract. quæst. cap. 5. nu. 10.* Cortes verò dici, & vocari comitia generalia, interpretatur *Alvar. Valasc. Lusitan. consul. 100. num. 6.*

2 Et fiscus, & Curia pro eodem ponuntur in *c. regni, cujus est initium.* emergent um rerum confusa varietas, & hic curiam pro fisco, & republica intelligit *Affli. & Andr. Tiraq. de retr. lignag. §. 1. Glos. 13. in fine,* quamvis non converti rempublicam, & fiscum; dixerit *Barto. in rub. C. de jur. fisc. nu. 5. & inde lib. 10.*

3 Nam fiscus propriè Principis est. *Alcia. in l. inter publica. D. de verb. & rer. signifi. ver. fiscus, quem Pennensis saccum vocat in d. rub. C. de jur. fisc. & in l. quicunque, C. de omni agra defer. latè declarat M. Anto. Peregr. lib. 1. de jur. & privil. fisc. c. 1.* & tu vide notanter *Bald. consi. 363. vol. 1.* quæritur an si per officiales. Quæ autem sit Camera Regis, aut aliorum dominorum, ponit *Marin. Freccia. de subfeud. lib. 1 tit. de offic. Mag. Camer. num. 9. Bossi. in tit. de Fisco. Camill. Borrell. ad Ballug. in 10. rubr.* ubi quot modis capiatur Curia *Foller. in constit. Reg. causas per Magistros in princ.* Nam esse verbum æquivocorum dicit *Socci. consi. 86. in causa vers. secunda conclusio sit.*

4 Dic ergo fiscus, sive Curia non habet protomiseos, par ficatur enim Ecclesiæ, ut in *l. si. C. de sac. san. Eccl. & nos. in c. 1. extra de integr. resti. & republica, ut alibi. C. ne fisc. vel Respubl. in rub.* licet in multis differant fiscus, & reipubl. per *Barto. in l. non. est. D. de bono. possess. & in d. rubr. C. de jure fisci libr. 10. Alber. post Cyn. C. ex quib. caus. majo. l. respubl. & DD. in locis ante citatis.*

5 In hoc itaque videtur fiscus pejoris conditionis, quam privati rerum domini, quoniam si fiscus rem communem cum privato habeat, in ejus rei venditione, tenetur requirere consortem, an velit ipse

Z eme-

emere *Bald.in l.2.C.de comm.rer.alie.Alex.ad Bart. in l.unica de vendit.rer.fisc.cum priv.lib.*11.& doctrinam *Baldi dicit not.Maran.in disp.nu.*30.

Et Aliud simile habes in constit.reg. sicut accepimus, & ibi *Afflict.* 4. *Not.scilicet* ut filiis clericorum magis locentur per procuratores fisci bona quæ fuerant eorundem parentum ad fiscum obventa;quorum spurii sunt incapaces.

6 Et tamen cum privatus vendit rem fisco vicinam, non tenetur fiscum invitare,ut emat volens sicut hic tex.habet.Et meritò quidem non tenetur fisco denunciare; Nam enim tutè contrahitur cum eo: qui administrat Regis pecuniam, nec cum Fisco,nec cum Ecclesia. *Jo.Bessia. in consuet.Alverni. des donati dot.& mariages, art.*46. ponitque proverbium ejus lingua, quil ya plus de folz achapteurs, que de folz vendeurs.)

Imò nec cum nobili, & potente, ut ibi *Bessi.*& vidimus supra in *§. prohibemus.*

Sed probabilior mihi ratio esse videtur, quare non sit opus denunciatione in fiscum, nempè est, quod privati rerum domini, quoties causa subest,possunt a fisco etiam non invitato ad vendendum cogi justo precio soluto propter publicam utilitatem *l.Lucius.ff.de evict.l.venditor §.si constat. ff.commun.prædio. per Anto.Rube. consi.*146.*nu.*10. plures allegat *Io.Vinc.Anna alleg.*68.*à nu.*49. *Crav.consi.*276.*nu.*7. *Natta consi.*554.

7 Exemplum apud vetusSenat.consul.de rivis,specubus, fornicibusque reficiendis, quod meminit *Jul.Pontin. de acqueduc. in hac verba notab.* Cum ,, rivi fornices:quos Augustus Cæsar se refecturum ,, impensa sua pollicitus Senatui est,reficerentur ex ,, agris privatorum terram, linum, lapidem, testam, ,, arenam,ligna,cæteraque;quibus ad eam rem opus ,, esset, undequæque earum proximè sine injuria ,, privatori tolli sumi portari possint viri boni ,, arbitratu æstimata darentur,tollerentur, sumerentur,exportarentur, & ad eas res omnes exportandas quoties opus esset per agros privatorum sine ,, injuria eorum itinera actus paterent darentur)posui,ut intueamur admirabilem modum, & æquitatem, cum fiscus rebus privatorum indiget, si servaretur.

8 Quid si curia, vel fiscus venderet rem immobilem,an vicinis competat jus congrui,vel protomiseos? solve ut notatum est supra *ver. Ecclesia.*

Idque comprobabis, quoniam fiscus cum alienat à quibusvis molestiis statim emptorem efficit securum, sive fiscalium, sive privatarum rerum faciat venditionem, per *l.benè à Zenone. C.de quatri. præscrip.& in §.fi.Instit.de usucap.sicut est privilegium fisci,sive is supremi Principis sit, sive alterius à Principe, nomen habentis imperii. per text. quæ omnia.d.l.benè à Zenone*, ut sunt Duces,Comites, & Barone perpetuò investiti. *Nicol. Bello. consil.* 59.*num.*9.*Aym.Crav.consi.*135 cum aliis latè congestis *ab Hippoly. Rimin. consi.* 221. ubi de communi,& receptissima DD. sententia, quòd scilicèt Duces,Comites,& Barones cum mero,& mixto imperio, gladii potestate, & jurisdictione perpetua omnia possunt, & loco Principis sunt in eorum territorio, de qua re agens *M. Anto. Peregr.ad intellectum d.l.benè a Zenone lib.6.de jur. & privil. fis. num.*19. infert ex legibus Serenissimi dominii

9 Venetorum,licèt alias venditiones rerum immobilium per privatos factæ possint ex vi legis particularis, & municipalis restituto precio per agnatos,& vicinos retractari, secus tamen esse in venditionibus fiscalibus, idest, inquit, cum bona fisci, seu debitorum fiscalium venduntur.Secus cum ad consignationem debitoris fiscalis distrahuntur bona sui debitoris ad ejus exonerationem; in qua specie facti statuto de retractu non detrahitur.*Peregri.*ego intelligo in hac ultima facti specie tunc retractui esse posse locum, cum ext a hastam fiscalem res venderetur propter ea; quæ diximus *in 1. text.vers.voluerit,* defendimus enim sub hasta non esse locum huic legi,cum satis sit legis formam, & sollemnitatem in hujusmodi alienationibus observari, secundum *Deci. consi.*222. *num.*9.

10 Ex his patet in bonis fisco addictis minimè retractui esse locum: quam quæstionem nuncupatim ponens *Arnon.Ferron.in consuet.Burdeg.tit.de retract. §.*18. *in finem.* oppositum definit, putat enim,quod si bona addicuntur certo precio,poterunt retrahi, quasi fiscus eo casu jure communi utatur,secus si bona ob delictum fisco addicantur. Et si ob tributa non soluta, vel ut vacantia bona sumat fiscus, solventem proximiorem putat quoque admitti ad retractum *argum.l.cum possessor.in princip.D.de censib.*& quia in dubio contra fiscum judicamus,valdè tamen leve est Ferroni argumentum, & colligitur solutio ex eadem *l.* ubi bona pro tributis non sunt addicta fisco, neque per fiscum vendita,sed qui possidet ad solvendum in solidum fisco astrictus, obtinebit jura sibi cedi,quid ad rem præsentem, & text. hic particulariter vult protomisim quoad fiscum cessare, quæ cessatio activè, & passivè à Doctoribus accepta est, & rectè.

11 Et quid si domus habet duo solaria, & dominus partis inferioris deliquit ita ut juxta formam statuti esset destruenda,quid juris? *Petr. de Bellaperti in repet.l.& si severior. C.ex quib. cau.infam.irrog.in princ.tex.& qua ibi not. l.si is cum quo. D. commu.divid.*& quomodo consulatur alteri socio, *Philipp.Franc.in c.felicis,de pœnis, lib.6. & de bore Paris de Pute, in tract. syndic. ver. bannum, & vers. an Judex propter contumaciam*; quem citat *Anton.Capic.decis.*130. *num.*72.

12 Quid dicemus in Principe vendente rem immobilem, ut suam privato jure? *Afflict.hic notab.* putat in bonis patrimonialibus Imperatoris, vel Regis habere locum jus congrui, & eum sequi videtur *Andr. Tiraq.de retrac.lignag.§.*1.*Glo.*13.*in fine,* allegans *Ferron.in consuet. Burdeg.tit.de feud. §.*7.*post.princ.*

13 Pro qua opinione facit, quod cum privato jure res à Principe venditur non est facienda subbastatio ex *Glos.in §.fi. ver.omis Instit. de usucap. Bald. consi.*127.*in fi.vol.*3.

Et quia potestatis non utitur plenitudine, nec quidem habet locum in favorem emptoris. *l.benè à Zenone.Bald.in proœm.Decret. vers.unde lex bene a Zenone.Felin.in c.quæ in ecclesiarum in* 5. *limit.extra de constit.*

14 Et quia pro ampliatione suæ rei patrimonalis non habet Princeps potestatem compellendi dominos rerum vicinarum ad sibi vendendum, quod patet 3. *reg. cap.*21. ubi Achab Rex loquutus est ad Naboth,*Da mihi vineam tuam, ut faciam mihi*

bur;

hortum olerum; quia vicina est, & propè domum meam, daboque tibi pro ea vineam meliorem, aut si commodius tibi putas, argenti precium, quantum digna est. Respondit Naboth. Propitius sit mihi dominus, nedem hareditatem patrum meorum tibi) ergo invitus non tenetur dominus Regi vendere cum de privata re patrimoniali agitur, meritò esse locus debet huic constitutioni activè, & passivè.

Neque dicitur impugnari factum Principis, cum ex illo facto, idest re à Principe vendita, oriatur jus vicinis pro retractu, ut in demanio conderat notanter *Joan. Vinc. de Anna alleg.* 87. quam vide.

Jure verò Regis cum quid facit Rex aliter dic, *ut 1. Regum c.8. Hieron. Laurent. decis. Amen.* 133. *Sarmient. select. interpret. lib. 1. c. 8. num. 28. ad interpretationem dic. cap.* 8. *Regum quo jure Achab non fuit usus.*

15 Ad Ecclesiam, & Fiscum redeo, evenire enim potest, quòd ob defectum emphyteotæ rem immobilem ab Ecclesia tenentis fiscus sive curia Regis eam rem confiscaret, & deinde (ut assolet) subhasta venderet plus offerenti, posset Ecclesia directa domina rem ipsam recuperare, ut *in authen. de alien. & emphy. §. collat. 9. per Bar. in l. si finita. § si de vectigalibus. D. de dam. infec.*

Habet enim ipsa Ecclesia prælationem in re sua feudali, vel emphyteotica per emphyteutam vendita, potestque Prælatus Ecclesiæ nomine retinere. *not. Barto. in l. 1. §. usufructuarius in fine. D. de ope. novi nunciat. Innoc. post Glos. in c. conquerente. extra de offic. ordin. Arno. Ferron. in consuet. Burdig. de feud. & jure emphyt. §.* 19.

16 Quod de Curia dicimus, verificari potest in Prælatis: qui & Curiam habent per *Bald. in l. 1. §. hujus studii. in fi. D. de just. & jur.* ubi Curia Episcopalis Perusina dicitur Curia Ecclesiastica Perusii sicut Ecclesia Perusina, & diximus supra ver. Ecclesia, ubi tetigimus de fisco Episcopi. *Bal. in authen. qua in Provincia. C. ubi de crimi. agi oport.* Non tamen intelligas habere bonorum confiscationem: quæ authoritas est Supremæ Curiæ, ut in Episcopo limitat *Bajard. ad Jul. Cla. q.* 80. cujus ubi supra meminimus.

Quid autem in Baronibus? est proprius titulus in feudis, de Capit. qui cur. vendid. Et Curiæ dominicales in pagis, & villis sunt; quæ vetustatis velut umbram referunt. *Zas. in l. 2. D. de orig. jur.* quia verò dici potest Curia, cum dominus habet dominium possessionum, & fundorum totius alicujus villæ, eique omnes rustici, & coloni respondent deferentes fructus, & redditus ad domum dominicalem existentem in dicta villa, jam dici debent Curiæ reddentes vassalli, & esse in Curia domini. *Bal. & DD. in d. c.* 1. exponit enim *Bal.* Curiam: quæ tenetur in feudum ab Imperatore, vel Rege, vel Marchione, Duce, vel Comite, estque nomen universale significans quicquid Dominus tenet pro Curia, & Curiæ annexum, & vide *Bal. in*

17 *cap. cum Bertoldus, de re judic.* Ideo potest esse quæstio, cum venduntur, vel in emphyteusim, vel per longam locationem alienantur istæ possessiones Curiæ, vel iis vicinæ, & tenendum est sicut in Ecclesiis resolvimus, Baronem, vel infeudatum ita alienantem cum domini consensu, non teneri hoc jure protomis. invitare vicinos, nec vicinos res Curiæ vicinas, & conjunctas alienãdo aliquo ex his titulis teneri ad denunciandũ suo domino ex hoc jure, idest ex ista constitutione. Verum observari ea: quæ notavimus supra §. 1. *vers. sub eodem servitio, & in pr ncipio constitutionis. ver. per emphyteusim.* Intellige quando dominus habet in feudum, potest namque non in feudum habere, sed liberè curiam, idest Universitatem prædiorum cum dignitate, vel honorantia: quo ca u dominus illa vendere, permutare, & pignorare potest, secundum *Bal. in d. c. cum Bertoldus. col. 2.* igitur huic constitutioni de protomisi subiiciuntur activè, & passivè extra feudi regulas. Quemadmodum intelligi quoque oportet quoties dominus non habet in Curia dominium totius villæ: cujus Villæ possessiones pro majori parte sunt rusticorum, colonorum habitatorum, & incolarum, ipse verò dominus habet aliquas possessiones; pro quibus non est opus habere curiam, vel domum dominicalem, extra Curiam habere dicitur, & alienare. *bona addit. ad Bertach. 1. par. repert. ver. Curia Papa,* his igitur casibus inspici debet alienationis causã, necne juri huic protomis. congruat, cogita si quid habes melius.

18 Quoniam verò tria hæc æquiparavit consuetudo: de qua hic in textu, pro coronide optimè faciunt. quæ Everardus in Topicis docet. loco à fisco ad Ecclesiam, ab Ecclesia ad fiscum, & à Republica ad Ecclesiam.

SUMMARIUM.

1 *Interest venditoris locum non esse retractui.*

2 *Clausula ad habendum, &c. à fratribus, vel sociis in divisione bonorum communium adjecta, an satis sit ad excludendum vicinum à protomisi, & ad fideicommissi inducendam renunciationem.*

3 *Consensus non solum verbis expressis, sed exteriori alio actu, vel dicto dari potest.*

4 *Fidejubens de evictione, vel alio actu alienationi cõsentiens, an excludatur ab hoc jure protomis. & quid si cautio obligationis non solum fuit, vel fidejussoris, sed etiam uti principalis, & insolidum pro contractu obligati, ut ex facto evenit.*

5 *Consensus magis præjudicat in terminis constitutionis Sancimus, secundum quam ante re alienatione sunt requirendi vicini, quàm aliarum consuetudinum.*

6 *Cautio obligationis, uti principalis, & insolidum est longè efficacior, cautione fidejussoris, & quomodo hac considerentur respectu emptoris.*

7 *Decisio Sacri Consilii.*

Additio.

His: quæ superius dixi in ver. renunciaverint. §. Scriptum est aut ad primum casum licentiæ: quæ venditori datur, addo, Non ab re positum in eo: qui rem venalem habet, idest propè ut vendat, obtineatque à vicinis vendendi li-

1 centiam. Cum enim venditoris intersit, quo facilius emptorem inveniat, nimirum si ejus pactum emptori quoque extraneo prodesse debet, juxtà ea: quæ habentur. *& not. in l. stipulatio ista. §. alteri, ibi (nihil interest mea) D. de verbor. obligat.* in terminis comprobat. *Andr. Tiraquel. dict. §. 1. Gloss. 9. num. 132.*

2 Quid si res illa non esset eo tempore vendenda, ut putà, rebus familiaribus inter fratres, vel communibus inter socios divisis, mutuò sibi licentiam

tentur, non nisi post quatuor mensium lapsum negligentiam præjudicet, *eod.tex.verf.verum si, juncto verf.& licet fuerint.* Tertio inimici, ac exosi vicino venditori, nec dum reconciliati, ut in *tex.* licet autem. Quarto, hi qui non moniti passi sunt rem vicinam ab extraneis possideri, simulatis aliorum contractuum titulis, neque adversus possessores intra decennium egerunt, in *tex.* Transcurso autem. Quinto, Potentiores. in §.prohibemus. Sexto, scientes contractum, & præsentes tacuerunt petere infra quatuor menses, vel absentes infra annum. VII. Qui denunciati recusaverunt emere, juxta §.scriptum est autem. VIII. Remotiores in propinquitate rei venditæ, ut eo §. & seq. IX. Propinquus ex minima parte concurrens cum eo: qui ex tribus partibus conjungitur. *verf. in alio.* X. Qui pariete mediante conjungitur concurrens cum eo: qui per castrum, ut supra proximo *tex.ver.si autem domum.* Ecce igitur, quod non solum tria sunt: quæ protomisim non habent. nam & hi omnes excipiuntur à regula: quæ est in tribus generibus contractuum ante rei immobilis alienationem vicinos omnes invitandos, atque admovendos, ut in princ. constitutionis notatum est latius. Id autem quod dicitur de causa dotis, donationis testamenti, & cæt. non est exceptio regulæ respectivè ad personas venientes ad jus protomiseos, sed ob defectum causæ ipsius contractus. Respon. Tria hæc

3 tantum excepta esse per generalem consuetudinem, de qua loquitur nuncupatim hic *tex.* priores verò casus partim per legem: quæ nova est à principio usque ad §. scriptum est, partim per ll. veteres Græcorum: Itaq; tota constitutio tres habet partes principales sicut tria jura continet, duo scripta tertium non scriptum: quod diximus esse consuetudinarium, ut huic petet, tenementi P.R.

SUMMARIUM.

1 *Viarum distinctio, & declaratio secundum Anto.Caput.*

2 *Quotidiana aqua aptitudine intelligitur, & sic de multis.*

3 *Via publica, vel flumine intermedio, cessat protomisis, quod intellige, ut hic.*

4 *Conjunctio circa superficiem, & non circa solum ob viam intermediam respectu quorum membrorum sit attendenda.*

Glos. Via publica. Ant. Caputi.

1 Via publica) Viarum tres sunt species, quædam est publica, quædam est privata, quædam vicinalis, *ff.ne quid in loco publi.l.1. §.viarum.* In publica autem via sunt quatuor attendenda, nomen, materia, forma, & usus. Quoad primum scilicet nomen est, sciendum, quod est tribus modis, nam dicitur publica prætoria, & consularis, *eodem §.viarum, verf.publicas vias,* & sic hæc tria nomina sunt synonyma idem significantia, sicut entis mucro, & spata, & sicut ius patronatus quandoque dicitur advocatio, quandoque vicepatronatus, quandoque custodia, sine guardia, ut *not.extra de jur.patron.in c.quia clerici.* Materia vero, sive solum viæ publicæ est duplex publicum, & privatum; publicum, quod relinquitur adjectum certis finibus latitudinis ab eo: qui jus publicandi habuit, ut publicæ iretur, & commeretur, ut in *d. l.§.viarum fines autē latitudinis in porrectum,* sunt octo pedes in anfractum 16. ut ibi dicit *Glos.* quod intelligo ubi latitudo non fuit limitata per constituentem, puta quià jussit fieri viam publicam in tali loco, non designata latitudine, Nam si designasset latiorem, vel strictiorem, non minus propterea esset via publica; posset enim constituens jubere, vel facere latitudinem: quam vellet, ex quo habet publicandi jus, & sic tanquam in re sua est moderator, & arbiter. *C.manda.l. in re mandata.* Sed quis habet potestatem publicandi; seu faciendi viam publicam. Respondetur Princeps; Senatus, & Civitas ut *not.in d.§. viam publicam.* Privatum autem solum potest esse in via publica, seu in privato loco, & solo potest esse via publica, puta si ab eo tempore: cujus non extat memoria, publicè hominibus licuit transire per agrum privatum, & ex utroque capite ipsius viæ est locus, seu via publica, ita quod introitus ad ipsam viam incipiat ex via, vel loco publico, & exitus similiter respondeat ad locum, vel viam publicam, nec requirit, quod fiat jure servitutis: quia tunc esset via omninò privata, ut patet ex *l.1.§.privata via.* Nec est inconveniens, quod proprietas soli sit privata, & usus sit publicus. Nam riparū usus publicus est, licet proprietas sit privata ut *C.de aqu.duct.l.diligenter.lib.11.* & sic talis via est publica, quoad usū non quoad proprietatē. Forma autem viæ publicæ est duplex, scilicet voluntaria, ut latitudo, quæ est ad voluntatē const tuentis, ut est dictū, & necessaria v3. quod quilibet caput ipsius viæ exeat, & correspondeat ad viam, vel locum publicum puta flumen, vel laicum, vel alveum, & sic quod ex via, vel loco ingrediamur ad eam, & ad locum publicum exeatur ex ea: alias non diceretur via publica, ut *ff.de itin.publ.l.2.*

Usus autem in via publica est attendendus secundum naturam soli: quia siquidem solum est publicum non requiritur usus actu, sed actitudine tantum, hoc enim sufficit, quod fuit ordinata, seu parata ad recipiendum usum publicum, quod ex eo apparet, quod populus non utendo, non perdit eam, alia multis non liceret ire ad Sanctum Jacobum, ut *ff.de via pub. & itin.l.viampublicam & de usucap.l.usucapionem.& l.fi.*

2 Sic etiam dicimus, quod aqua quotidiana non ea sola est, quæ quotidiè duci potest, *ff. de aq. quot.& æsti.l.1.§. quotidiana,* & Imperator dicitur Augustus aptitudine, seu proposito non actu, ut *nota.in rub.constit. ff.* & matrimonium dicitur individuum non actu, pro hoc facit quod *not. ff. de rei vendic.l.*vendicatio, sic, & possessio dicitur momentanea aptitudine: quæ est apta durare momento, *ut not.C.si de momen. possess. l.1. & facit ff. de servi.rusti.præd.l.attilicinas,* & dato quod via publica ipsa esset fracta, & diruta; aut plena vepribus, & spinis non propterea dicitur minus parata ad usum publicum cum possit ab unoquoque de populo refici, & purgari, *ut ff.de via vel itin.publ. l. 3.* si verò solum sit privatum, tunc requiritur usus puplicus in actu à tempore: cujus non sit memoria, & non jure servitutis, ut supra dictum est per ea: quæ nota. & patet, *ff. ne quid in loco publ.l. 1.§.privata via.*

Via autem privata duplex, ut *eo.§. privata.* Vicinalis autem via est: quæ in vicino est, vel ad vicinos ducit eadem *l.§.viarum voto vicinalis.* Vicus autem dicitur villa, seu castellum, qui nulla civitatis dignitate honoratur, sed quia vices civitatis co-

coguntur ; ut *not.ff.de leg.3.l. si hæres. §. vicus ,* & *ff.de his qui deje. vel effud. l.hoc edictum. Ugo not.in ver.vicinus* , dicens à vice dicitur vicus, seù villa extra civitatem, & propriè vici, villa, castella, & pagi sunt, quæ nulla civitatis dignitate notantur, sed vulgari hominum conventu incoluntur, & dicitur vicus quasi vice civitatis. Vici etiam dicuntur ipsæ habitationes civitatis à via: cui impendit. Viæ sunt ipsa spacia inter vicos, sed majora, & latiora sunt plateæ, & cæt. & sic innuit, quòd platea comprehændit vias, & vicos, & civitas comprehendit utrumque, seù totum. *Canticorum.3.c.* dicitur circuibo civitatem per vicos, & plateas, & quæram quem diligit anima mea; & *Sapien.7.* Vos qui continetis multitud nes, & plateas.

3 Sed quæro quid si via publica, vel flumen publicum est in medio. Respon. cessat istud jus protomis. sed si rivus privatus, vel via privata, vel vicinalis intervenit, hoc jus nihilominus competit: quia ista non dicuntur separare conjunctionem. *argum. ff.fini. regun. l. qui magis , cum l.seq.* sed in his specialitèr consuetudo servanda est. *arg.C.de ædific.priva. l.4.* & *C.de emanc. lib. l.1.* & *C.de testa.l.fi.* & quòd dicit de rivo. *ff.de interd.l.4.secundum Bald. hic.*

4 Sed pone, quòd via publica sub quadam porticu est, suprà quam tu & ego habemus domos conjunctas, an habeamus ad invicem jus istud protomis. videtur, quòd non, quia circa solum via publica est inter domum tuam, & meam, ergò cessat istud jus, ut hic, sed certè conjunctio non attenditur solum circa solum terræ, sed etiam circa superficiem, & sic videtur quòd quantum ad cellaria seu membra inferiora ipsarum domorum, inter quæ est via publica, non habeat locum jus istud protomis. & sic conjunctio membrorum superiorum non præjudicat juri inferiorum, nec è contrà, *argumento ff. de aq.quotid.* & *æsti. l.hoc jure.§.fi.* & *ff.de aqu.plu.arcen.l.super.iter alienum.in prin. Anto.Caputus.*

S U M M A R I U M.

1 Via publica quæ, & quotuplex relativè.
2 Via publica quænam sit de Regalibus, quomodo a maii differat, an usus per Principem impediri possit, & alia remissivè.
3 Via non publica habet jus protomis.
4 Dictum in via publica, & privata, extenditur ad flumen publicum, & privatum, rivum, aut torrentem.
5 Ripa fluminis in cujus dominio sit, & an ejus respectu competat jus protomis.
6 Via vicinalis ; de nulla est memoria an efficitur publica.
7 Via publica cum venditur, an eam jure vicinitatis possint vicini vindicare.
8 Via publica vendita in privatos usus, cessat jus protomis. non congrui, & quæ ratio differentiæ.
9 Ecclesia si vendit, an præferantur conjuncti.
10 Viam publicam vendere an liceat populo Civitatis.
11 Quæ sit observanda in alienatione rerum publicarum.
12 Dispositum in via publica utrum obtineat in aliis locis publicis.
13 Civitas, quoniam vias, & loca publica continet non habet jus protomis.
13 Via intermedia aufert jus prælationis, & quid si sit sub porticu, idem in flumine si per pontem prædia jungantur, num.15.
16 Porticus supra viam publicam non nisi per consuetudinem fieri potest.
17 Via per privatum ædificium si fit angustior, restituitur vicinis instantibus.

Via publica.

1 Via publica) quæ ista sit, & quotuplex præter *Napod.in consuet.ubi domus, de jure congrui*: quem solum citat *Afflic. hic* , posuit *Anton. Caput.in sua Glosa*: quem tacens ad verbum, ut jacet expilavit *Afflict.à vers.Item quæro quòt sunt species usque ad vers.sed antequam veniam.* & iterum in vers. nunc venio ad vias privatas; & adde quæ de viis accuratissimè differit, & investigat *Alex ab Alex.dier.genial. lib.2.c.20.*

2 Viam autem publicam de regalibus esse, habetur *in c.1.§.via publica, in feud.quæ sunt regal.* scilicet quo ad proprietatem, cum usus sit publicus, sicut & fluminum, & palatiorum. Maris verò proprietas in nullius est bonis, & quæ horum est differentia, & an eorum usus per Principem impediri possit, ac imponi vectigal, notanter *Mar.Ant.Peregrin.lib.1.cap.1.à nu.16.de jure, & privil.fisc.* Sed tu vide notabile *consil. Franc. Becci.15. vol.1. Ubi num.21.* illas vias dicit esse Principis, & de regalibus: ex quibus vectigal Principi solvitur, ut sunt militares, vel consulares, secus eas: quę intra urbem sunt, nam civitatum esse, & contra Principem pręscribi posse probat.

3 A sensu contrario probat hic *tex.* quòd via, quæ publica non est ut puta vicinalis jus protomiseos habet, verum est, per *l.vicinales. D.ne quid in loco publ. Afflict.decis.Sacr. consil.62.* post *Bald. hic. col. 1.* quod etiam sentit *Mar.Ant.Bard.eod.tit.§.1.nu. 2.1.notab.*

4 Et extenderunt DD. hunc *tex.* interpretantes, quòd de via publica dicitur de flumine publico intermedio intelligamur, quòd de privata a sensu contrario idem de privato flumine, rivo, aut torrente, ad quod *Bart. Veronens.* meminit *Baldum in tract.servit.rustic. præd.tit. de servir. via num.35.* qui appellat hanc legem Græcam Federici Imperatoris dictam jus protomiseos. *Marc. Mantua. de jur.protomis.ver.decimo dubitare.*

Sed qui rivum, aut flumen, sivè torrentem, sivè viam privato jure possidet in confinio rei vicinalis minus juris habet in protomisi, & is præfertur, qui immediatè conjungitur. *Maranta in §.Divi. l. filiusfamilias.de leg.1. in 1.parte hujus tracta. nu. ... exemplificans doctrinam Afflicti in §. 1. vers. item quæro sunt duo,* & dixi suprà *in §.præced.*

Addo loco *Napodani in consuet. si quis emit. ver. vel aliam rem*, ubi dicit, quod hæc non dant petitionem, sed cum venduntur benè petuntur jure congrui, ex quo accessoria ex se ipsis non sunt in consideratione. *l.in modicis. D.de contrab. empt. cdm concord.*

5 Ripa fluminis in dominio eorum esse dicitur: qui habent prædia adhærentia, licet usus ejus sit publicus. *§.riparum.Instit. de rer. divis. de qua re Bald.post Uber.de Bobio in l.riparum.D.eod. contra Bar.* ibi super quæstione necne ipsa ripa intelligatur vendita, & consequenter sit mensuranda cum terris adjacentibus, in quo dixerunt versari Judicis arbitrium. *Barto.* & *Bald.in l.litera. de contrab. emp.Menoch.de arbitr.Jud.*

Verum non potest venire in quæstionem an per talem ripam competat protomis. cum magis flumen:cujus est ipsa ripa, quam ripa conjugatur rei vicinæ venditæ ex altera parte, *per l.sed & loci.§.si.& seq.D.fin. regun.* Solve igitur ut in flumine proximè distinguebamus.

6 Quantum ad viam vicinalem notabile est,quòd ponit *Ursil.ad Afflic. d. decis.62.* Viam vicinalem; de qua non extat memoria obtinere,seù esse instar publicæ, atque ità cessare in ea jus congrui, pro quo videtur *Bar.in l.1.D.de loc.& itin.publ.*distinguens vias vicinales privatas; quas est memoria ex privatorum collatione esse factas, & vicinales: quæ loco publicarum habentur ex eo; quòd non extat memoria,quòd fuerint ex agris privatorum, dicitur enim effecta publica per tantum temporis spacium secundum *Jo: Longoval. in repet. l. imperium. num,244. de jurisd. omn.jud.* prout allegat *Bard.in dict.tract.de jur.protomis.§.1. not.1.*

Sed contrarium dicit *Franc. Vivi. commu. opin, 830.ver.statutum disponens relatus in syntag.univers.juris opin.tom.1.loco 2 c.11. fol.170.*movetur ex viæ vicinalis *ex l.2.sub §.si quis.vers.via autem publica.ff.ne quid in loco publi. Bald, consi.385. ex quadam scriptura. num. 2. vol. . . . . . juncta Glos. in d.§.si quis nemine.ver.publicas,* quæ vult, quòd ubicumque etiam collatione privatorum fiunt viæ vicinales, sed non extat memoria,non tamen dicetur publica via.Tu verò cavebis, quoniam decipitur Vivius propter verbum reficere positum per Glos. ibi, quoniam viæ publicæ reficiuntur à privatis, nec ideò desinunt esse publicæ, ut in eodem textu ibi. vicinale viæ sunt, quem vide benè cum Glosa; quæ magis probat opinionem *Ursilli.*

7 Quid si via publica venderetur? respondet *Afflic.* quòd non posset à vicinis peti jure congrui Movetur quoniam tex. hic generaliter loquitur. (Via publica jus protomiseos non habet.) ergo sive ipsa via vendatur,sive res juxta viam publicam cessat hic jus.

In oppositum videtur urgens ratio. Nam cum venditur via publica,puta in ea, ut liceat emptori ædificare, vel alitèr in usus privatos habere, ut in casu *Francis. Becci. d.consi,15.* nihil prohibet quin conjuncti eandem rem jure protomiseos vendicent restituto pretio emptori tanquam privatam effectam.Moveor,quia qui authoritatem habet faciendi viam publicam in privato, eadem ratione in locum privatum potuit viam publicam reducere, *Bart.in l.1.§.viam publicam, D.ne quid in loco publico,*& exemplificat idem *Bart. in princ. d. l.1.* de qua re vide *Veronens.de servit. rustic.prædio. tit.de via. num.21.* Et contra opinionem *Afflicti est Napodanus*; cujus maxima est authoritas *in 1. Glos, consuet. ubi domus vers.quid ergo si ipsa via publica vendatur, & in consuetud. si Ecclesia.vers.emit num 77.eod.titu. de jur.congrui,*

8 Credo utramque opinionem esse veram. In via publica cum ea venditur in privatos usus, cessare jus hoc protomiseos secundùm *Afflictum,* sed non cessare jus congrui, secundum *Napodanum,* intelligendo propriè congruum consuetudinis Neapolis,& protomisim ex hac lege competentem, ratio autem differentiæ ex manifestis principiorum utriusque differentiis, nascitur. Attenta lege hac Federici clarum est, & in primo textu probatur onus denunciandi vicinis ante rei alienationem esse venditoris. Sive igitur communitas aliqua, sive fiscus viam publicam vendant,non tenentur vicinis denunciare,quia neque fisco, neque reipublicæ denunciatur, ergo venditio viæ publicæ in extraneum liberè procedit, alias pejoris conditioni esset. Princeps & res publica, quàm privati venditores.

Secundum consuetudinem verò Neapolis supra in *tex.ver.per emphyteusim,*dictum fuit novam esse venditionem;quam extraneus emptor facere tenetur vicino infra annum à die scientiæ,ut in *1.consuet.de jure congrui* quo tempore non est amplius via publica, sed privata emptoris, qui est effectus dominus licet revocabilis, nec jus congrui ad aliquid obligat venditorem,cum sit in emptorem infra anni spacium, ergo, &c,

9 Qua ratione, & quia hic æquiparantur via publica,& Ecclesia.*Napod.in d.consuet.si Ecclesia. nu, 77.ver.emit,* benè terminat Ecclesiam non habere jus congrui,cum prædia vicina venduntur, quòd si ipsa Ecclesia vendit,non negatur, inquit. ibi esse capita, vel latera, & sic loca publica Ecclesiastica vel rusticana non sunt aliis latera, habent tamen latera,vel capita alia prædia eis conjuncta. *Napod. cui adhæret Maranta disput.8. nu.57. vers.sed pulchrum dubium est,& videbimus infrà ver.Ecclesia*

10 An autem per populum Civitatis via publica vendi possit? ad partes disputat *Penneus in l.1.C. de diver.præd.Urba. & Rustic. lib.11.* & concludit *Becci.d.consi.15. vol.1.* quòd decuriones civitatis, vel populi recognoscentis superiorem, possunt saltem statuendo alienare viam publicam ex causa rationabili, puta pro costituendis domibus honorificis,juxta *Bald.consi.206.col.fin.vol.1.*atque communiter DD.sentire cũ *Pennens in d.l.1.ait,* ibiq; allegat *Afflictum hic vers. sed antequam veniam.*

11 In alienatione verò hujusmodi rerum publicarum immobilium quatuor esse observanda.*not.in l. fi.C.de vend.reb.civit.lib.11.Anton, Capyc. decis.93.*

12 Sed nunquid quod de via publica dicitur in hoc textu in aliis locis publicis locum habeat, puto idem in plateis, quòd in viis,cum platea comprehendat vias,& vicos,per ea quæ dicit *Barto.in l.1. D.de loc.& itin.publ.vers.ultimo habui,* & pulchrè. *Anto.Caput.suprà eadem Glosa via publica. ver.via sunt ipsa spacia.*

13 Hac etiam ratione attenta consequens est ut dicamus, quòd neque civitas habet jus congrui,vel protomiseos, quoniam ipsa vias, & plateas continet secundum *Napod.in consuetud.ubi domus.vers. via publica. nu.57.*

Quamvis respectivè verum concedamus civitates subditas esse instar privatorum.*l.eum qui vectigal.D.de verb.& rer.signif.l.simile ad Municip.*

14 Advertendum quoque est; quoniam non tantũ via publica per se exẽpta est ab hoc jure,ut vides,sed cum ipsa est in medio, ità prædia privatorum disjungit, ut cesset inter dictorum prædiorum possessores jus congrui,ita *Bald.Caput.& Afflict.hic,Mantua.& cęteri Scribentes.arg.l.4.§.si & l.seq,D.fini.regun.sequitur Veron.in d.tit.de servit viæ.nu.34.ut, & supra retulimus.*

Quòd tamen declaratur ex doctrina *Napodan.* quem alii sequuntur,nisi essent domus:quę jungerentur per porticum: qui esset supra viam publicam

cam

cam constructus,, in allegata consuet. ubi domus *vers. sed pone, quod via publica*: cujus verba sine rubore transcripserunt *Caputus, & post eum Affl. hic nu. 13. sequitur Vrsill. ad Afflict. dec. 62. in fin. qui solius Napodani mentionem facit.*

15 Quæ ratio militaret in prædiis rusticis, inter quæ flueret rivus ex publico flumine, & per pontem jungerentur, modo pons ipse non esset publicus, sed privatus ad vicinorum: qui taliter conjungi volunt commoditatem, hoc dico: quia presuppo-
16 nit ibi *Napod.* consuetudinem esse faciendi porticum supra viam publicam, cum de jure prohibeatur, vi interdicti, ne quid in loco publico, vel adesset permissio Principis, sive reipublicæ, ut per *Ang. in l. fi. in fin. ff. de servitut.*

17 Permissio autem civitatis, vel domini, ut fiat opus privatum in via publia, ità accipienda est, dummodo strata, sivè via illa per ædificium non efficiatur angusta in præjudicium vicinorum, ex quorum contradictione impeditur opus, ne fiat; & factū demolitur, notanter *Petr. Philip. Corne. consi. 282. col. fin. vol. 4.* Vbi probat interdictum esse prohibitorum, & restitutorum. Et dicitur, fieri deterior via, eo ipso quòd fit angustius, *tex. in l. 2. §. meritò, & §. deteriorem ff. ne quid in loco publ.* Idque dicit notandum *Maran. Venus. tract. de multipl. alien. nu. 196. vers. ex hoc infertur.*

S V M M A R I V M.

1 *Ecclesia ædificanda bona utrum patiantur, & habeant jus protomis.*
2 *Clerici tenentur jure protomiseos.*
3 *Clerici ubi conveniendi jure protomiseos.*
4 *Ecclesia, & fiscus non habent jus retractus activè.*

Glos. Ecclesia. Ant. Caput.

Ecclesia) *Antonius Caputus* se diffudit hic, dicerem usque ad nauseam, nisi de Ecclesia sermo beret ponam ex eis *Glosa utiliora*. Pone inquit,
1 quidam jussit fieri quandam Cappellam, & ipsam sibi instituit hæredem, quæro nunquid possessiones hæreditariæ patiuntur, & habeant jus protomis. si Ecclesia ædificata non est adhuc? Resp. quod sic, quia Ecclesia nondum creata est nulla, ut in *clem. literas, de rescrip.* & ibi vide nota, per *Jo: And. extra de Eccles. ædific. c. ad audientiam,* & pulchra jura allegata ibi per *Borr. in Glos. sic ergo patet*. Et rei non existenti non potest acquiri. *de re judi. c. abbate lib. 6.* ubi donatio facta monasterio constituendo non tenet. Sed videtur contra, quia res hæreditaria in bonis nullius est *ff. de furt. l. hæreditaria*, & sic non est qui conveniatur, vel agat. Resp. petetur dari curatorem hæreditati, ut *C. de bonis quæ lib. l. cum non solum, §. fin autem*, ibi ab eo petere curatorem. Sed videtur contra, *ff. de alim. & cib. legad. l. servos* Sed alium in legato; quia Ecclesiæ constituendæ benè potest legari, & hæres institui, sicut etiā posthumus alienus, ut *ff. de libe. & posth. l. Gallus, §. ille casus & de l. 1. l. penul. & de hoc in l. servos, per Barto.* & est ratio quia in contractu requiritur persona vera vel ficta; cui acquiratur, sed in hæreditate, vel legato non requiritur, cum quo quis loquetur, ut ibi *Anton. Caput.*

Hæc quæstio ponitur à *Napo. in cons.* si ecclesia à quo habuit ipse *Caput*. quamvis non alleget eum.

Verum *Affl. hic nu. 20.* opinatur, quod ista quæstio sit superflua, ex quo in legato, & in hæredis institutione non habet locum jus congrui, ut patet supra *ead. l. §. 3. Afflict.*

Cave ab *Afflict. quoniam non percepit sensum Napod. & Caputi*, qui non dubitarunt de legato, vel hæredis institutione, sed posuerunt quæstionem de possessionibus ipsius futuræ cappellæ an habeant jus congrui, & patiantur, & sic erit sensus cum venditur res vicina illis, vel fortè ipse possessiones venduntur, ut sit casus dubitabilis, quod potest ex positione casus per *Caput. & Napodan. Prosp. Rend.*

Item ponit *Caputus* quæstionem de bonis pauperum. *Napod.* eandem quæstionem formavit in stauritis, ut vocat, & resolvit in *d. consuet. si ecclesia*, cujus verba punctualiter, tacito *Napod. transtulit Caputus*, ideo præterea, subdam quæ ad punctū quæstionis de Clerico notat Caputus post Napod. quem prius vide in *dic. consuet. si ecclesia. nu. 75. vers. sed quid de clericis.*

2 Cum autem inquit *Caputus*, hæc constitutio sit Imperatoris, nec contradicat, imo concordet etiam juri divino, ut supra in rubrica dixi servari debet contra clericum conventum jure protomis. In foro Ecclesiastico, *argum. 33. qu. 2. . . . . extra de arbitr. dilecti. de cau. possess. & propc. c. 2. & cap. pastoralis eo. tit. de concess. præb. c. 1. & . . lib. 6.* & determinat casum a canone non decisum, ideò servanda est inter clericos, ut in *d. cap. 1. de novi oper. nuncia.* hoc confirmatur per jus canonicum, quòd clerici tenentur isto jure protomis. ut *not. extra de integ. restit. c. constitutus*, ubi probatur expressè, quod rei erant Clerici, quia actor sequitur forum rei extra de foro compet. *c. cum sit, cum simil.* vel saltem eorum alter. Et si diceretur, quod illa erat consuetudo municipalis. Res. fortius ligat constitutio municipalis, quam consuetudo, cum ll. fint approbatæ à Papa *argum. de constit. cap. . lib. 6.* Et si dicatur, quòd hæc constitutio non est communis quia non servatur ubique, & ubi servatur est potius consuetudo, quàm lex communis nihilominus remanet quod dictum est, quod clerici tenentur per *d. c. constitutus, & de eo qui mitti. in possess. c. cum venissent, quod not. Barto. in l. cunctos populos C. de summa trinit. in §. princip. quæstio.* quia abbates, priores, & clerici circa contractus subsunt juri scripto, & etiam consuetudini terræ, nisi sit canonibus inimica, & nisi Ecclesia enormiter lædatur, ut extra *de. c. cæteri*. Item quoniam consuetudo rationabilis purificatur privilegio quantum ad derogandum juri communi, ut *not. Ber. extra de judic. c. novit*, licet videatur notare contra, extra de consel. *c. ficut*, & Clerici subsunt Principi quo ad bona temporalia, sive patrimonii. 11. *q.* 1. si quæ causæ. *C. de Episc. & Cler. auth. presbiteros*, & facit constitutio regni, si quis clericus, de clericis conveni, & hæc procedunt de legibus approbatis sivè communibus. Sed pone quod dicta constitutio protomis. sit locis, & liget tanquam statutum, vel consuetudo laicorum, an liget clericos de Ecclesia non est dubium: quia excluditur; & videtur, quod non, & cæt. *Anton. Caput.*

Non refero quæ latissimè distinguendo reperit; cum melius habeatur per *Napod. & addentes in præm. consuet. Neap. §. præfatis. in Glo. qui tenor, & tangit Napod. in d. consue. si Ecclesia, nu. 75.*

Subdit *Caputus.*) Sed quia solet reputari, quòd dicta

dicta constitutio communis per approbationem, & consuetudinem Clericorum, & laicorum communiter observata, quæro hoc casu ubi conveniuntur clerici hoc jure protomis. Res. coram Episc. Nam ll. & consuetudines possunt allegari coram Episcopo, in ejus Curia *ff. de postul. l. ex ea, licet Glo.* non aperiat, ibi contra quos, & faciunt jura allegata supra in *quæst. praced.* in Curia autem seculari non traheretur clericus, cum renunciare non possit foro suo extr. de for. comet. *c. si diligenti, & cap. significasti eo. tit.* Nisi sit necessarius defensor, ut de *judic. l. venditor*, & voluit dominus *Ang. ff. de usu. l. non solum. §. quod vulgò, & similiter in l. si cui, §. idem Imperator. ff. de accus. & vide dominum Petr. de Anch. in l. si quis apud §. fin. Judic. solvi. & in repet. c. ea quæ de re ju. lib. 6. & 11. quæst. 1. clericus nullus.*

4 Sed quid si Ecclesia, vel Fiscus vendidit in casibus, quibus potest, an in hac venditione conjunctus possit venire per istud jus protomis. & videtur quòd sic, quia solus emptor videtur teneri per id: quod supra dicitur, & extraneos emptores repellere) & videre hoc jus secundum consuetudinem ejus afficere emptorem, eundemque possessorem, ut *not. supra in Glos. vers. simulati* Nec distinguitur hic à quo emat. Nec obstat, quòd conjunctio rei Ecclesiæ, vel fiscalis habeatur pro non conjunctione, & eorum latera habeantur pro non lateribus, vel capitibus: quia hoc verum quantum ad hoc, ut ipsa non habeat jus istud protomis. quando eorum vicina prædia venduntur, pro hoc facit hic in fine. Ubi dicit, quod tria sunt quæ non habent istud jus, intelligo activè, at quando ipsa bona Ecclesiastica, vel fiscalia venduntur laicis, eorum vicina prædia non negantur ibi habere conjunctionem, & capita, vel latera, & sic istud jus habere, quod videtur, verum, & notandum, quamvis malè servetur, *Ant. Caput.*

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia quæ.*
2 *Oratorium privatum differt à rigoroso, & in eo jus protomis. habet locum.*
3 *Religiosi Ord. mendic. non habent jus retractus.*
4 *Jus retrahendi an transeat in monasterium.*
5 *Ecclesia, & Republica parificantur.*
6 *Ecclesia non debet esse pejoris conditionis quàm privatus, & an emens à vicinis molestari possit.*
7 *Pro necessitate Ecclesiæ tenetur dominus invitus vendere.*
8 *Necessarias potest considerari tam pro Ecclesia: quæ est, quam quæ futura est, pro re emenda.*
9 *Vendens sponte Ecclesiæ non tenetur denunciare.*
10 *Dominium sine traditione transit in Ecclesiam.*
11 *Extraneus emens ab Ecclesia an teneatur jure protomis.*
12 *Solemnitas in alienatione rei Ecclesiæ remissivè.*
13 *Salvatur Napodanus.*
14 *Emens ab Hospitali S. M. Annunciatæ Neap. non tenetur jure retractus.*
15 *Clericus an teneatur jure congrui.*
16 *Afflictus, inconstans.*
17 *Neap. non est locus congruo, quoad Clericos.*
18 *Episcopus emens pro Ecclesia non tenetur jure congrui, qui, & fiscus habet.*
19 *Episcopi Sforzia laus in dotanda sua Ecclesia.*
20 *Episcopis, & Ecclesiis sunt bona temporalia permissa.*
21 *Clericus in foro conveniendus est.*
22 *Ratio rei sitæ habeantur propter forum, & vicinorum affectionem.*
23 *Responsum pro Clerico emente à Clerico adversus alterum Clericum vicinum.*
24 *Imperator in temporalibus Clericis, & laicis præesse debet.*
25 *Statutum compulsivum persona cessat in Clericis in quot nec verificatur pœna statuti.*
26 *Laicus consultus ab Episcopo secundum jurisdictionem Ecclesiæ judicare tenetur.*
27 *Clericus partim à Clerico partim a laico emens ab altero Clerico molestari non potest.*
28 *Constitutio cum sit extravagans, usu receptam esse probari debet.*

Ecclesia.

1 Ecclesia) idest quælibet cappella, ubi Missa celebratur. *Napodan. in consuet. si Ecclesia, num.*
2 *70. de jure congrui.* Si quis ergò in suis ædibus oratorium habet, quia non continetur appellatione Ecclesiæ. *c. unicuique de consecr. dist. 1.* potest agere, & conveniri jure hoc protomis. per hunc textum, intellige de privato sine Episcopi consensu ædificato, per *cap. fin. de censib.* Simile quod de Cappellis magnatuum dicunt *DD. in cap. inter dilectos*, & alibi, ut, & distinguit *Lambert. de jure patron. lib. 1. 5. quæstio princip. art. 21. in 8. casu, & 12. art. 11. q. princip. 1. par. ejusdem lib. 1. post Roccum de Curte. eod. tract. ver. in Ecclesiis, quæst. 4.* & ratio, quia tale privatum oratorium in domino est constituentis, sicut cætera bona, secundum *Abb. in sua disputa. Sempronius, & in d. cap. fin. de censib. concord. per, Lambert. & Roccum ubi supra.*

3 Sit ex. intelligitur activè, idest Ecclesiam non habere jus protomis. cum res vicina suis rebus venditur, ut ab omnibus hic accipitur, & in *d. consuet. si Ecclesia*, idem procedit quò ad religiosos professos ordinum mendicantium: qui jus retrahendi non habent, nec eorum monasteria offerendo precium infrà tempora statuta. *Gulielm. Benedic. repet. c. Rainutius. ver. & uxorem nomine Adelasiam, nu. 220.*

Simile quæsitum, & resolutio habetur per *Anto.*
4 *Gomez. l. 70. Tauri. nu. 9.* an jus retrahendi transeat in Monasterium proximiore consanguineo ingresso Religionem, & ibi professo? & resoluto concludit in Monasterium non transire jus retractus ex persona Monaci, cum sit consanguinitatis jus personalissimum, neque posset hoc casu ipse Monacus ad utilitatem Monasterii retrahere, ex quo jus retrahendi non potest ad commodum alterius exerceri. Et licet omnes rationes *Gomez.* videantur concludere in retractu sanguinis, ut loquitur, idē potest intelligi in retractu jure vicinitatis; quoniam res acquisita per Monacum Monasterio, desinit esse Monaci, & incipiens esse Monasterii per *auth. ingressi. C. de sac. san. Eccl. & cap. quia ingredientibus. 19. quæst. 3.* quod cap. allegat *Vincen. de Franch. dec. 40. nu. 2.* præsupposita capacitate Monasterii, & quod ipse Monacus proprium habere non potest, ut ibi, incipiens inquam, esse monasterii desinit habere conjunctionem, & vicinitatem, ut Doctores notant hic, & in *d. consuet. si Ecclesia.*

5 Ratio autem: qua res est publica jus protomiseos non habet, ut supra ver. via publica, est communis etiam Ecclesiæ, cum à pari procedant Ecclesiæ,

fiæ, & respublica; & bona Ecclesiæ dicantur bona publica *c. quid ergo, ubi Glos. verf. de re publica. 23. q. 4. & in l. fin. C. de sac. san. Eccl. & hic Benedel. num. 8.* quòd Ecclesia non habet prælationem. *Liparol. ad Andr. in §. donare. tit. quali. olim. feu. pot. alien.* allegat *Raym.*

6 Et est fortior ratio, ne ipsa Ecclesia emens rem aliquam immobilem à vicinis, jure hoc protomiseos molestetur, ne ipsa Ecclesia reperiatur minus privilegiata, quam si esset privata persona, & quia in dubio pro ea respondendum est. *l. sunt personæ D. de relig. & sump. fune.*

Videtur tamen obstare; quia is, qui vendit, tenetur vicinis denunciare, ut emant ipsi pro æquali pretio, & denunciatione non facta, jus vicinorum rei cohærens transit regulariter contra emptorem, juxta dicta per *Bar. in l. licitatio. §. mercatores. D. de publi. & vectigal.* Responde, contra Ecclesiam ementem non transire.

7 Nam considera diligenter, quòd vel Ecclesia fundum emit tanquam necessarium sibi, & ex hac causa compellere potuisset dominum ad vendendum. *l. si quis sepulchrum. eod. tit. de relig. & sump. fune. & ibi Florian. & in l. 2. §. locus dicto met. tit.* latè *Paul. de Citadin. in tract. jur. patro. 3. par. causa 1. acquir. jur. patron. num. 89.* & inde, quod observari in Sacro Consil. Neap. cognita necessaria amphiatione Monasterii, vel Ecclesiæ, testatur *Vincen. de Franch. decis. 223. emanata Regia Pragmat.*

8 Plus dicunt *Bal. in l. 1. C. de commu. ser. manu. in fi. & Floria. in d. l. si quis sepulchrum*, quod si quis in actu viventium, vel in ultima voluntate vult ædificare Ecclesiam, vel Monasterium, sive in loco communi cum altero socio, sive in loco ubi nullam partem haberet, posset compellere socium, vel illum dominum habentem rem insolidum ad vendendum locum pro Ecclesia, vel Monasterio construendo. Idque defendit, & comprobat *Anto. Gomez. d. l. 70. tauri, post num. 27. vers. ex quo infert ibi Bald.* adducens simile in re publica, vel civitate: quæ si indiget re pro communi usu, cogitur vicinus proximus vendere, & vide *Afflic. in prelud. constit. reg. q. 3. num. 8. ad limitationem l. nec emere. C. de jur. delib. de qua Igneus in repet. l. dudum num. 32. in tex. neque homines. C. de contrah. empt.* adde valde notanter *Vinc. Caroci. decis. seu casu 26.* Ubi quòd pro seminario ab Episcopo faciendo, quis cogi possit vendere, & concordantes conclusiones favore Ecclesiæ.

9 Vel nulla imminente necessitate, ipsa Ecclesia emit, & ultrò is: qui vicinis non denunciavit, Ecclesiæ vendidit, qui casus dubitabilior mihi videtur, attenta hac lege Federici: quæ ponit onus venditori, ut vicinos invitet antequam alienet, & propterea; quæ in terminis dicit *Boer. decis. 321. num. 8.* Verum adhuc dicendum est, re in Ecclesiam vendita jus protomiseos non habere locum, probo. Nam contrahi cum Ecclesia non prohibetur, & contractus inhitus etiam cum extraneo emptore non impugnatur, nec impeditur per constitutionem, ut latè probavimus *in princ. ver. Nisi.*

10 Alienatio autem in extraneum, cui lex ista resistit, per ea verba, ibi (non aliter ei permittimus alienare) quò ad Ecclesias est specialiter privilegium in emptionibus, ut sive rei emptæ traditionem habeant, sive non, dominium omninò legis ministerio acquirant, per *l. fi. C. de sac. san. Eccl.* quare neque hoc casu tenentur ipsæ Ecclesiæ hoc jure congrui rem emptam vicino cedere, ut in statuto simili concludit *Petr. de Anchar. consi. 154. optimis rationibus, & Angel. in repet. l. filiusfamilias §. Divi D. de leg. 1. per c. fi. de immun. Eccl. lib. 6. ubi Joan. Andr.*

11 Tertius casus omnibus visus est longè magis ambiguus cum Ecclesia vendit privatæ personæ: si vicini rei venditæ instarent extraneo emptori præferri eodem precio refuso, ità, ut Ecclesia minimè sit in damno, nec admisso retractu favore vicinorum Ecclesia venditrix de evictione teneretur, nec ipsi Ecclesiæ potest dici hæc constitutio onerosa, cum non impediat rem vendi cuicunque voluerit, licet contra emptorem sit actio pro retractu, & protomisi: cui consequenter videtur esse locus, ut in specie voluit *Maxil. in consuet. colonus. §. item nec Ecclesia. num. 18. & seq. de jur. proto. post Napod. in consuet. si Ecclesia ver. emat, & ante Maxillam Rober. Maranta in dispu. 8. nu. 57. vers. sed pulchrum dubium est*, quem sequitur *Benedel. nu. 14. & 16. hoc eodem loco.*

Sed contrarium pro emente ab Ecclesia firmavit *Afflic. in princ. constit. supra vers. item quaro an istud jus congrui num. 8.* quod sive Ecclesia emat, sive res Ecclesiæ vendatur, jus congrui locum non habet ratione, ut ibi idque credo ego verissimum in terminis hujus constitutionis, quæ, ut semper dicimus imposuit onus venditori denunciandi vicinis ex ordine ergo non Ecclesiæ, quia constitutio, & leges non possunt esse Ecclesiis onerosæ, eò magis, cum Ecclesia ex hac ipsa constitutione non sentiat commodum juris protomiseos activè, ut hic.

12 Præterea, & fortius, cum Ecclesiæ res stabiles alienantur, non simpliciter id ei permissum est, atque inter cætera, sollemne est secundum leges, ut per 20. dies, illas esse venales publicè fit notum, & plus offerenti dentur modis omnibus. *in auth. hoc jus porrectum. C. de sac. san. Eccle.* de qua re *Roder. Suarez alleg. 21.* Sicut & in fiscalibus est; namque decernitur quemlibet venientem intra dies in fiscalibus actionibus, vel hastis statutos ad uberioris precii oblationem admitti. *l. si tempora. C. de fide instrum. & jur. has. fisca.* quæ non vidit *Vinc. Carroci. casu 99.*

Ubi verò servatur sollemnitas à lege specialiter inducta in venditione rei, non tenetur venditor invitare vicinos, & ita notanter in venditione rei pupillaris concludit *Deci. consi. 222. nu. 9.*

Meritò *Afflicti* opinionem approbat hoc casu *Nicol. Boer. decisio. 231.* quamvis *Boerius* id firmat in suo retractu rationis sanguinis motus quia Ecclesia non habet proximos, quod etiam comprobat tacito *Boerio, & Afflicto. Ant. Gomez l. 70. Tauri. num. 10. vers. item quærò utrùm Monasterio*, quod Monasterio vendente rem ingressi: quæ fuit patrimonii vel generis sui, proximior ejus non agit ad retractum.

Sunt, & aliæ sollemnitate à Romanis Pontificibus introductæ in rei Ecclesiasticæ alienatione, quæ omissæ viciant actum. *clemen. 1. §. 1. ubi Cardin. q. 10. de reb. eccl. non alien. notanter Thom. Grammat. decisio 79. in causa Revrt. Episc. Policastri*, ubi materia Paulinæ tractatur.

13 Non

13 Non tamen per hæc contradicimus *Napodano*; cujus opinio procedit, & est verissima in terminis consuetudinis Neap. per ea : quæ supra diximus. ver. Via publica, itaque emens Neap. ab Ecclesia tenetur, & potest conveniri à vicinis infra annum juxta *consue. 1. & seq. eo. tit.*

14 Nisi essemus in casibus specialiter privilegiatis habet enim ex privilegio Sacrum Hospitale S. Mariæ Annunciatæ de Neapoli; quo emptores à dicto Hospitali non possint conveniri jure congrui, seù protomiseos, quòd meminit *Afflict. in princ. sive rubr. constit. supra vers. 8. Princeps. num. 11.* & novissimè *Præs. de Franch. decis. 383. Serenissimus Rex.*

15 De clericis valdè controversum est, quoties super profanis contrahunt, an ligentur hac constitutione, vel similibus consuetudinibus congrui, & retractus. *Bald. hic num. 13.* respondet contra clericos, ut & habes ex *Glos. Ant. Caputi Napod. in consue. ubi domus. ver. Ecclesia, & in consue. si Ecclesia.* ubi addentes plures conformes decisiones referunt, & contra Clericum, quod tenet *Cassane. in consuet. Burgund. rubr. 10. §. 1. in tex. l. homme ou femme. vers. 2. quaero.*

16 *Afflictus* verò non sibi constit hic *num. 15.* & ibi concludens, quòd clericis competit protomisi contra laicos, non laicis contra clerios : cujus contrarium asseruit supra in princ. *constit. vers. item quaero an si clericos. num. 8. & 9.* idest pro servanda æqualitate Clericos agere, & conveniri jure congrui, & protomiseos cum hoc jus non tantum non sit contra canones, imò magis secundum canones per *c. constitutus, extra de restit. in integr.* utens aliis rationibus, quas mutuatus est à *Caputo in d. Glos. Ecclesia*, & ego omisi rescribere cum fastidierim prolixitatem, testaturq; *Afflictus* ita communiter teneri per Doctores, communem quoque testatur *Io. Ant. de Nigr. in addit. ad hanc constit. ante finem*, ita ut frustrà videatur idem in dubium revocare, cum & in foris usitatissimum sit cui verò placet scribentium varietas, & numerus, videat *Andr. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. Glos. 8. le parent. num. 41. & Glos. 13. num. 2. & seq. Jacob. Novell. hic num. 38. Rober. Marant. disput. 8. Marcil. Bar. in consue. colonus. num. 16. & 22. Camill. Borrell. in Reg. Pragmat. Odia ditium. §. Glos. 3. nu. 238. Oliva in ritu Archiep. Neap. 36. Mantua lib. 2. dialog. jur. num. 39. in fi. Anto. Capyc. decis. 98.* & pro absoluto tangit hic *Bened. num. 18. in fin.*

17 Neapoli verò ex specialibus consuetudinibus aliter fuit decisum scilicet Clericos Neapoli neq; agere, neque conveniri actione juris congrui ex relatis per *D. Præs. de Franchis decis. 285. Magnificus, & Reverendus Abbas.*

In emptionibus, quas faciunt Prælati pro suis Ecclesiis cessat retractus *Napod. in consuet. si Eccle.*

18 Facit quoque ratio ne conveniantur si tenemus quod Episcopi fiscum habent, ad *Diaz. in pract. crimin. cano. c. 134. & 123. in fine Covarru. lib. 2. varia. adde Jul. Clar. pract. crim. §. fin. qu. 80.* latè disseruit pro, & contra *M. Anto. Peregr. de jur. & privileg. fisc. lib. 1. tit. 2. nu. 104. & seq. Borguin. Cavalc. decis. 15. nu. 3. 2. par.*

Præsupposito per hunc tex. in fisco activè, & passivè non esse locum juri huic protomiseos, ut in *seq. Glos. not.*

19 Quod facit pro emptionibus : quas fecit in suo Episcopatu ad ampliandum suæ mensæ patronum valdè olim tenue, nunc pinguę admodum Illustrissimus, & Reverendissimus Franciscus Maria Sforzia conversan. Antistites erga suam Ecclesiam munificentissimus, & potest sumi *argum. in c. cum Episcopus de offic. Vica lib. 6.*

20 Nam Episcopis, & Ecclesiis necessario bona temporalia esse permissa contra quarundam impias hæreses, probatissimum est ex relatis authoritatibus per *Rod. l. Dupers ad c. oportebat. 79. distin. ver. ritè ordinarentur. art. 4. pagina 168. habetur 1. qu. 3. c. si quis objecerit. & 32. qu. 1. c. Moyses*, quamvis non ignorandum sit leges fuisse aliquando latas, quibus vetitum fuit bona immobilia in Ecclesiastica Collegia, & similes manus mortuas alienari absque Principis consensu, & Universitatis, ubi bona sita sunt, sed cautè id accipi oportet, ut explicat piè, & doctè *Io. Molanus in tract. de piis testamentis, cap. 33 fol. 97. & vide tex. in cap. de immuni. Eccl. lib. 6. de quo Ferron. in consue. Burdig. de feud. & emphyt. §. 10.*

21 Ubicumque autem tenuimus, ut & communiter tenetur personas ecclesiasticas subiici juri congrui & protom. sim suo foro conveniri eas oportere, non est dubium, etiam propter actionis naturam, cum sit realis, in specie *Napoda. in allegata consuet. si Ecclesia. n. 75. in an. & in consuet. ubi domus nu. 59.* & est communis opinio de qualibet reali actione, secundum *Cavens. in ritu 235. nu. 15. 4. fallentia.* Atque in terminis juris protomis. agi coram Episcopo firmavit hic *Caputus.*

22 Habetur autem ratio rei sitæ, etiam si contractus alibi celebratus, & actor reus haberent alibi domicilium, est decisio Sac. Consilii per *Vinc. de Franch. 389. & fallitur Bened. nu. 67. in princ. aliter sentiens*, ut alibi dicam.

Et ubi res sita est: proclamationes, & subhastationes fieri debere ratio afferri solet propter verisimilitudinem, quod ibi facilius inveniuntur emptores, quam alibi ex affectione vicinorum, considerat *Petr. Rebuff. in comment. constit. Reg. Franc. 2. tom. de praeco licitat. art. 1. Glos. 2. nu. 6. & 7.* & hoc notandum est, ubi proclamata fiunt pro ipso retractu denunciando, ut ex forma statuti ponit *Novel. supra §. 1. nu. . . .* & refert *Bened. nu. 42.*

Responsum.

23 Pro Clerico terræ Nucum; qui emit à clerico domum vicinam alteri clerico à quo jure protomiseos conveniтur in Episcopo Curia Conversanensi, ità consultus respondi, v. Non. Martii, M.D.XCVIII.

24 Pro actore allegari possunt quæ notata sunt in *vers. ecclesia ad const. Federici Sancimus. §. fin.* Et ratio videtur clara; quoniam Imperator Universis & Clericis, & laicis in temporalibus præesse debet, format formaliter inquit *Innoc. in c. noverit. de sent. excommu.*

25 Verum pro clerico emptore est particularis conclusio *Marantæ disput. 8. nu. 51. super 5.* & ultimo membro, quòd cum utraque persona sit ecclesiastica, debet cessare constitutio, quæ est compulsiva personæ in eo: quod habetur de necessitate denunciationis. Lex enim præceptiva, & arctativa non ligat clericos, ex dictis per *Alex. consi. 210. col. penul. vol. 2. cum aliis ibi per Maran. in 5. arg. 1 par.*

clesis

cujus opinionem quoad hunc casum confirmo validiori medio, quoniam constitutio non solum ponit necessitatem denunciationis ante alienationem, sed est quoque pœnalis in rem, & in personam, ut ad literam patet in *§. causa vero dotis vers. si autem post juramentum.* Dico sic. Non potest lex, vel statutum intelligi, ut comprehendat clericos, cum non possit in eos verificari pœna statuti. *Soccin. probat assumptum consi. 71. n. 23. vol. 4.* comprobo clarum est in Regno laicos non judicare de personis clericorum, sed Ecclesiam, & Curiam Ecclesiasticam secundum Canones, & jus Ecclesiasticum, *Thom. Grammat. decis. 61. col. pen. & fin.*

26 Et ego laicus consultus ab Episcopo teneor secundum jurisdictionem Ecclesiæ, & Episcopi causam mihi committentis judicare, juxta *Hostien. de testam. §. qualiter constituatur. vers. verum quem citat Alex. consi. 210. nu. 11. vol. 2. Abb. notanter in c. quod clericis, nu. 14. de foro compet.*

27 Quod si partem à clerico partem à laico emit ipse clericus conventus adhuc magis est in tuto: quia factus est consors in parte laicique erat communis cum clerico in casu propositæ consultationis, & consequenter præferendus est vicinis non consortibus, per *tex. in §. scriptum est, vers. si autem domus propè castrum, ubi not.*

28 Debebat actor probare ad adjuvandas rationes ex adverso ponderates in loco adesse consuetudinem, juxtà *c. constitutus. de restit. in integr.* ubi de hoc; namque cum hæc constitutio sit extravagans, ut nuncupatim. *Deci. consi. 619. licet in casu proposito nu. 7.* oportet probari, quod usu recepta est in foro Ecclesiæ, alias inter clericos nulla videtur ejus ratio habenda. *Glos. in cap. 1. de tregua, Petr. Pau. Paris. consi. 105. vol. 4.*

Igitur clericum emptorem absolvendum, censeo ego *Prosper Rendella à Monopoli I. U. Doctor.*

S U M M A R I U M.

1 *Curia unde dicta sit, & quomodo hic accipiatur.*

Glos. Curia Ant. Cap.

1 Curia) dicitur autem Curia à Cura, & cura dicitur à corde, quasi cor utens, vel quia à corde fluat secundum *Bran. in ver. Curia, & Ugon.* Primo autem Romulus in 30. partes Romanum populum traditur distribuisse, quas partes curias appellavit, pro eo, quod tunc reipublicæ curam per earum partium sententias expediebat, ut *ff. de orj. jur. l. 2. §.* licet secundum jus Longob. Curia dicitur à crebre; ut legitur, & notat. in *Longob. de testib. l. constitutum est.* Sed hic accipitur Curia pro bonis fiscalibus, ita ponitur in *constit. reg. hac lege ver. in illis tamen casibus; ubi Glos. sitrn. ut, post remiss. infra 10. pronuno.* & ita vulgo dicimus, ista possessio est Curiæ, idest fiscalis. *Ant. Caput.*

S U M M A R I U M.

1 *Curia quæ dicatur?*
2 *Fiscus, & Curia, idem significant, hoc loco.*
3 *Fiscus cuius propriè sit.*
4 *Fiscus parificatur Ecclesiæ, & reipublicæ.*
5 *Fiscus interdum tenetur requirere rei socium an velit emere.*
6 *Fisco cur privatus non tenetur denunciare, ut emat.*
7 *Senatusconsultum refertur pro republica contra privatos rerum dominos.*
8 *Emens à fisco un teneatur jure protomis. cum multis pro ornatu l. bene à Zenone. C. de quatrien. præscrip.*
9 *Nota statum Venetiarum de retractu.*
10 *In bonis fisco addictis cessat retractus.*
11 *Delinquente eo, qui habet partem inferiorem domus, ob cujus delictum esset domus destruenda, quid juris.*
12 *Principe vendente rem jure privato locus est retractui.*
13 *Re per Principem privato jure vendita non est facienda subhastatio.*
14 *Rex non cogit privatos dominos, ut res suas vendant ad privatum regis commodum.*
15 *Ecclesia prælationem habet in re ratione directi dominii.*
16 *Curia dicitur quoque Episcoporum, & Baronum.*
17 *Extra Curiam quomodo fit locus protomisi.*
18 *Æquiparatio Ecclesiæ fisci, & Reipubl. remissivè.*

Curia.

1 Curia.) est autem Curia secundum consuetudines feudorum accepta idem quod Curtis. Domus: quam habet dominus in loco sui vassallagii. *Alvar. in c. 1. in princ. de cap. t. qui cur. vend.* Et in Curiam vocari, exponitur ad palatium publicum, vel prætorium. *Pennens in l. 2. C. de decurio, & vide Glos. Joan. de Terra Rube. in proœm. tracta. contra rebelles. fol. 4. col. 4.* hinc legitur crebo in *Longob. bona pertinere ad palatium, idest ad fiscum seu curiam regis tit. de rob. for. factis, & vide Covar. pract. quæst. cap. 5. nu. 10.* Cortes verò dici, & vocari comitia generalia, interpretatur *Alvar. Valasc. Lusitan. consul. 100. num. 6.*

2 Et fiscus, & Curia pro eodem ponuntur in *c. regni cujus est initium.* emergent um rerum confusa varietas, & hic curiam pro fisco, & republica intelligit *Affli. & Andr. Tiraq. de retr. lignag. §. 1. Glos. 13. in fine,* quamvis non converti rempublicam, & fiscum; dixerit *Barto. in rub. C. de jur. fisc. nu. 5. & inde lib. 10.*

3 Nam fiscus propriè Principis est. *Alcia. in l. inter publica. D. de verb. & rer. signifi. ver. fiscus, quem Pennensis saccum vocat in d. rub. C. de jur. fisc. & in l. quicunque, C. de omni agra deser. latè declarat M. Anto. Peregr. lib. 1. de jur. & privil. fisc. c. 1.* & tu vide notanter *Bald. consi. 363. vol. 1.* quæritur an si per officiales. Quæ autem sit Camera Regis, aut aliorum dominorum, ponit *Marin. Freccia de subfeud. lib. 1. tit. de offic. Mag. Camer. num. 9. Bossi in tit. de Fisco. Camill. Borrell. ad Bellug. in 10. rubr.* ubi quot modis capiatur Curia *Foller. in constit. Reg. causas per Magistros in princ.* Nam esse verbum æquivocorum dicit *Socci. consi. 86. in causa vers. secunda conclusio fit.*

4 Dic ego fiscus, sive Curia non habet protomisim par ficatur enim Ecclesiæ, ut in *l. fi. C. de sac. san. Eccl. & not. in c. 1. extra de integr. resti. & republica, ut alibi. C. ne fisc. vel Respubl. in rub.* licet in multis differant fiscus, & respubl. per *Barto. in l. non est. D. de bono. possess. & in d. rubr. C. de jure fisci libr. 10. Alber. post Cyn. C. ex quib. caus. majo. l. respubl. & DD. in locis ante citatis.*

5 In hoc itaque videtur fiscus pejoris conditionis, quam privati rerum domini, quoniam si fiscus rem communem cum privato habeat, in ejus rei venditione, tenetur requirere consortem, an velit ipse

hortum olerum; quia vicina est, & propè domum meam, daboque tibi pro ea vineam meliorem, aut si commodius tibi putas, argenti precium, quantum digna est. Respondit Naboth, Propitius sit mibi dominus, nedum hareditatem patrum meorum tibi) ergo invitus non tenetur dominus Regi vendere cum de privata re patrimoniali agitur, merito esse locus debet huic constitutioni activè, & passivè.

Neque dicitur impugnari factum Principis, cum ex illo facto, idest re à Principe vendita, oriatur jus vicinis pro retractu, ut in demanio considerat notanter *Joan. Vinc. de Anna alleg.* 87. quam vide.

Jure verò Regis cum quid facit Rex aliter dic. *ut 1. Regum c.8. Hieron. Laurent. decis. Amen.* 133. *Sarmient. select. interpret. lib. 1. c. 8. num. 28. ad interpretationem dic. cap. 8. Regum quo jure Achab non fuit usus.*

15 Ad Ecclesiam, & Fiscum redeo, evenire enim potest, quòd ob defectum emphyteotæ rem immobilem ab Ecclesia tenentis fiscus sive curia Regis eam rem confiscaret, & deinde (ut assolet) subhasta venderet plus offerenti, posset Ecclesia directa domina rem ipsam recuperare, ut *in authen. de alien. & emphy. §. collat. 9. per Bar. in l. si finita. §. si de vectigalibus. D. de dam. infec.*

Habet enim ipsa Ecclesia prælationem in re sua feudali, vel emphyteotica per emphyteutam vendita, poteſtque Prælatus Ecclesiæ nomine retinere. *not. Barto. in l. 1. §. usufructuarius in fine. D. de ope. novi nunciat. Innoc. post Glos. in c. conquerente. extra de offic. ordin. Arno. Ferron. in consuet. Burdig. de feud. & jure emphyt. §. 10.*

16 Quod de Curia dicimus, verificari potest in Prælatis: qui & Curiam habent per *Bald. in l. 1. §. hujus studii. in fi. D. de just. & jur.* ubi Curia Episcopalis Perusina dicitur Curia Ecclesiastica Perusii sicut Ecclesia Perusina, & diximus supra ver. Ecclesia, ubi tetigimus de fisco Episcopi. *Bal. in authen. qua in Provincia. C. ubi de crimi. agi oport.* Non tamen intelligas habere bonorum confiscationem: quæ authoritas est Supremæ Curiæ, ut in Episcopo limitat *Bajard. ad Jul. Cla. q.* 80. cujus ubi supra meminimus.

Quid autem in Baronibus? est proprius titulus in feudis, de Capit. qui cur. vendid. Et Curiæ dominicales in pagis, & villis sunt; quæ vetustatis velut umbram referunt. *Zasi. in l. 2. D. de origi. jur.* quia verò dici potest Curia, cum dominus habet dominium possessionum, & fundorum totius alicujus villæ, eique omnes rustici, & coloni respondent deferentes fructus, & redditus ad domum dominicalem existentem in dicta villa, jam dici debent Curiæ reddentes vassalli, & esse in Curia domini. *Bal. & DD. in d. c. 1.* exponit enim *Bal.* Curiam: quæ tenetur in feudum ab Imperatore, vel Rege, vel Marchione, Duce, vel Comite, estque nomen universale significans quicquid Dominus tenet pro Curia, & Curiæ annexum, & vide *Bal. in*

17 *cap. cum Bertoldus, de re judic.* Ideo potest esse quæstio, cum venduntur, vel in emphyteusim, vel per longam locationem alienantur istæ possessiones Curiæ, vel iis vicinæ, & tenendum est sicut in Ecclesiis resolvimus, Baronem, vel infeudatum ita alienantem cum domini consensu, non teneri hoc jure protomis. invitare vicinos, nec vicinos res Curiæ vicinas, & conjunctas alienãdo aliquo ex his titulis teneri ad denunciandũ suo domino ex hoc jure, idest ex ista constitutione. Verum observari ea: quæ notavimus supra §. 1. *vers. sub eodem servitio, & in pr ncipio constitutionis. ver. per emphyteusim.* Intellige quando dominus habet in feudum, potest namque non in feudum habere, sed liberè curiam, idest Universitatem prædiorum cum dignitate, vel honorantia: quo ca u dominus illa vendere, permutare, & pignorare potest, secundum *Bal. in d. c. cum Bertoldus. col. 2.* igitur huic constitutioni de protomisi subiiciuntur activè, & passivè extra feudi regulas. Quemadmodum intelligi quoque oportet quoties dominus non habet in Curia dominium totius villæ: cujus Villæ possessiones pro majori parte sunt rusticorum, colonorum habitatorum, & incolarum, ipse verò dominus habet aliquas possessiones; pro quibus non est opus habere curiam, vel domum dominicalem, extra Curiam habere dicitur, & alienare. *bona addit. ad Bertach. 1. par. repert. ver. Curia Papæ,* his igitur casibus inspici debet alienationis causa, necne juri huic protomis. congruat, cogita si quid habes melius.

18 Quoniam verò tria hæc æquiparavit consuetudo: de qua hic in textu, pro coronide optimè faciunt. quæ Everardus in Topicis docet. loco à fisco ad Ecclesiam, ab Ecclesia ad fiscum, & à Republica ad Ecclesiam.

SUMMARIUM.

1 *Interest venditoris locum non esse retractui.*
2 *Clausula ad habendum, &c. à fratribus, vel sociis in divisione bonorum communium adjecta, an satis sit ad excludendum vicinum à protomisi, & ad fideicommissi inducendam renunciationem.*
3 *Consensus non solum verbis expressis, sed exteriori alio actu, vel dicto dari potest.*
4 *Fidejubens de evictione, vel alio actu alienationi cõsentiens, an excludatur ab hoc jure protomis. & quid si cautio obligationis non solum fuit, vel fidejussoris, sed etiam uti principalis, & insolidum pro contractu obligati, ut ex facto evenit.*
5 *Consensus magis præjudicat in terminis constitutionis Sancimus, secundum quam ante rei alienationem sunt requirendi vicini, quàm aliarum consuetudinum.*
6 *Cautio obligationis, uti principalis, & insolidum est longè efficacior, cautione fidejussoris, & quomodo hæc considerentur respectu emptoris.*
7 *Decisio Sacri Consilii.*

Additio.

His quæ superius dixi in ver. renunciaverint. §. Scriptum est aut ad primum casum licentiæ: quæ venditori datur, addo, Non ab re positum in eo: qui rem venalem habet, idest propè ut vendat, obtineatque à vicinis vendendi li-

1 centiam. Cum enim venditoris intersit, quo facilius emptorem inveniat, nimirum si ejus pactum emptori quoque extraneo prodesse debet, juxtà ea: quæ habentur. *& not. in l. stipulatio ista. §. alteri, ibi* (nihil interest mea) *D. de verbor. obligat.* in terminis comprobat. *Andr. Tiraquel. dict. §. 1. Gloss. 9. num.* 132.

2 Quid si res illa non esset eo tempore vendenda, ut putà, rebus familiaribus inter fratres, vel communibus inter socios divisis, mutuo sibi licentiam

per generalem clausulam darent (ut assolet) ad habendum, tenendum, vendendum, alienãdum. &c. Num si tractu temporis frater, vel socius vendat, generalis haec refutatio satis erit ad excludendum vicinum fratrem, vel sotium à protomisi & congruo? quod ita videtur vi ejus clausulæ: quæ adeò potens est, ut per eam etiam fideicommissi vinculum, eveniente postea conditione, remissum inter dividentes bona subjecta, censeatur, ex recepta conclusione *Barto. in l. qui Romæ §. duo fratres, quæst.8. de verb.oblig.concord.per Aym. Crav. consi. 24.vers.3.posito,& non concesso.num.8.lib.1.*

Oppositum tamen est verum à fine intento. Non enim id dividentes intellexerunt, sed ut plenissimam dominii traslationem assignatæ cuilibet portionis significarent. ideo *Bal.* in proposita quæstione fideicommissi *consi.* 89. *dominus Thomas Asmarius.vers.circa quartum punctum.vol.* 1. eandem clausulam repetendo, ponderat, quòd aliud est dividere, & aliud dare licentiam alienandi pro libito voluntatis, Scientes onus fideicommissi, & intendentes fideicommissum evertere, quo secundo casu subdit ipse *Bald.* ratione pacti licitum est, quod alias non liceret, generalis ergo clausula non egreditur terminos specialis dispositionis: cui adhæret *l.si de certa.cum ibi nota. C. de transac.* Nisi ratione connexitatis sivè cohærentiæ, secundum *Glo.in c.accusatus. vers. judicari. de hæretic. lib. 6.* jus protomiseos non cohæret divisioni, neque de eo cogitatum, ergo clausula ultra non operatur, nec ad futuram venditionem extenditur ultra finem intentum adjuvandæ, ac exequendæ divisionis, quod est de natura generalium clausularum, secundum *Cardin.in clem.1.§.ad hoc 3.oppo.de præben per illum tex. Ant. Gabr. commun. conclus. de clausulis conclus.* 10. *in princ. allego in terminis Napod. in consuet.*1. *de jure congrui, nu.*12. *&* 13. dum constituit differentiam inter pactum, & si simplicem refutationem, renunciationem. seu consensum; dicens, non trahi ad futuras emptiones, sicut pactum sivè personale, sivè reale, de quo intellexi dictum primum casum pro extraneo emptore: cui pactum venditoris prodest, quem sensum si haberet *Bartol.Cassane.in consuet. Burgun. de retraict. §. 10. in fin.vers.sed quæro, non animadvertisset simpliciter reprahendi à Tiraq.ead.Glo.9. num.129.& 130.vers.tertius casus,& vers.his tamen non obstantibus.*

3 Quod vero attinet ad tertium casum, cum vicinus extraneo emptori cedit, advertendum, quia consensus non solum expressis verbis dari potest, ut ibi dictum est, sed etiam videtur quis consensisse ex exteriori aliquo actu, vel dicto, & dicitur exinde expresse datus consensus: qui propterea tribus modis distinctè exemplificatur, ut per *Soccin. consil.*112.*num.*8.*vol.*1. quem sequitur.& concord. citat *Cassane.rubrica 4. ver. du consentement. n.*11. Unde DD. affirmant, quod cum quis ultra præsentiam; quam adhibet, facit actum: ex quo resultat consensus sibi præjudicat.not aliter *Anto.Corset.sing. 281.verbo taciturnitas.*

4 An igitur non expressis verbis consentiens extraneo emptori dici debeat vicinus ab hoc jure exclusus? exteriores hos actus exemplificat *Tiraq. d. Glos.9.num.*158.*& seq.* Verbi gratia si evictionem se præstaturum spoponderit, vel emptori persuasit, ut emeret, vel etiam ipse scripserit instrumentum venditionis (non id intelligas ratione officii, ut Notarius) vel si etiam fidejuberet pro venditore apud emptorem extraneum, *ut num.*273. *vers. postremo quid de fidejussore*, atque inclinat ipse his actibus præjudicium fieri consentientibus.

Accidit factum Monopoli, quo frater idem que vicinus non solum contractui venditionis cum extraneo celebratæ interfuit, sed etiam fidejubendo intercessit, ac principali nomine, & insolidum se obligavit ad observantiam omnium, & singulorum in dicto contractu contentorum ad favorem emptoris: quem postea in judicium traxit deposito precio soluto, petiatque jure sanguinis, & vicinitatis præferri. M. Curia conventum ab impetitis statim absolvit, cum causam retulerit Dominus Antonius Caracciolus Iudex tunc M. Curiæ patricius Neapolitanus, doctrina, & humanitate nemini secundus. Verum quæstione in disceptationem longiorem deducta in S. R. C. contra Tiraquellum, aliosque ejus opinionis nonnulla effundebantur, ne fidejussor eo modo videretur excludi, præsertim ex opposito *Tiber. Decian. Doctor magni nominis consi.*68. *vol.* 2. *num.*15. *& consi.* 105. *vol.*3.*Renat. Coppin. de moribus Parisi. lib. 3. tit.* 4. *circa finem*,& quidam alii, ea ratione attenta, quia non videtur contractum venditionis impugnare, sed ex nova causa venire, nec de evictione excipi posse: quæ ex natura rei provenit, quibus motivis D. Marcianus primarius advocatus eruditissimus pro extraneo emptore satisfecit ex his: quæ in eadem facti specie posuit *Tiraquel. d. num.* 133. *&* 273. cui addidit *Hartaman. Pistorium lib.* 2. *comment.quæstio.*12.*à num.*49.*&* 52.*Horat.Carpan. ad stat.n.Mediol.c.*417. *num.*410. *tom.* 1. mihi ante citatum ab optimæ Indolis, & maximæ expectationis Juvane Vincentio Maria Bandino U. J. D. uti filio dilecto, & benemerito, *cum Sess. decis. Arago.* 14.*& Rota Romana in novissimis decisio.* 152. *parte* 2. quos per te vide, ne alienis laboribus quicquam detraham.

5 Et ego advertendum putavi ea potissimum ratione: consensuum, etiam non expressis verbis, sed per actus similes à vicinis præstitum operari pro extraneo emptore, quoniam antequàm res vicina alienetur, hi requirendi sunt, ut consentiant, vel ipsi retrahant eodem precio, ut in secundo textu constitutionis notavimus, non sic est in casu consuetudinis, per quam nihil ab initio cum consanguineis agi oportet: quibus non nisi re de parentela alienata jus retractus oritur, & ita terminos in specie distinguit, & solvit *Andre. Tiraq. d.num.* 133. nuncupatim loquens de hac ipsa constitutione Federici de jure protomis. re igitur vicinorum consensu alienata, nihil superest vicinis agendum, quin iis obstet doli exceptio: qua signanter opposita emptorem in patria defendi Joannem Baptistam Ficollam civem optimum, & mihi summa necessitatem conjunctum. Ac in proposita facti specie adjuvatur *Tiraqu.* authoritate *Baldi in commentar. dictæ constitutionis, vers. sed tunc quæro quid juris, cum vers. sequen. & ibi.* Quid si vendo justa necessitate coactus: ponit enim casus de eo: qui antequam extraneo vendas, vicinos suos ad emendum invitat, & requisitio denunciatis officit, qui sensus bene congruit textui constitutionis imponentis onus denunciandi antequam res alie-

ne-

netur in extraneum per venditionem, *ibi in textu alienare per venditionem, & deinde non aliter permittimus alienare, nisi prius, &c.* dici enim potest venditum, non tamen alienatum, quod priusquam in effectu tradatur consensu vicinorum in domini sit vendenti, ex *textu l. alienatum 67. de verb. & rer. signific.* & quæ ibi notavimus, possentque vicini impedire contractum volentes ipsi præferri per prędicta.

6 Cautio vero obligationis fidejussoris uti principalis, & insolidum longè efficacior est ea: quæ fit per simplicem fidejussionem juxtà tradita per *Hippoly. Marsil. in rubr. de fidejussor. num. 62.* ob plures, & distinctos modos, qui sunt distincti secundum *Glos. singularem in authen. de fidejussor. in princ. Modernus Muscat. ponit eod. titu. modo 20. num. 18. & 21.* Quæ obligatio distinctè consideratur; quoniam quò ad eum; qui stipulatur, censentur duo rei principales, quò verò inter se is habetur principalitèr spectat, altèr verò accessoriè fidejussor, ex *Barto.* & aliis doctrinam expicant *Aym. Crav. consi. 77. num. 3. Joan. Cephal. consi. 220. num. 17. Glo. in l. vir uxori ad Sen. Cons. Velleja.* in id ab omnibus citatur. *Vincent. de Franchis decisio. 208.*

7 Causa eadem in S.R.C. relata ab eminentissimo, & integerrimo J.C. Joanne Baptista Meliore, re & nomine, jure & meritò laudatissimo, die 2. Decembris confirma est sententia M.C. benè scilicet judicatum penes Scacciaventum. *Prosper Rendella.*

F I N I S.

BALDASARIS BENEDELLI.

In rubr. de Jur. protomiseos animadversiones.

SUMMARIUM.

1 Materiam Juris congrui, sivè retractus scribentes omnes tractant in *l. dudum. C. de contrah. empt. & in c. constitutus de restit. in integr.* qui retractus quomodo consideretur colligi potest ex *l. 1.* ibi totum retractum legitima soboli reddatur *C. de naturalibus liber. l. 2. C. de fund. & salt. rei*

2 *dom. lib. 11.* ibi ea jura se retrahantur. Et jus retractus nemo indirectis viis adimere potest cum beneficium legis nemo possit alteri auferre, *l. nemo potest. ff. de reg. jur. l. cerdonem. ff. de oper. libe.* nec remotioris festinatione jus proximioris debet lædi. *l.*

3 *si solus. ff. de acq. hared.* remotior autem, qui rem retraxit, antequam proximior ad retractum veniret, non recuperat expensas retractus ab eodem proximiore quia cogitare poterat, evenire posse, ut proximior redimeret. *l. si domum §. idem quæsiit. ff. loc. l. quibus diebus. ff. de condit. & demonst. Cassane. in consuet. Burgund. tit. de retractu §. 3. ver. sed quæro,* an iste refert, & sequitur, licet non ligat pedes, *Tiraqu. de retract. consanguinitatis. §. 11. glos. 6. nu. 3. & 4.* dum ex Floriani authoritate in consorte redimente loquitur, retrahunt equidem proximiores à remotioribus, ita, ut etiam in fundo præferantur, & revocent, sed tamen magis id jurare prælationis, quam retractus fit. *c. Titius, & ibi doct. si de feu. fuer. contr. inter Dom. agna. proximior autem est* quem nemo antecedit *§. proximus, instit. de leg. agn.*

4 *success.* in retracto consanguinitatis probanda est consanguinitas, & de modo traditur per *Doct. in c. Michael. de fil. præsbiter. & c. transmissa, qui fil. sint legit. & c. licet ex quodam de testa. & c. per tuas de* pre-

probat.glos.& doct.in d.cap.Michael. & singuli gradus sunt distinguendi *d.c.licet,&Tiraq.de retrac. consang. §. 1. glo. 15. in princ.* ubi quod non satis est quod tales pro consanguineis reputētur, quòd hoc procedat tantum in patre, & filio, marito, & uxore,& agnati in quæsitis ex parte patris cognati inquæsitis ex parte patris cognati inquæsiti ex parte matris præferuntur, post Fabrum, quem allegat in *§. si plures. Instit.de leg. agn. success. asserit. Ferron.in consil.Burde.lib.1.de retractu.§.1.argum.*
5 *l.de emancipatis.C.de leg.hæred.* & admittitur consanguineus usq; ad decimum gradum numerando de jure civili, ut in successione. *Tiraq. de retract. consang.§.1.ver.onlegnagier.glo.9. nu.23.* potest tamen id aliter intelligi diversis consuetudinibus, quas ibi allegat *nu. 25.* & conjuncti admittuntur æqualiter si sunt in eodem gradu, *arg.l.si hominem in fin.ff.depos.§.1.auth.de hæred.quæ ab intest.defer. coll.9.*& arbitrio boni viri, vel Judicis authoritate partes distinguuntur, *l.inter.C.famil.hercisc.*& in individuis totum potest uni adjudicari, si alteri in pecunia condemnetur, *§. si familiæ, §.eadem interveniunt.instit.de off.Jud.l.habeo ; ff famil.hercis.*&
7 locum habet jus repræsentationis, quemadmodum in successionibus, *Ferro.in consuet.Burdeg.lib.1. titu de retr.§.6.*ut in fratre,& nepote, filio fratris in collateralibus, secùs in aliis, quia non fit repræsentatio, ut ibi juribus per eum allegatis,& primo loco, *§.si plures.Insti.de leg.agn.success.*& avunculus, quomodo consobrinis sit potior, vide *l.avunculo.C.comm.de success.licet Ferro.dicat ibi*, secus
8 esse apud eos. Proximorum autem appellatione non venit uxor, aut maritus, *l.cum alienam.C. de leg.l.1.& ibi Bar.Bald. Alex.Corn.Dec.Curt. C.unde vir,& uxor.* neque gener, aut nurus. *l.fi.c.de verbo.*
9 *sign.* Et retractus jus datur consanguineis uxoris non mariti in ipsius uxoris dote vendita, ut affirmat,& allegat *Jacob.Omphalius lib.3. civil.polit.c. 2.num.22.* & vendente viro,& uxore,& quolibet eorum annuum vectiga.consanguineus cujuslibet admittitur ad retractum insolidum, *Tiraq.de retra*
10 *ctu consanguin.§.31.glo.unica.* Et si dubitetur an alienatum sit patrimoniale, vel acquisitium in dubio potius censetur patrimoniale *Ferron.in consue.Burde.titu.de retrac.§.11.in fin.per tex.in c.1. §.ult.* & ibi Doctor.de successione fratrum, sive de gradi succed.in feud.& paterna res non potest dici empta ex bonis paternis alienatis affirmat idem *Ferron.in tit.de testam. §.7. late Tiraqu. de retrac. consan.§.32 glos.unica.nu.10.*cum sequentibus, nec paterna res potest dici subrogata loco rei alienatæ ut notant *Pappo, suis commentariis retrac.§.462.* circa finem, secus si permutaretur cum alia, quia tunc dicitur patrimonialis, notat *Tiraq.de retract.*
11 *consang.§.32.gl.unica.n.26.& seq.*& cum petitur alicujus rei tanquam patrimonialis retractus, ea qualitas est declaranda, alias reus absolveretur, ut per *Signorol.consi.81.l.si adulterium.§.incastum.*ibi utique si error allegatur. *ff.de adul.* Et si cessionarius consanguinei eo casu quo potuit fieri cessio, ageret pro retractu, sine mentione consanguinitatis caderet à caussa, ut ibidem per *Signorel.*quem ad id citat *Tiraqu.de retract.consan.§.26.gl.3.n.16.*
12 & est sciendum quod agnatis, & Domino in alienatione feudi concurrentibus, si est paternum ipsi agnati præferuntur, *c.1.de alie feud.pater.*si est novum præfertur Dominus *§.si fuerint, quib.mo feu. amitt. in feud.* & consanguineo, aut vicino præfertur Dominus rei emphyteoticæ in venditione ipsius, *l.fi.C.de jur.emph.argum.legis si cum dotem. §.ult.ff.solu.matrim.Bald.in tract.protom.col.2. ver. cum venditur res, Alber.de Ros.Jacob.de Raven Jacob.de Sancto Georg.& Guliel.de Cun. in l.Imperator.ff.de pactis Rebuff.in l.unicuique, C.de proxi. sacr.scrin.lib.12.Alvar.in §.porro.qual.olim feu.pot. alien.*& est communis opinio, ut per *Ferro.lib.1.de retract.§.2.*honoraria tamen non debentur si ea ante à debitore exegerit. *Bald.Guliel.de Cun.Ang.Petrus.Alber.Jaco.de Sanct.Georg.in l.emptione, ff.de pactis*, præferuntur tamen ipsi agnati extraneis finita emphyteusi in tertia generatione, qui sunt in quarto gradu, *Tira.in præfatione de utraqua retractu.nu.41.*ubi multa allegando congerit. Sed in re-
13 tractu fœmina exclusa à statuto, quod non admittatur, patet infra in *princip.constit.nu.207.*& adde *Benedic.in c.Raynut.de testam.*verbo duas habens filias *nu.41.*quia paria sunt extare, vel extare, & non succedere. *l.2.& ibi Barto. ff.ad Tertull.l.1. §. filium.ff.de bonorum possess. contra tab.*alias extenditur etiam ad filias fœminas, *Cepol. cons. civil.62. & 63.* maximè ubi est verbum si quis, ut in hac constitutione, ubi ultra ea, quæ allegantur notat *Deci.in l.fœminæ nu.56.de reg.jur.& l.generaliter in princip. C.de inst.& subst. Jacob.Novel. de protomisi.§.1.nu.12. cum sequen.* ubi testatur *de comm. Mars.sing.481.* Fratres utrinque conjuncti in ma-
14 teria retractus præferuntur fratribus ex uno latere tantum si concurrunt in re paterna, *Cassan.in consuet.Burgun.rub.10.§.1. verbo le plus prochain. nu.4. ver.sed pone*, quod idem, & in *§.4.per totum. Tiraq.late §.15.Glos.2.nu.4.* limitando, ut ibi per eum *nu.10.cum seq.* Retractus autem plerumque ex forma statuti, aut municipalis consuetudinis masculos tantum complectitur,& merito non fuerit inductus ea potissimum ratione ne res exeat de familia, *arg.l.§.quamvis ff.de ventre inspicien.conjuncta l.pietatis,C.de suspect. tuto.latè Cyn.& Salic.in l.dudum, C.de contrah. vend.* & jus retractus
15 dicitur esse annexum personæ agnatorum, nec ab eis separari, nec cedi regulariter, nec avelli potest, quæmadmodum dicitur de jure primogenituræ. *Bald.in l.cum antiquioribus, C. de jur. deliber. & consi.389.lib.2.* cum cohæreat personæ, *l.qui hæredi.ff.de condit.& demonstr. l.stichum usumfructum*
16 *ff.de solut.*non loquendo tamen de retractu conventionali, nam illud cedi potest absque ulla ambiguitate, aut scrupulo, ut latissimè discutitur, & traditur à *Tiraq. de retrac. consang. §.26. vers. de conventione l.glo.3.in prin.*& per totum, at in alio genere retractus, quòd cessio nullitèr à consanguineo extraneo facta ipsum cedentem jure suo cadere faciat,& transferat jus ipsius in alium remotiore asserit constanter, *Gorar.Bagoil.in sua disput.retractus per l.quod meo.§. si furioso, ff. de acq. poss.* quod approbat etiam *Tiraq.de retrac.consang.§.26. glo.2.nu.14. in fin.*hoc est enim beneficium, quod competit personis, de quibus innumeris legibus specialia constituta sunt, & quidem propinquorū personas maximè respicit Imperator, alio tamen respectu in *§.propterea igitur in au.de exhibendis reis col.5.*quo, qui abutitur non eo gaudere debet, & facit *l.non fraudanter,§.nemo cum multis exemplis,*

Glos.

*Gloss.ff.de reg.jur.*hoc jus,sivè beneficium retractus linearum, ut cum *Tiraq.*loquatur,quem toties allego,nec ejus virtuti ac doctrinæ quid latenter detragam, *in retract. consang. sivè lignagier. lingua Gallica,§.1.vers.oulignagier.gl.9.n.1.* Galli vocant Itali jus protomiseos, sive juris congrui subsi-
17 dium,in quo non ex eo,quod quis sit forensis excluditur.*Soc.Sen.consi.271.nu.7.vol.2. Tiraq.de re-*
18 *tract.consang.§.1.gl.14.*& non detur quærere emptor utrum petens retractum sit de proximioribus cum hoc non spectet ad eum,sed quantum ad ipsum sufficit petentem retractum unum esse in cōsanguineis,ut colligitur ex iis,quæ supra dixi ,& habetur hoc apud *Ferron. in consuet. Burdeg.§.6. de retrac.in prin.*quod autem dictum fuit de consanguineis,est etiam intelligendum de vicinis, de quibus plerumque statuta Italiæ loquuntur, & de quo etiam in hac constit. ubi latè per *Afflict.* & alios qui in ea scripserunt , & materiam non parum locupletaverunt,quibus ego quoque quę mihi occurrunt qualiacumque sint adiicere non erubesco,non equidem infesti , aut ascitantis , sed cupidi lectoris gratia , cui non inutilibus doctrinis quantum fieri potest satisfacere conabor.
19 Permitto autem quod nostra interest malo carere vicino constat ex *l.ulti. C.de pact. inter empt. & vend.*ibi multum ejus intereat, nè vicinus non solum quem nollet aggregaretur , & *cæter.l. quod sæpè,l.ult.cum gl.ff.de contrah. empt.* his verbis Si quis in vendendo prædio confinem cælaverit, quem emptor si audisset empturus non esse teneri venditorem dicimus,& ibi *Gl.*exponit confinem idest malum vicinum,quem vicinus tenetur dicere & cæt.Idem *gl.in l.cum servo in vers.dominetur.ff. eo.*quę ideo tradit venditorem teneri malos exprimere vicinos , & legimus de Thæmistocle apud Plutarum habente fundum vænalem vixisse eum per præconem vulgari adjeci,sitque hæc verba,bonum confinem seu vicinum habere, quo pluris venderetur , & quidem dum sumus in urbanis vicinas [illegible] propè dicimus,*l. si vicinis.C.de nupt.quæ* pariter etiam intermedio possunt tamen jungi *l. sed,& loci in tex.& Gl. ff. fin.regun. l.amerit ff. de dam.infec.l.hoc amplius,§.quæsitum,ff.eod.l.si.§.si.ff. de serv. urb. præd.* in rusticis dicuntur confines , quod se immediatè contingant,*tex.cum gl.in l.sed & loci,l.hoc judicium,ff.fin.reg.* vicinus autem ve-
20 rè dicitur ille,qui vicum,idest domum suam propinquam habet,ut intelligitur *d.l.si vicinis*,& aliis supra allegatis,& vicinum dicimus cohærens prædio *d.§.hoc judicium,& ibi Bart.*nam receptum est ut in rusticis etiam vicinus fundus dicatur,*l.fundus,cum l.seq.§.per plurimum prædia,ff.de servi.rustic.præd.*& qui contingas res habent propriè proximi dicuntur *l.via constitui. §. fin. ff.de serv. rust, præd.*Interesse autem ejusmodi vicinitatis consideratur,ut *gl.in l.si id emptionem.ff.de minor*, & proinde habetur ratio ipsius,& affectus ad rem, *arg.l. cum servo, ff. mand.* hinc sequitur , quod specialis lex,constitutio, vel consuetudo, super retr. juxta intellectum *Bald.in l.dudum , C.de contrab, empt.* attenditur , neque id mirum cum jure divino retractus sui exordium sumpserit , quod ideò leges suspicere censendum est, cui,& Principes assentiri debet,qui velle id existimandus est,quod leges volunt,*§.omnes, in aut.de judic.*& voluntates huma-

ne declarantur ex verisimili, *legi non est verisimile ff.de eo,quod met.caus.*tanto magis cum pacis , & concordiæ studium esse debeat.*l.æquissimum. ff.de usufr.*quæ pax est vinculum charitatis , *cap.novit. de judic.*quod facilius fit semota causa parvi vicini,qui aliquando se extendens ultra debitos fines valde propinquum perturbat , & solet dici meum & tuum turbant humanum otium , *Glos. in c. 2.*
21 *vers.omnium,12.q.1.*est latè nonnunquā vicinos vicino assidua intestinaque pestis, ex quo contentiones,lites,jurgia,vulnera, exoriri consueverunt, nam re quapiam ab aliquo malè instituta multa mala comitari solent, facit *gl.in l.divortio,in vers. alioquin.ff.solut.matr.l.nam absurdum.ff.de bon.liber.* & homines ad dissentiendum faciles sunt , *l. item si unus §. principaliter , ff.de arbitr.*& experientia docet,*c.quam sit de elect.*in 6.& cū metuit quis ab homine iniquo finitimo huic morbo consulere potest,& remota causa,& cæt.*c.cum cessan-*
22 *te,de appellat.*admonitos autem omnes velim vicinum in materia retractus cogitare regulariter eum esse , ut ex statuto retrahere possit , qui erat vicinus tempore venditionis factæ , ut per *Corn. cons. 131. in hac consultatione col. lib. 3.* idem de consanguineo tradit *Dec. consi.22. viso puncto n.3. & 4.* reddit rationem, quia quando verba statuti non conveniunt,non habent locum dispositio statuti,& ut habeat locum dispositio statuti,qualitas requisita a statuto debet probari,cui adde quod in contractibus temporis ipsorum contractuum ratio habenda est.*l.Rutilia Polla. ff.de contrab.empt.*
23 & præter alias causas admittendi ad retractum vicinos potest esse beneficium compensationis, & retributionis , nam ut videmus propinquis instat cura propinquos sublevare , ut tempore penuriæ patriæ vicinæ debent invicem gratificari , ut per *Franc.Marc.Dec.Delph.618.par.2.in fin.*& propinquus locus alii loco propinquiori debet opitulari pro tutore, vel curatore minorum , si ibi facultas desit,*l.divus ff.de tutor.& curat.*& exemplum molestiæ vicini,atque damni est, etiam quod habetur in *l.si locus,§.si via,ff.quem ad.ser.am.*his verbis cū via publica,vel fluminis impetus,vel ruina ammissa est,vicinus proximus viam præstare debet,& in *l.si quis sepulcrum,ff.de relig.& sump.fun.in prin.* cavetur habenti sepulchrum , sed non aditum ad
24 ipsum eum recepto precio prestare debere , & ex ead.asserit *Vinc.de Franch. decisio.323. nu.5.* consuevisse sæpe Sac. Cons. Neap. cogere vicinos ad vendendum domos suas monasteriis,& ecclesiis favore religionis,cum ergò &c.& multa alia incommoda patiantur vicini,non ab re,constitutionibus, consuetudinibusque cautum est, & inductum, ut contra quoque vice incommodi aliquid commodi sentirent in *tex.glos.& Doct.in l. secundum naturam,ff.de reg.ju.* vel saltem damnum imminens vitarent , propter malum confinem *d.l.quod sæpe.ff. de contrab.emp.*quod damnum solent consulere leges,ne ex facto propinqui alteri propinquo oriatur *l.fistulam,ff.de servit.urb.præd.l.servitutes §. & omnimodò ff.eod.*ubi hæc verba,& omnimodo sciēdum est,meliorem vicini conditionem facere posse, deteriorem non posse immo in lucro capitando favere solent vicino,hujus rei inter multa alia habentur exempla,in *l.adeo.ff.de acq.rer.dom.* neque in injuria,quoniam vicini sunt,tāquam domestici,

su-

l.3.§.potuisse,ibi qui in domo fuerant,aut vicini, ff. ad Senatuscon.Syll.& ipsis facta nostra intelliguntur communicata, ita, ut ea ignorare non præsumantur, c.quosdam,c.quanto de præsumpt. & cum inter nos natura cognationem quadam induxerit qua omnes ex Adam processimus,tex.cum glos.fin. in l.ut vim,ff.de justi,& jur.tanto magis in iis asserere debemus quia assiduè propè nobiscum versantur, aut morantur, & sic ratione temporis loci, ususque, & sæpe utriusque fortunæ aura ferè ipsis communi, aliis præferendi sunt, ut majori parte Italiæ fieri videmus,in qua,& alibi etiam licèt variè magis,quamCameleontis mutationes,aut consuetudinum varietates sint, omnes tamen ad hæc
25 substantialia retractus rediguntur, & sunt, quæ spectantur imprimis an aliqui sint de consanguinitate vicinitate,aut consortio, & quidem gradu aut loco proximiori, & retractu velint tum, an intra constituta, aut consueta tempora illum petierint, pretiumque obtulerint consignaverint, ac modum, & qualitatem consuetudinis, aut statuti servaverint de quibus omnibus, & eorum singu-
26 lis infra dicendum erit,nec quisdam hallucinetur existimans super retractu invalidam esse consuetudinem, quia secus apparet in iis, quæ diximus, & præterea consuetudines multæ sunt validæ,quæ legibus sunt contrariæ,c.cum dilectus de fide instr. Doct.in l.1.C.de summa Trin.& fide Cathol. & in l. 1.C.quæ sit long.consuet.& l.de quibus ff. de leg. Archid.in c. generali de elect. lib.6. & si in loco olim fuit consuetudo,nova superveniens veterem tollit glo.in l.nemo.§.temporalis,ff.de reg.jur. Abb.in c.fi. nu.10.de consuet.Jas.in l.beneficium num. 58. ff.de constit.Princip.Petr.Duen.reg.142.An autem consuetudo, vel constitutio prohibens res immobiles vendi extraneo, vel forensi valeat; dic valere. Bart.in l.dudum, C.de contrah.empt.Tiraq. qui innumerus allegat in præfatio operis de utroque retract.nu.14.Rolan.à Val.qui de communi opinione
27 testatur cons.69.num.33.vol.1. sed observandum semper est, quòd omnes qualitates ipsius consuetudinis, vel constitutionis, ut etiam supra attingimus, servandæ sunt ab eo, qui in causa retractus obtinere amat,ut idem Rolan.à Valle cons.67.nu.2.vol.1.& solent consuetudines,& statuta pro retractu plerumque cōplecti consortes,qui licet videantur exclusi. l.dudum in princ. C.de contrah.empt.tamen secus est, ut etiam hac consuetu-
28 dine,neque immeritò,quoniam multa à jure consortibus indulgentur,l.commune C.de consor.ejusd. lit.Ita ut aliis præferantur.l.communi liberto,ff. de bonis liber.l.utrum portio,ff.de bonis liber. l.si fundum juncta l.qui negotia.l.cum hæres,ff mandati,& consortes dicuntur ex communitate,ut iisdem legib.colligitur,& per Ferron.in consuet.Burdeg.lib. 1. de retrac.§. 2. Et autem observandum cum fit mentio in unoquoque genere retractus semper est intelligendum,excludendo venditorem, qui, & si proximior sit,& non adsint alii agnati,tamen tunc admittitur ad huc retractum rei per eum alienatæ, Cassan.in consuet.Burgund.rub.10. §.1. in text. le plus prochain.nu.3. Ferron. eod.titu. §.1. vers. & quoadmodum latè Tiraq.de retrac.consan.§.11.gl.
29 9.nu.30. & seq. admittitur tamen venditor si deinde res illa fuit alienata per emptorem extraneo quia tunc ipse uti proximior admittitur,& præfertur cæteris agnatis ita Tiraq. ibi. nu.35. facta tamen distinctione an ille emptor vendat coactus juxta dispositionem hujus constitutionis, & tunc venditor primus non admittitur, secùs si voluntariè,notat Afflict.hoc tit.in princ.ult.notabili,nu.47.
30 & 48. & cum sit venditio vigore retractus tenetur tantum emptor promittere pro facto, & culpa sua de evictione, Ferron. in consuet. Burdegal. de retract.§.3.ver.quod si res.Tiraq.au finem tit.de retrac.consan. reliqua vide supra ad hoc propositum
31 facientia, & adde quod deterioratione facta in re tenetur emptor retrahenti postea ad interesse si id contingerit ejus culpa,verbi gratia, domus minabatur ruinam,& refici potuit,& non est refecta,ut per Castren. consi.415.n.1.vol.2.late Tiraq.de retra. consan.ad finem tituli qu.13.nu.67.cum seq. at si res empta aucta est sive, ut dicitur meliorata per emptorem ejus rei ratio habenda est, & his ob retractu non posset removeri à possessione rei retrahonda,nisi solutis expensis meliorationum,ut per Alber.in tracta.statutorum lib. 1.qu.96.Boer. decis. 47.nu.6.& 7.Afflict.in constit.prædecessorum,nu.3. ver.item tenementi.Addit.ad Napod. in consuetud. 1.hoc tit.in princ.ver.adverte,circa finem.Tiraq.de retrac.convent.§.7.glos.1.nu 3.& seq.

Ejusdem Authoris in principium Constitutionis animadversiones.

SUMMARIUM.

1 *Qua genera personarum admittuntur ad retractum, & super quibus generibus contractuum.*
2 *Venditionis nomine an veniat permutatio,& quando venditio, quando permutatio censeatur.*
3 *Venditio etiam sine traditione retractum meretur, nisi à contractu sit discessum.*
4 *Retractus persequitur possessorem,& per constitutum possidere,quo respectu consideretur,*
5 *Proximiore accedente pendente tempore retractus an hæres extraneus retrahat.*
6 *Venditione facta cum retentione dominii locus an sit retractui, & quid in venditione pro pretio declarando?*
7 *Venditio sive fiat instrumento, sive testibus tantum, semper habet locum retractus.*
8 *Retractus etiam habet locum si quis consentiat alienationi rei suæ.*
9 *Retractus an in contractu pignoratio procedat.*
10 *Retractus in datione in solidum,an procedat, ubi habes multa de datione in solutum.*
11 *Retractus an servetur in pacto redimendi,& habentur multa de hujusmodi pacto.*
12 *Venditor si redimat antequam pretium per agnatum,vel vicinum offeratur illos excludit.*
13 *Venditor veniens agnati,vel vicini defuncti nomine non excluditur,*
14 *Retractus in annuis redditibus an procedat,ubi autem computentur inter immobilia.*
15 *Retractus quibusdam casibus deficit.*
16 *Filii quomodo retrahant.*
17 *Consanguineus hæres venditoris an retrahant?*

1 Est notandum, quòd hic tria genera personarum in retractu considerantur, & super tribus generibus contractuum, & admittuntur tam majores, quàm minores, tam masculi,quàm fœminæ regulariter loquendo,tàm clerici,quam laici,& quan-

quantum ad primum contractum venditionis, scilicet,& si ejus nomine venit omnis contractus,per quem dominium transfertur, Igneus in *l.dudum. nu.99.C.de contrah.empt. Alcia. consf.74. per totum.*
2 *Soci.reg.* 338. non tamen venit permutatio in materia retractus, *Boer. in consuet. Biturig. tit. de retract.verf. sed juxta præmissa, & Dec.49.nu.9. Ferron.in consuet.Burdeg.tit.de retract. §.30. Cassan.in consuet.Burgun.tit.de retract.§.9. cum seq. Tiraqu. de retract.consang.in præfat.num.74.* verum venditionis contractus censendus est,si detur pecunia,& species pro specie,cum pretium superat,& per consequens subjacet retractui, ut tradunt omnes per illum *tex.in c.ad quæstiones de re.permut.omnes in l.cum te.C.de pact.inter empt. & vend. Bart. in l.si in emptione in prin. ff. de contrah. empt. & omnes in l. Aristo. ff. de donat. Tiraquel.* qui innumeros allegat in tractatu *consang. §. 30. glo. 1. num. 9.* Item permutatio æquipollet venditioni, cum pro fundo datur fundus extimatus,imo est verus contractus venditionis secundum *Tiraq. de retract. consang.§.1.ver.nu.æquipollent à mente.glo.14. n.19. & gl.in l.1.ver.taxata,& ibid. Bar. Bald. & Salic. C.de re permut.* Sed in venditione etiam simpliciter facta absque traditione locum esse retractui
3 non dubitamus. *Tiraq.de retract.consang.§.1.glo.2. num.43.cum seq.maximè num.56.cum seq.*nisi per contrahentes discessum fuerit a retractu,quod possunt facere. *Tiraq.d.§.1. glos.2. num.54.* In retractu autem prosequimur possessorem, & quantum
4 ad eum possessio fundi intelligitur capta ex actu corporali, vel si fuit in conspectu partium possessio tradita, ut per *Ferron. in consuet. Burdegal. de retra.§.1 not.Bar.in l.prædia.ff.de acq. poss.* per constitutum autem non dicitur verè res tradita, sed habetur pro tradita not.*glo,in l.ab emptione, & ibi Bar. in fin.ff. de pact.* & licet quis per constitutum liberetur à traditione juris, non tamen liberatur à traditione facti,idest corporalis possessionis, ut per
5 Doct. ibidem. Quid si proximior consanguineus, cui est aperta via retrahendi decesserit pendente tempore retractus, extraneo hærede instituto, an ipse extraneus habeat retractum? potest dici non habere saltem quantum ad retractum cōsang. quia illud est beneficium personale competens ratione sanguinis, nec transmissibile ad hæredes, ad quos merè hæreditaria solum transmittuntur. *l. cum hæres.ff.de acq.hær.l.1. & per totum.C. de hære. actio.* præterquam si decesserit post litem contestatam, vel re in judicio bene præparata, *arg. tex.in l.posthumus.§.fin.cum l.seq. ff.de inoff. testa.* An absolutè
6 autem retractus habeat locum in venditione facta cum retentione dominij, donec pretium persolvatur? dic habere,ut not. *Affl. decis. 338. & tract.in protomis.§.3.num.17.Cassan. in consuet. Burgun. de retractu §.10.in tex.le vendeur, in princ.num.3. de retractu consang.§.1. glo. 2. num.36. cum seq.*Idem quoque in venditione facta pro pretio declarando per N.qui decessit ante declarationem.*Cassan. d.rubr.10.§.1.ver.le vendeur,ver.Item quæro, & ver. licet illud,sed Afflict contra in hac constit. §. 3. num.*
7 *25.* quod est verius, Item habet locum retractus, sive venditio probetur instrumento, sive testibus. *Tiraqu.de retract.consang.§.2. glo. 1. num.11.cum seq.Menoch.de arb.judic.lib.1. casu 63. nu. 1. & 2,*
8 Item locum retractus non solum si quis vendat rem suam, sed etiam si consentiat alienationi rei suæ.*Tiraq.de leg.connub.glo.5. nu.92. 140. & 192. cum seq.Idem in l.si unquā, ver.donatione largitas. q.22.num.143.C.de revoc.donat. Idem Tiraq. de retrac.consang.§.1.glo.2.num.98.& glo.7.num.207.&*
9 *num. 247. & 248.* An in contractu pignoratio retractus consideretur? respond. aliquando, ut si res pignoratur pro tanto pretio, quod æquivaleat æstimationi, ita ut non sit spes luitionis. *arg. tex. in l.legata.§.fin.de suppell.leg.l.qui habebat.ff.de leg. 3.*& confirmatur per ea jura,quæ allegat *Ant. Go-*
10 *mesius in comment.ll.tauri. num.23.* Quid in datione in solutum,non solum voluntaria,de qua dixi, sed absolutè, & simpliciter. In hoc videndum est,quod traditur per *Decis.Perusinam. Joseph. Ludovici 60. num. 1. cum seq.* & quidem datio in solutum est species alienationis.*l.si prædium in fine. C.de evict.eleganter. in princ.ff. de pign. act.l.statu. liberis à cæteris.§.quintus. ff. de statulib.* si accipiatur impropriè,& largo modo pro emptione,& venditione,sed subdit ibi *num. 4.* quòd statutum permittens vicis facultatem recuperandi rem venditam,non habet locum in datione insolutum. *Alex. consi.76. col.3. lib.5. Tiraq. de retract. consang.§.1. glo.15. num.5.* Sed tamen qui non potest alienare, non potest in solutum dare, *d. l.eleganter in princ. l.vel solvendi. ff.de publ.in rem act. l. si prædium in fi.C.de evict.l.cætera.§.sed si separaverit,ubi Jas.ff.de leg.1. Tiraq.* omnes usque ad ejus tempora connumerans *de retract.consang.§.1. glos.14. num. 4.* ubi etiam in fine dicit, quòd institutis etiam verbo alienationis comprehenditur datio in solutum.Distinguit tamen idem *Joseph Ludovi.in eadem decis.* 60. sed dic quod licet in contractu venditionis venire non videatur datio in solutum pro retractu,quia ea strictè interpretanda est, & intelligenda. *Alex.consi.76.col.3. num.10. Decius consi.18. n. 3.vers.sed propriè.Capyc. decis.99. num.1. cum seq. Lumina in ritu Mag. Cur. c.19. num.30. & 31.*tamen quòd veniat in retractu datio in solutum, sive sit volūtaria,sive judicialis,& adjudicatio in solutum per licitationem, quæ dicitur mera venditio, not. *Tiraq.de retrac.consang.§.1. glos.14. n.18.* & inspecta origine ea dicitur voluntaria. *Bursat. consi.84. num.53. vol. 1.* & quòd comprehendatur multis consuetudinibus appellatione venditionis. Idem *Tiraq.ibi num.12.cum seq. & Lamia ibi nu. 5.* etiam per subhastationem invito creditore. *Ferron.in consue. Burdeg.lib.2.tit.13. de subhast. col.1, ver.adeo autem*, ubi in eo Senatu, ità in publica audientia judicatum fuisse affirmat, ad quod comprobandum plurima congerit *Tiraq.ead.glo. 14.n. 13.cum trib. seq.* & hoc servatur Neapoli in Sac. Reg. Cons.& in Mag. Cur. Vic. ubi in ea retractus locum habet. Scias autem, quòd si quid datur à duobus in solutum creditori, alter ipsorum non poterit postea redimere, quia non est verisimile, quòd unam partem tantum voluisset emere.
11 *Bart. consi. 195. Angelottus.* In pacto autem luendi interveniente in venditione circa retractum est sciendum, quod pactum ejusmodi contractus, sive retractus conventionalis approbatur à l.civili. *l. 2. C.de pact.inter empt. & vendit.* & etiam Jure canonico,cum sit pactum restituto pretio de re reddenda, vel infra certum tempus, vel quandocunque, vel simpliciter,sine præfinitione temporis, ut patet

ex not. à *glos. & Doct. in c. ad nostram de empt. & vend. & in c. conquaestus de usu*, at si sit pactum, ut non liceat venditori rem venditam redimere, nisi post aliquod tempus, suspitio est fraudis, & usurae, ut est *tex. in d. c. ad nostram*; ibi à septennio ad novennium, & si retrahere rem subjectam pacto redimendi velit proximior debet eam redimere cum pactis appositis, & omnibus conditionibus, & qualitatibus, facit *l. si cum venderet. ff. de pign. actio. Alex. consi. 10. lib. 1. facit l. sed & si. §. proinde. ff. de pet. hared.* cum res in eum qua causa transferit. *l. Pomponius §. cum quis adminiculo, ff. de acq. poss. l. quod ipsius, ff. de statulib.* quantum autem ad cursum temporis retractus in conditionalibus venditionibus, non potest id intelligi currere à die venditionis irrevocabiliter, nisi ex acto tempore conditionis, licet verius sit dicendum, quod incipiat currere pro ipso retractu à die notificatae venditionis, & de hoc post *Napod. & Afflict.* aliosque quos allegat, confirmat *Tiraqu. de retr. convent. §. 2. glo. 1. nu. 33.* & si venditor velit redimere praefertur, ita *not. Afflict. in tracta. protom. §. 3. nu. 20. Boer. consuet. Bitur. lib. des costumes de Jonus tit. 15. de retrac. art. 1. nu. 4. ad finem, & Pappo. suis comment. §. 423.* & an pactum redimendi afficiat singularem successorem, *Ursillus in addit. dec. Afflict. 163. nu. 4.* & utrum excusativè contra eum possit exequi, *Pedemon. not. Dec. Pedem. 63. nu. 9. cum sequenti*, & facultate redimendi quandocumque post multa, quae congerit, *Tiraqu. de retract. conven. §. 1. glo. 2. nu. 28.* dicit rem, ut audivit fuisse diffinitam in Senatu Parisiensi, ut 30. annis id tempus finiretur, & restituenda res subjecta, pacto redimendi, vel retractui proximitatis, an si fuit ab emptore obligata, cum onere transeat? distingue, ut per *Tiraq. de retract. convent. §. 3. glo. unica nu. 10.* Sciendum autem ex pacto redimendi rem alienam prorogato post tempus certo constituto precio, qui potest agnatus redimere etiam sine luitione primae alienationis, ita *not. Ferro. suis commentariis in consuet. Burdeg. tit. 8. de feudo, & jure primogen. §. 16. col. 2. vers. id quoque lib. 2.* Non procedit tamen retractus, si in continenti venditor redimat antequam consors agat ex pacto, vel aliter, ita *not. Bart. in l. in diem nu. 2. ff. de aqua plu. arcen.* idem affirmat *Jas. in l. fi. nu. 135. C. de jur. emphyt. Tiraq. de retract. convent. §. 1. glo. 7. nu. 18. cum seq. maxime nu. 23.* Terminum autem an possit dare emptor venditori ad redimendam rem venditam, postquam cepit consanguineus agere de retractu (dic non posse, *Cassan. in consue. Burgun. tit. de retract. rubr. 10. §. 10.* Cessat equidem retra-

12 ctus si post venditionem venditor redimat rem venditam, licet non adsit pactum luendi incontinenti, vel ante traditionem, & post traditionem rei venditae, & etiam ex intervallo intra annum, antequam pretium offeratur per agnatum, vel vicinum, ut *not. Alber. tract. statut. lib. 1. qu. 87. Boer. suis comment. tit. retractus. §. 2. col. 2. ver. sed quaeritur stante consuetudine Joan. Fab. instit. de empt. & vend. in prin. Cassan. rub. 10. retr. §. 1. in vers. vendatur, & §. 10. in tex. sequi, & feudali, Tiraq. de retractu consang. §. 1. glos. 2. nu. 40. cum seq. & de retrac. convent. §. 1. glo. 7. nu. 18. cum seq. maxime num. 23.*

13 excluditur igitur venditor aliter redimere volens nisi fortasse veniat ex persona defuncti agnati, vel vicini, cui successerit, ut not. *Tiraq. de retract. lignag. ad finem qu. 24. n. 123. cum seq.* Quid autem de jure, sive facultate redimendi rem immobilem venditam restituto pretio, an vendi possit? dic posse ut per *Tiraq. de retract. consang. §. 1. ver. aures choses glo. 7. nu. 33.* & si venditor in instrumento venditionis rei subjectae retractui apposuerit pactum redimendi cum emptore deinde alienaverit tertio tenetur retrahens etiam ad illud pretium venditionis pacti de luendo, si illud pactum fuit incontinenti appositum, secus si ex intervallo,

14 quia praesumeretur factum in fraudem agnatorum, ità *not. Tiraq. de retract. consang. §. 26. glo. 3. nu. 46. ad finem, glo.* & quantum ad annuos redditus generales, de quibus sic agitur habere ejus locum retractum ex consuetudine multorum locorum Galliae, affirmat *Jo: Faber. in §. ult. Instit. de duobus reis*, & confirmatum ex iis, quae subicit *Tiraquell. ipse de retractu consang. §. 1. nu. 3. cum multis sequ. & de iis locutus num. 16. dicit Senat. Parisien.* consuevisse solutionem temperatam censere unius pro duodecim, ut etiam placuit *Jo. And. in addit. ad Specul. tit. us. in 1. addit.* & de annuo censu vidi *Vincentinum de Franch. in consuet. Neap. si quis emit de jure congrui, ubi speciem facti refert*, qua A. vendit. B. annuum censum ducatorum quindecim super re, quod C. possidebat, qui volebat jure congrui praeferri, & tandem in Sacr. Cons. contra eum pronunciatum fuisse dicit, & licet annui redditus, & praestationes annuae possit in dubio dici, quòd computentur inter immobilia, *Rolan. à Valle consi. 2. n. 121. vol. 3. Menoch. de arbitrar. judic. lib. 2. cent. 3. casu. 233. nu. 1. & tract. recup. possess. remed. 1. nu. 45. Tiraq. de retrac. consang. §. 1. glo. 6. nu. 4. cum seq.* tamen sunt, qui censent eos tertiam quandam speciem inter mobilia, & immobilia constituere, & proinde non subiici retractui, nisi competant pro actionibus realibus, vel mixtis, non autem super praestationibus personalibus. Idem *Tiraq. de retrac. consang. §. 1 glo. 6. nu. 11. cum seq. & §. 32. glo. unic. nu. 83.* & quod aliud requiratur, ut possint retrahi, ut sint ad longum tempus, vel imperpetuum de retractu consangu. *§. 1. glo. 6. num. 7. & 8. & Rebuff. tract. concord. rubr. de collat. §. volumus ver. fructibus, ad finem, Osascus decis. Pedem. 99. nu. 49. Ferron.* annuos redditus, & praestationes computari vult inter immobilia, & retrahi posse, etiam ad modicum tempus in *consuet. Burdeg. titu. 8. de feu. & emphyt. §. 20. col. 1.* & ut habeat locum in eis retractus intelligitur in futuris, non autem in praeteritis. ut *Tiraq. d. §. 1. glos. 6. nu. 11.* & redditus in perpetuum constitutus non videtur, ideò minus censeri perpetuus, quòd redimi possit per *l. sufficit. & ibi Barto. ff. de cond. ind. & glo. in c. ult. de solut. & in cap. ult. in ver. perpetuus de rescri. lib. 6.* Et non

19 est ignorandum, quod in mobilibus non habet locum retractus nisi sint conjuncta cum immobilibus, *l. fideico mis. ff. de leg. 3. Alber. in l. 1. ff. de vi, & vi arma.* nec habet locum in permutatione rei immobilis cum alia etiam immobili, sed redimibili, & quae verè redempta fuit, retractus etiam non habet locum in nave vendita, nec machinis bellicis, nec in pecunia ad emptionem domus destinata, nec in columnis non affixis domui, nec piscibus asservatis in piscina, & id genus aliis, ut id tradidit sequendo *Tiraq.* quem ibi allegat *Jac. Omphalius, lib.*

lib.3.civil.polit.cap.82.nu.21. Item cessat retractus si quid datur loco clientelæ. *Ferro. in consuetud. Burgun. de retr. num.15. §.sed etiam, per quos fiat invest. in usu. feud. & ibi Jacob. de Belu. Alvar. & Iser. in locatione consuet. Burdeg.* nisi ad longissimum tempus, per rationem *cle.1. de reb. eccl. non alie.* cum æquipararetur venditioni facit *l. non solet. ff. loc. nec in feudis*, ut hic scripsi, nec hæreditariis *Tiraquel. de retr. lign. §.1. glo.3. nu.10.* Sed in hac constitutione locatio retractum simpliciter poscit.

16 Et quia dicitur hic, quòd consanguinei vicini, & cõtestes retrahunt, & aliqua de iis supra egimus, nunc etiam ceptum prosequamur, & in primis de filiis loquamur, & est dicendum filium, & quidem ante, & post mortem patris posse retrahere rem paternam patris, qui alienavit. *Boer. decis. 22. & dec.138. & in comment. consuet. Byturicen. de retrac. §.3. col. fin. vers. sed quid Pappo. suis com. tit. retractus §.10. & 12. Osasc. decis. Ped.175. nu.2. Jaco: Novell. tract. jur. protom. §.2. nu.33. cum seq.* nisi defunctus promisisset de evictione pro filio hærede de evictione, *Tiraq. §.1. glo.9. nu.54.* & extenditur, hoc, ut etiam possit retrahere parentes si alienaverit nomine filii impuberis in ejus potestate constituti, idem *Tiraquel. d. glo.9. nu. cum seq. & n. 85. Osasc. Pedem. decis.175. num.2.* & ratio est in filiis, quia ipsi proximi agnati dicuntur patri, *l. filius, ff. de suis, & leg. & tex. in c. constitutus, de in integr. restit.* ubi filius tanquam proximior agnatus potest venire jure statuti, & extrahere intra annum, & diem rem à patre alienatam, nec ratio est concludens, si dicatur non habendam considerationem filiorum, cum non habeant unde solvant, ut per eundem *Osasc. ibi, & allegat tex. in §. Titius si de feud. fuer. contr. inter dom. & agn.* ubi secundum communem intellectum filius potest recuperare feudum à patre alienatum vivente patre restituto pretio limitatur tamen hoc si filius retrahere vellet in fraudem statuti, seu consuetudinis nomine patris, & convinceretur, quòd non esset industriosus, sed pauper, & minor ann. 14. *Tiraq. de retrac. consang. §.5 glo.1. nu.3.4. & 5. Jacob. Novell. §.3. nu.43.* ubi tradit modos fraudem detegendi, declara, & intellige quòd dictum est de filiis, ut in nothis, sivè: ut dicitur bastardis non procedat, nec in legitimis per rescriptum in re alienata ab aliis agnatis, cum solus possit retrahere rem alienatam à Patre: qui eum legitimavit, *Pappo. suis comm. tit. retrac. §.437. Tiraq. de retr. cõsang. §.1. gl.8. n.11.* nec filius emancipatus, & natus ex mancipato *Bru. tr. stat. fem. exclu. art.12. nu.17. Dec. in l. qui se patris, nu.24. & 25. C. un. lib. Jac: Novell. tract. protom. §.2. n.92. cum seq.* reliqui quomodo admittantur nempè circa gradum successionis, vide supra in rubr. & est advertendum, quod possunt alii proximiores retrahere, si emptor vendidit rem emptam consanguineo venditoris. *Tiraq. de retr. consang. §. 1. glos. 5.* verum in hoc casu filius rem à patre venditam redimere non posse, si ipse promisisset de evictione pro filio hærede, quia tunc non posset filius retrahere, ut per *Tiraq. de retr. consang. §. 1. glo.9. nu.54.*

17 An autem consanguineus, cui ex venditione competit retractus, si est hæres venditoris retrahat? videtur non posse retrahere; quia hæres non potest venire contra factum defuncti, *l. cum à matre, C. de rei vindic. & ibi glo. l. si mor. C. de bon. aut. jud. poss.* sed verius est contrariũ, quia non venit contra factum defuncti alienationem ejus improbando, sed potius probando, & petendo se poni in loco primi emptoris, veniens ex privilegio proximitatis, quo casu cessat evictio, *glo. in l. minor 25. annis, ff. de evict. in glo. fin. pro qua bonus text. in l. si tibi domum, §. ult. ff. locati*, & vide hic à me scripta, *nu.18.*

S U M M A R I U M.

1 *Citatio, seu denunciatio quomodò facienda est.*
2 *Offerre, vel deponere pretium pro retractu an sufficiat, cum aliis circa depositum.*
3 *Emptor si abest, cui facienda est oblatio, an tempus retrahendi currat.*
4 *Aumentum pretii an deponere quoque teneatur vicinus.*
5 *Pretium cum ignoratur, quid agendum.*
6 *Depositum numerandum integrum, & coram testibus.*
7 *Citatio non præsumitur, nisi probetur.*
8 *Depositum pro retractu an possit repeti.*
9 *Depositarius an cogatur depositum suscipere.*
10 *Depositum, & requisitio facienda est.*
11 *Extraneus, emptor si non reperitur quid agendum pro deposito.*
12 *Vicinus an retrahere possit pro alio.*
13 *Cessionarius quomodò denunciare debeat.*
14 *Animosus oblator tanquam licitator non auditur.*
15 *Pretium quando non est expressum in venditione quid agendum.*
16 *Æstimatio facienda est ex reditu, non rei valore.*
17 *Mutuatum venditori ultra pretium refundendum est per retrahentem.*

Ejusdem Authoris in §. In primis Animadversiones.

1 Est in primis attendendum pro notificatione facienda pro retractu, quod citatio, vel denunciatio facienda est ad domum, si persona reperiri non potest *l.1. §. permittitur, ubi optimus tex. ff. de liber. agnosc.* libello domi dato, sivè relicto, *l. dies §. prætor. ff. de damno infecto*, & quidem insolita habitatione, ultra id, quod id allegatur, *l. aut qui aliter, §. & si fortè, ff. quod vi aut clam*, & si subtraxit se quis ne citetur pro citato est habendus, *cap. quoniam, §. porro, ut lit. non contest. clem.1. de jud. l.1. ff. de eo per quem factum est*, & creditor apparitori, *c. cum parati: ubi glo. in ver. suns nuncius. Innoc. Panor. & Butr. de appell.* & debet fieri oblatio, depositum; & intentari judicium intra tempus consuetudinis, aut statuti, *Tiraq. de retrac. consang. §.8. glos.1. nu.5.* Sed quòd non requiratur oblatio, nec depositum, ubi emptor id non patet, sed neget rem posse sui singulariter not. *Jean. de Arn. singulari 34.* in hoc vide tradita per *Ferron. in consuet. Burdeg. tit. de retractu. §.22. in princ.* at non est depositum necessarium, si emptor paratus sit recipere pretium, & conficere instrumentum venditionis offerenti, ut per *Tiraqu. de retrac. convent. §.4. glo.10. nu.3.* alias faciendum est depositum purum, vel liberum sine aliqua conditione, aut verborum perplexitate. not. *Menoch. de arbitr. jud. lib.2. centu.3. casu 242. num. 4.* & alii ad hoc allegati, *Decii. Perus.105. num.3.* nempè *Bald. Jas. Rom. Neviz. Rip. Plant. Afflict. Fulg. & Tiraquell.* cum verba non sufficiant ubi

opus est facto. *glo. in c.pastoralis de offic.ord.* & sufficit ipsum depositum fieri emptore citato, & non aliis, *Tiraq.de retrac.consang.§.9.glos.3. num.4. & 5.* & quod pars sit citanda *Menoch. de arbitra.jud. lib.2.cent.5.casu 452.num.3. Roland. à Valle consil. 63. num. 32. vol.1.* & quomodo faciendum etiam sit potest colligi ex *tex. in l. solutam in prin. ff.de solut.* his verbis solutam pecuniam intelligimus utiq; naturaliter si numerata sit creditori, arguendo ab antecedentia, ad consequens, & contra, ejus argumentum jure probatur. *l.oratio. ff.de spons.* & si sunt plures venditiones rerum separatarum separata quoque plura debent esse deposita. *Tiraq. de retrac.consang.§.1.glo.21.num.10.cum seq.* Consorti tamen potest fieri venditio absque alia denunciatione aliis facienda, *Afflict.tract.protomis.in princ.num.44. ver. juxta hoc quæro. addit. ad Napod in consuet. Neap. titu. 17. de jure congrui in princ.ver.quis autem. Alban.consi.14.ver.cum igitur.* In materia autem hujus §. est sciendum quòd oblatio pro retractu fieri etiam potest hæredi emptoris. *c.constitutus, de restit. in integr.* quid si facienda
3 est oblatio, & abest emptor, nec habet domicilium uxorem, nec procuratorem, cui ea facienda sit, an interim tempus retrah. curratidic minimè currere. *l.quod si nolit. in § in causa ff de adil. adic.& in simili in l.cum quidam. §.in pupillis. ff. de usu*, & in casu oblationis licèt propriè appellatione pretii veniat pecunia numerata, tamen quicquid solutum est pro pecunia emptionis tempore largè pro pretio accipitur *Tiraq. de retrac. con-*
4 *sang.§.1.glos.14.num.41.* Si autem emptor perfecta venditione auget pretium agnatus, vel vicinus, aut consors ad illum augmentum deponendum non tenetur, quia fuit factum in fraudem not. *Ferron. in consuet. Burdeg.tit.retractus. §.1. ad finem,& Tiraq.de retrac.consang §.1.glo.18.qu.2. n. 19. cum seq.* nisi fuerit venditor læsus ultra dimidiam justi pretii. *Boer.suis comment. tit. des costumes,de Tours titu.10.retrac. art.1. q.11.* Sed pre-
5 tium verum si ignoret agnatus, vel propinquus, & dubitet quid agendum? licet videatur excusandus a lapsu temporis. *l.2. §.non solum. ff.ad Senat. Consul. Tertull.* tamen in constitutione, aut consuetudine cum sit strictè interpretanda, cautius est, ut retrahere volens solvat totum pretium in instrumento comprehensum, cum protestatione repetendi id quod reperietur ex exitu causæ solutum ultra verum pretium, ut ex doctrina *Tiraq.in retrac.consang. §.4.glo.3. num.4.* & pecunia
6 est numeranda, coram testibus tempore depositi, & quidem integrè alias non sufficit, quia paria sunt non facere, & illegitimè facere *l. quoties ff.*
7 *qui satisd. cog.* & est cavendum ut etiam citatio nisi probetur, vel nisi de ea constet in actis nunquam præsumitur, ut affirmat *Rolan.à Valle consi. 67.in fin.vol.1.ex tex.in c.tenor; ubi Doct.de re jud. & Alciat.in tract.de præsumpt. reg.3. præsumpt 9.*
8 *num. 18.* Depositum autem hoc cum fiat judicis authoritate non potest repeti, nisi finita lite retractus, ut tradit *Tiraq.de retrac.convent.§.4.glo.9.n. 2.* qui subdit ibi *num. 5.* quòd finita lite potest reddi filiosam, etiam servo, vel monacho. sine consensu Abbatis patris, vel Domini, vel alterius administratoris, at cum fit depositum sine Judicis interventu, debet fieri in loco publico, alias non valet; etiam penes mercatorem *Tiraq. de retr. consang.§.4.glos.7.nu.11. & 12.* Sed potest fieri etiam per tertiam singularem personam Judicis authoritate, ut ibidem *num. 3.* & debet per Judicem depositarius nominari & eligi *Rol.à Valle consi.63. n. 34.vol.1.Menoch.de arb Jud.lib.2. cent.3. casu 232. num.3.Pappo suis commen. tit.de retract. §.444.* & cum appareat in contractu emptionis de parte pretii numerata, & parte per confessionem, an ea subsistat, & deponenda etiam sit, de qua extet confessio, Judicis partes, & arbitrium versabuntur ex conjecturis *l.dolum,C.de dolo,arg. l.ult. C.de contra. empt.& § pretium, Instit. de empt. & vend & l.si fundum, ff. mand.* & est sciendum, quòd pretii non vera declaratio facta non habet plus virium quam si nullum omnino pretium declaretur. *arg. l.eum, qui §.cum igitur. ff.de in diem adiec.& l.sicut §.non videbitur in fine,ff quib.mod.pign.vel hypoth. sol.* nam licet verum sit, quòd in omnibus casibus, in quibus vendere quis compellitur regulariter in primis.& pretium persolvendum sit, *glo. in l.1.ver.necessitatem, C.de comm ser manu. l.Julianus §.offerri. ff de act. empt.* nec sufficiat dare fidejussores aut pignora, quia id non est solvere *l.4. §.ait prætor. ff.de re jud.* tamen si de majori pretio emptor, & venditor inter se colludunt id non est attendendum, sed hoc cum fraus est detecta lo-
9 cum habebit. Depositum autem licet depositarius possit cogi per Judicem suscipere, tamen id est intelligendum sine ullo ejus damno, aut impensa. *Tiraq.de retrac.convent. §.4. glos.7. nu.3.* & de hoc loquitur *Cassan.in consuet. Burgun. tit.de retr.§.1. in ver. aurendam in princ. Gerard. Bugoil. in sua disput.retractus per l.cum qui decem, ff.de solut.& quidam.ff.si cert.pet. Boer.decis.124. num.24. cum multis seq.* & in hoc vide *glo.in l.2.n.6.& ibi Cyn. Alber. Bald. Ang. Sal. & Jas. C. de jure emphyt.* &
10 non solum pretii depositum faciendum est, sed & expressè requisitio est facienda, ut consanguineus, vel vicinus, aut consors admittatur ad retractum; ut per *Alex. consi.138. col.2. lib.7.* & debet etiam debita sollemnitas in tempore observari. *l. si bonam C.de administratione tut.ad hoc vide Bal. in c.1.col.2.in prin. tit.si de feu. vas. absque aliqua*
11 *interpellat.* & cum adversarius non potest reperiri sufficit protestari coram Judice. *l.in contrac. §. in omni,C.de non numer.pec.l.& si creditori in fin. C.de usur.* & si sumus in retractu conventionali, & vellet venditor pro retractu depositum facere, fraudem effugere debet, ne pacto inito cum emptore falsi specie, se tueri velit, cum illud pactum
12 intercessit revendendi, ita tamen, ut non posset per alium redimere, sed per se ipsum, nec alii eam facultatem redimendi cedere, quia contractus ex conventione legem accipiunt. *l.1. §.si convenerit. ff depos.Guido Pap.consil.181. H er. Cagn. in l.2. C.*
13 *de pact. inter emp. & vend.* Quid autem si sumus in cessionario, quid servandum est. dic, non valere oblationem, & requisitionem factam non ostenso instrumento. *Tiraq.de retrac.consang.§.26. glos.*
14 *3. num. 44.* Quid autem si quis obtulerit proximior justum pretium pro retractu, an alius deinde majus pretium offerens admittatur? dic, minimè admitti, quia is tanquam animosus non auditur. *arg.l.1.ubi.Bart. C.de metall.lib.11.* idque probat *Imol. in l. qui Romæ, §. cohæredes ff. de verbo. oblig.*

oblig.& Franc.Ripa in l.1.ff.de priv. cred, l. precia. ff.ad l.Falcid.l.si servus. ad l. Aquil. Justum autem pretium indistinctè cautum est, offerri, & ideo petitur exhiberi instrumentum pro deposito, ut per
35 Ferron. in consuet. Burdeg. §. 15. at si non est in venditione expressum pretium retrahens non tenetur dare assertioni partium, circa ipsum pretium, sed arbitrio Judicis id omne relinquitur. Tiraq.de retra, consang.§. 2.glo.1. nu.25. cum duobus seq.& ad finem tit.q.18.num.87. cum seq. maxime num. 89. Menoch. de arbitrar. jud. quæ est lib. 2,
36 cent. 2. casu 143. cum seq. & in extimatione facienda debent inspici reditus, non valor rei venditæ: Alber.tract.statu. lib. 1. q. 112. Bursat. consi. 84. num. 116. in venditione autem facta si ultra
37 pretium sit aliquid mutuatum venditori per emptorem contemplatione venditionis refundendum est per retrahentem, tanquàm sit pars pretii venditionis, ut latè per Tiraq. de retrac. consang.§.1, glo. 18. num.59. cum tribus seq. non autem retrahit proximior à secundo emptore rem inspecto eo pretio, quo ei vendita fuit, sed quo emit primus emptor facit tex.in l.postliminium, §. si is qui emerat.ff.de capt.

SUMMARIUM.

1 Minor, qui suscepit depositum: an restituatur in integrum.
2 Minor ei an retrahant sine curatore, & quid in procuratore?
3 Minores an teneantur ad retractum?
4 Tempus retrahendi ad currat ignorantibus?
5 Denunciatio facta uni ex pluribus tutoribus an sufficiat.
6 Hæreditati jacenti satis est denunciare.
7 Tutore vendente bona ex pacto testatoris, cautius est,ut interveniat decretum Curiæ propter solutionem.
8 Restitutio an competat minoribus ex hac constitutione, & ad quod tempus.

Ejusdem Authoris in §. verum Animadversiones.

Supra locuti fuimus de oblatione, ac deposito faciendo pro retractu,nunc quoque materiam
1 hujus §. superiori rectè annexam tractantes, quærâmus in primis an minor qui repetiit depositum, quo casu censetur renunciare retractui beneficio restitutionis in integrum, possit admitti ad retractum? Ferron. tradit non posse admitti in consuetu. Burdeg. tit.retractus.§.32.vers. addamus minorem.Tiraq.de retrac.convent.§.4. glo. 10. num.3. ad
2 finem. An autem pupillus solus sine tutore major infante, & adultus sine curatore possint retrahere? dic posse per Tiraq.de retrac.consang.§.1. glo. 12. num. 25., & 26 tanto magis si carent tutore, ut ibi procuratorio autem nomine alterius si quis retrahere velit tenetur exhibere mandatum. not. Tiraq.de retrac.consang.§.1.glo.9.num.25. cum seq. & num.261. & 264., tamen sine mandato admittitur maritus nomine uxoris, ut de hoc in rub. supra propè finem, nisi eam expulisset sine causa. Ferron.in consue.Burdeg.tit.de retr.§.23. vers. sed quid
3 si expulerit, quid si emptor fuit pupillus, vel minor rei subjectæ retractui, an teneatur revendere consanguineo venditoris, offerenti pretium, vel curatores teneantur admittere retractum, tenentur per tex.in l. si sine §. Lucius. ff. de administr. tuto. ex quo not. Bart. consuetudinem rem respicientem ligare etiam minores; an liget absentes? traditur in hoc tex. hujus §. & quis absens, vel præsens dicatur, habetur per Scribentes. ff. de verb. sing.l.absentem,& l.ult.C.de tempor.præscrip. & in §.1.Instit. de usucap. ubi Faber, Aret. & alii. An
4 ignorantibus currat hoc tempus constitutionis, vel consuetudinarium, vel à tempore tantum scientiæ? satis intelligi potest ex iis quæ supra §.præced.scripsimus, & de hac materia vide etiam Boer.decis.112.per totum. Bar. in l. 1. §. si quis autem.num.2,ff.de itin.actuq;privato. Doct. in l. 1. & in l.quandiu. C.qui admitti, sed communis tamen opinio est, ut currat præscriptio contra ignorantes à tempore veræ traditionis rei traditæ, licet ex causa in integrum restitui possint. Boer. d. decis. 112.num. 7. cum seq. & quod ignorantia sit justa causa restitutionis in integr. vide tex. in l. Attilicinus.ff.de servit.rust.prad. glo. in l. Aemilius. ff. de minor.glo in l.si partem.§.1.ff.quemad.servit.amitt. ver.utendo,& in l.1.in vers.æstimabunt. C. de patr. potest.Bald.in l.1.nu.24. C.qui admitti, Anch. consi. 70.num.3. Curt.Sen. consi.82. num. 2. & quòd non currat ignorantibus tempus retractus ultra hanc constitutionem, ubi id apertè disponitur, facit etiam tex.in c. Titius, ibi vel annum, ex quo scivit,& ibi Alvar.si de feu.fuer.contr. inter domin.& agnat.& glo.in c.quàm sit in ver.distulerit.§. electu. de elect. in 6.c.porro. vers. ex quo sciverit tit. qual. olim feu. pot. alien. sed statutum potest disponere, ut tempus ignorantibus currat. l. quicumque. C. qui admitti, & in retractu Aegid. Bellamera in c. constitutus col. 12. de restit. in integr. præsertim cum est tempus statutum, in favorem alicujus. c. statutum.& ibi glo.in ver.numerandum,de praben. in 6. maximè si esset ignorantia affectata, quæ nunquam prodest, l.qui contra. C. de incest. nup. c. inhibitio. §. si quis vero: ibi affectatores ignorantiæ de cland.desponf.& c.2.de tempor. ordin. in 6. si tamen pro dolum, vel factum adversarii quis ignoraverit tempus non currit. l. 1. §. si reus. ff. de eo per quem factum erit.l.ult.§. sed & si eod.tit.l.qui cum tutoribus §. qui per fallaciam. ff. de transact. nec currit etiam tempus, si contractus simulatus fuit Ferro.in consuet.Burdeg.titu. retract. §.15. col.2. & solet succurri iis, quibus tempus ex ignorantia lapsum est, ex clausula generali, si qua mihi justa causa videbitur,& cæt. Bar.Ang. Alex. & alii in l. 1.§.si quis vitem, ff. de itin.actumq; priv. etiam si præscriptione longissimi temporis, glos. in l. sicut. ver.militia. C.de præscript.30.vel 40. ann. Afflict. decis.37. ibi dicit ita in post centum annos, ut ibi, sed quòd non datur restitutio in integr. quia certant de lucro captando, ubi ea denegatur, per tex.in l.si quis in gravi. §. verum, & ibi Bar. ff.ad Senat. consi. Sylla. Contra minores autem currere tempus regulariter non solet. l.ult. C.in quib. cau. in integr. restit. non est necess. & minori plus faven. quam absenti, l.in causæ l.2. §.ult.ff. de minor. plus etiam quam ignoranti quando illa ignorantia est crassa,& supina, quæ non attenditur, sed habetur pro scientia, etiam in pœnalibus, & statutis, glos.

gloss. in clem. 1. ver. scienter de consang. & affin. in minore autem solet dari etiam in retractu restitutio in integrum. *c. constitutus, & ibi scribentes de restit. in integr.* & hoc quidem non solum in retractu consuetudinario, sed etiam ex constitutionibus, cum tria sint, quæ in hoc æquiparentur, quantum ad effectum, pactum, lex, consuetudo. *Accurs. in rub. C. de decr. Decurionum, per l. fi. C. de fidejuss.* & si pupillus, vel infans, non habet tutorem, non currit interim tempus, sed Judex adeundus est juxta *l. ut perfectius. C. de ann. except.* juxta tradita per *Tiraque. de retrac. consang. §. 1. ver. acheteur. glo. 13. nu. 21. & ibi. num. 22.* quòd oblatio hæc potest fieri soli tutori pupilli, ut cæteræ denunciationes. *l. Aemilius in prin. ff. de min.* ibi denunciationibus, ut pretium solveretur, tutoribusque sæpè datis, & idem in adulto, & curatore dicit

5 *num. 23.* & an ex multis tutoribus infantis, vel furiosi uni tantum, denuntiari possit; idem *Tiraq. ibi num. 27.* & quod si uni ex pluribus administratio tantùm sit concessa, ei tantùm denunciandum sit, ibidem tradit. *l. & si pluribus. ff. de ad-*

6 *min. tut.*, & si mortuus est emptor, hæreditasq; jacens sit, sine curatore, quòd sufficit hæreditati jacenti denuntiare, ut ibidem per eum *num. 37.* Est

7 autem sciendum circa minores, quòd si pactus venditori fuit defunctus pro retractu conventionali, nempè de revendendo rem emptam soluto pretio, non opus est tutori postea revendenti nomine filiorum pupillorum ipsius, decreto Curiæ. *l. 1. C. quando decr.* opus non est, sed cautius est, ut interveniat nè detur ipsis hæredibus remedium adversus solutionem. *Vincen. de Franch. decis. 206.*

8 *num. 23. & 24.* Quantum autem ad id, quod pertinet ad restitutionem faciendam, vel non, minorum, ex *hac constit.* vide hic à me dicta. *num. 61.* & pro eo quòd non concedatur, facit optimè *l. quicunq. C. de jure hasta fisc. lib. 10.* & in Gallia vi consuetudinis retractus, dicit etiam *Tiraq.* minori currere tempus sine spe restitutionis *de retrac. consang. §. 35. ver. mineurs glo. 2. nu. 3.* licet de jure commum restituuntur *d. c. constitutus de restit. in integr. Guid. Pap. Decis. Delph. 31. & decis. 157. & Boer. decis. 140.* & hanc sententiam amplectitur *Bald. in tracta. pro hom. is. in constit. sancimus. col. 3. ver. sed quaro*, dic hæc constitutio *Affl. in tract. protom. in verb.* ut intra 30. dies, cogita, quia articulus non est sine magna ambiguitate, sed contra minorem facit, quia non ita facilè restituuntur minores ad lucrum captandum, prout ad damnum vitandum, *Bar. in l. etiam, la 2. ff. de minor.* prout in fœminis etiam ità distinguitur. *l. quamvis, & l. ult. C. de jur. & facti ignor. & l. error. ff. eod.* præsertim minor non restituitur ad lucrum odiosum *l. auxilium. ff. de minoribus, & idem in Ecclesia glos. in clem. 2. in ver. graviora in fine, de procurat.* & si esset restituendus, vide *Afflic. in constit. Regni minorum in prin. nota,* non solum pro minoribus interveniunt tutores, & curatores, sed & pro majoribus procuratores, ità, ut si procurator admittat ad retractum proximiorem, præsente Domino, & tacente, ipsi præjudicet, quia cum aliquis scit alium gerere actum, qui eo invito geri non potest, nec ei contradicit, videtur actui consentire *l. ult. ff. quòd cum eo, & not. gl. in c. is qui tacet de reg. jur. in 6.*

SUMMARIUM.

1 *Tempus retractus à quo die currat.*
2 *Tempus retractus an produci, vel minui possit.*
3 *Residuum temporis quomodo currat remotiori.*
4 *Impensæ necessariæ, & utiles à retrahente sunt reficiendæ.*
5 *Cautela pro proximiore, ne teneatur pro impensis.*
6 *Mulieres, rustici, aut milites si legitimè non faciant depositum, non excusantur.*
7 *Tutores circa tempora retractus non vigilantes quomodo puniantur.*
8 *Restitutio minoribus pro retractu, quomodo competat.*
9 *Scientia tutoris scientia pupilli, & an ex ignorantia detur restitutio.*
10 *Excommunicatus, bannitus, filius ingratus an sint capaces retractus.*
11 *Retractus aliquando pendet ex voluntate Domini directi requisiti.*
12 *Retractus cessat inter consortes, si res communis non durat.*
13 *Fructus restituendi sunt retrahenti.*

Ejusdem Authoris in §. & licet animadversiones.

Cum notissimum sit terminum legis esse peremptorium, ut supra *§. precedenti in princ. à me dictum est, & id patet ex tex. etiam in l. mancipiorum ff. de opt. leg. & cap. pia de except. lib. 6.* & retractus tempus, secundum nostram constitutionem currere à die scientiæ, cum is, qui ignorat, non possit experiri. *ff. de calum. l. annus, c. quia diversitatem, in fi-*

1 *ne de concess. prab.* computandum rectè est à die denunciationis, sive alienationis factæ, non includendo tamen illum diem denunciationis, *l. 1. ubi Alex. Cyn. & Fulgo. & Jas. ff. si quis caut. glo. in l. ubi lex. ff. de reg. jur. & in c. quicquis in vers. ex eo. 4. qu. 5. glo. Innoc. Goffred. Phil. & Hostien. in cap. super eo, de appellat.* & est sciendum tempora à lege, vel sta-

2 tuto, sive ministerio Judicis præfinita, sine partium consensu, in ipsorum præjudicium, nec produci, nec minui posse, *l. si vero solum in fin. in auth. de nupt. Alber. in l. in Senatus consulto, §. ult. nu. 2. ff. ad Senatusc. Turpil.* ut etiam tradunt Scribentes in tempore retrahendi statuto Domino in alienatione rei emphyteoticæ, quòd est duorum mensium in *l. ult. C. de jur. emphyt. & rei feudalis, quòd est anni in cap. §. porro, qual. olim feud. pot. alien.* sed est advertendum, quòd si remotior agnatus, vel vicinus requisierit agnatum, vel vicinum, proximiorem in tempore retrahendi, ut declaret animum suum, ut velit redimere qui recusaverit, non currit tem-

3 pus ab initio isti remotiori, sed residuum temporis. *Cassan. in consuet. Burg. de retract. §. 2. per l. fi. quò admitti,* sed tutius est, ut remotior faciat oblationem in tempore, ut admittatur ad retractum, ut per eundem ibi, sed an apud nos supervacaneum sit quærere, cum procursu temporis denuntiatio necessaria sit, vide quæ latè supra *§. in primis scripsimus*, attendendo tamen semper circa pretium, quantitatem primæ venditionis, sive ea aucta, sive inde per alios emptores diminuta sit. *Pappo. suis comment. tit. retractus, §. 461. Tiraq. de retract. consang. §. 12. glo. 1. nu. 6. & 15. cum tribus seq.* dum-

modo

modo illa certa, & integra sit, quia particularis solutio tanquam incommoda, & damnosa non sufficit, ut ex iis, quæ in eodem *§. in primis dicta sunt*, satis apparere potest, *l. quidam existimaverunt*, *ff. si cert. pet. l. 3. ff. fam. hercisc. l. cum hi. §. causa ferè ff. de transact. glos. ibidem in vers.* & minutatim una etiam cum pretio sumptum, & expensarum tempore contractus factarum, *l. intra utile, §. fin. ff. de*
4 *minor. impensa necessaria*, & utiles reficiendæ sunt ut hic scribitur, secùs delitiosis, *l. si fine. §. interposito cum §. seq. ff. de admin. & per tu. l. si servus, ff. de pign. act. Tiraq. de retractu conventionali, §. 7. gl. 1.*
5 *n. 3.* & cautela est, ut retrahere volens denunciet tempori, nec in re empta expensam ullam faciat, quoniam ipse retrahere intendit, nec excusantur
6 mulieres rustici an milites, si minus legitimè faciant hoc depositum. *Tiraq. de retr. conventio, §. 4. gl. 7. n. 13. cum seq.* ut etiam non possunt se juvare beneficio restitutionis in integrum, quod peritiores non potuerint consulere, ut ibi per eum *n.*
7 *18. cum seq.* usque ad finem, quod si tutores, & curatores circa tempora in retractu non vigilant, & inde, quid damni minoribus oriatur, vel etiam si procuratores, vel defensores sua negligentia id accidere condemnat, pœna de qua in hoc *§. plectuntur, qui §. accomodè superiori annectitur*, ubi de minore atque de absente mentio facta est, quibus tutores, & reliqui supra mentionati consulere debent, alias ipsi damnum substineat; & quidem intelligendum hoc est ita si pecunia extabat, eorum verba enim civiliter intelligenda sunt, *l. si cui simplici usu, & de servit.* sicuti cum aliter dicimus, quod tenetur tutor convertere pecuniam pupillarem in emptionem prædiorum venalium, *Bart. in l. tutor. qui repertorium, § si post. ff. de adminis. tut. Deci. consil. 175. col. 1. & 192. vol. 2.* tamen id intelligitur, si constat pecuniam fuisse sufficientem ad emptionem illorum, *Paul. de Castr. cons. 140. col. fin. vers. super quinto. Dec. cons. 172. in fine.* Quantum
8 autem ad id, quod posset queri an daretur restitutio in integrum ipsis minoribus ex eo, quod retractus beneficiorum jure debitum nō fuerint assumpti faciunt ea multo, quæ ex in re à me precedenti *§. scripta fuerunt*; præterea, & dicendum quod cū hic ipsis expressa sanctione subveniatur, aliud quęrendum non sit, quoniam restitutio in integrum non datur, ubi potest competere remedium ordinarium *gl. Bar. Bal. in l. 1. C. si advers. fisc.* alias equidem solet dici, quod proximior si fuit absens, vel infās, vel in utero, & sic legitimè impeditus, si præveniatur in offerendo, vel retrahendo, cessante legitimo impedimento debere admitti, & restitui in integrum ad retractum per *tex. in l. si quis militi, §. 1. ff. ex quibus causis majo. nat. etiam glos. in l. sepulchri. ff. de sepul. vio.* Sed insurgit dubitatio, quoniam scientia tutoris sufficit, ut minoris ex capite ignorantiæ restitutioni in integrum non sit lo-
9 cus, & scientia tutoris habetur pro scientia pupilli, *l. si legati, cum l. seq. ubi Doct. ff. de verbor. obli.* Et in hanc opinionem amplectitur *Natta consi. 492. nu. 6. Alex. cons. 133. n. 1. Bero. 121. num. 19.* ubi dicit communem, & *cons. 122. nu. 3. lib. 3.* præsertim si potest minor habere recursum contra tutorem, *l. properandum. §. fin. vero. C. de jud.* & ità in terminis retractus convent. placuit *Tiraq. de retract. conven. gl. 2. §. 1. n. 55. per gl. sing. in l. si cum militaribus, C. de rest. mil. Bart. in l. infanti, C. de jur. delib.* quem ibi Doct. communiter sequuntur, alias an ex ignorantia detur restitutio, vide latius *decis. 203.* fere per totum, & *Ursill. ad Affl. decis. 37.* ultra ea, quæ
10 superiori *§. scripsimus*, præterea est sciendum, quòd nonsolum hæc considerentur, sed etiam hoc, an retrahere volens, sit incapax retractus, puta excommunicatus, secundum veriorem, & communiorem opinionem. *Tiraq. de retract. consang. §. 1. gl. 9. nu. 27. cum seq.* vel bannitus perpetuò, aut qui condemnatus fuit ad mortem naturalem, & nō appellavit, quia est incapax contractuum, *Boer. in auth. sed hodie, C. de donat. inter vir. & uxor.* at condemnatus ad mortem naturalem, vel civilem pendente appellatione potest retrahere, *arg. tex. in l. si quis filio exhæredato. §. id quoque ff. de injusto rup. testam.* & idem si non erat appellatum, sed erat tempus appellandi, *arg. gl. in l. ex judiciorum, ff. de accusat.* filius etiam ingratus, quantum ad rem à parte alienatam, aut alius agnatus, ob injurias in vendentem, vel alienantem, de quibus hic latius, & per *Affl. in hac constitutione. §. 3. num. 2. 3. & 4. Tiraq. de retrac. consang. § 1. glos. 8. nu. 49.* aliquando
11 pendet locus retractus, ex voluntate requisiti, puta si in venditione facienda rei emphyteoticæ, fuerit infra tempus duorum mensium, juxta *l. uti. C. de jure emphyt.* requisitus Dominus directus an velit eam emere, & ne præferri is, qui responsum dederit, se velle expectare per spatium duorum mensium ad deliberandum interim jus retractus est in suspenso, quod eo recusante emere alii competeret, sed potest dominus gaudere, ut expectetur per id temporis, nec ita respondendo sibi præjudicat in jure prælationis, qui si noluerit præferri, vel consenserit alienationi habet locum retractus, *Napod. in consuet. Neap. de jure congrui vers. alicujus n. 34. Alber. Bar. & Bald. in l. Imperator. in fin. ff. de pact. Tiraq. de retr. consang. § 22. gl. num. 3. & 4.* ali-
12 quando deficit jus retractus causa deficiente, ut inter consortes, inter quos ut habeat locum retractus, debet adhuc durare, res communis pro indiviso inter socios, nam si divisa fuit amplius non dicuntur consortes, *l. magis puto, §. communia, ff. de reb. eo.* hisce verbis communia prædia accipere debemus, si pro indiviso communia sunt, *l. 1. & per totum, ff. de commu. divid. l. 1. C. de commu. re alien.* & procedit *tex. ob cōmunionem*, etiā si quis in re minimam partem habeat, *l. un. §. his itaq; C. de commu. ser. manum.* ubi habet locum, si habeat minimā partem in eo. ignorandum autem nō est, quòd si quis
13 infra tempus retrahendi precepit fructus maturos fundi retrahenti tenetur illos restituere, ex multis, quæ allegat *Anto. Gomez. in l. tauri in l. 70. nu. 29.* quia debet fieri plena restitutio, quæ intelligitur cum fructibus perceptis, *arg. tex. in l. restituere, ff. de verb. sig. & l. fi. §. fi. eod. titu.* & quia reperitur consanguineus in omni jure venditoris, ut ibi.

SUMMARIUM.

1 *De emphyteosi cum pacto liberandi in pecunia, an habeat locum retractus.*
2 *De permutatione, vel donatione dolosa.*
3 *Hodie emo, cras dono.*
4 *Locatio ad longum tempus dicitur venditio, & an & quan-*

& quando sit locus retractui.

5 *Legis beneficio frui non debet, qui in legem committit.*

6 *Contractus duo si modico intervallo inter se celebrantur, quomodo censeantur.*

7 *Retractus cur non obtineat in donatione, & permutatione.*

8 *Simulatio præsumitur, cum res permutata statim permutandi retrovenditur.*

9 *Filia constituens futuram dotem in re empta, & tanquam Pater possidens, an cessare faciat retractum.*

10 *In transactione quando competat retractus.*

11 *Donator omnium bonorum, tantum jus luendi cedit.*

Ejusdem Authoris in §. Causa verò dotis Animadversiones.

ENumerantur hic plures casus, ubi locum retra-
ctus, non habet ex multis consuetudinibus, eti-
àm emphyteusis adderetur, in quo contractu
non habet locum retractus, ut etiam con-
suetudine *Neap.* ut testatur *Afflict. decis. 72.
in princ.* Sed ubi ea consuetudo sic viget
contra dispositionem hujus constitutionis supra in
princ. & ibi diximus, est videndum an sit initus
ille contractus cũ pacto liberandi, sive affrancandi
ut dicitur, nam tunc est simili venditioni. *Didac.
var. resol. cap. 11. nu. 3. vers. ego vero lib. 3.* & tunc
etiam in emphyteusi habet locum retractus, si fiat
in fraudem, ut per *Boer. suis comment. rub. retr. §. 2.
vers. sed quid si res datur*, & de hoc est species facti
proposita ab *Afflict. ead. decis. 72.* ubi opponebatur
de simulatione contractus ad fraudandum ipsum
retractum, cũ verè fuisset venditio, & primo, quòd
plus erat in quantitate, quàm in specie, secundo,
quia deponebatur de simulatione per testes, tertio
quia intra breve tempus fuit facta liberatio, sive
affrancatio, ut dicitur juxta pactum appositum,
ubi vide, & quod subditur ab eodem *Afflict. nu. 9.*
ibidem, quòd ubi pretium intervenit; dicitur em-
ptio, & venditio juxta dictum *gl. in l. fi. C. de præd.
curial. lib. 10. & Bal. in l. ex convent. C. de pact. & in
l. cum dotem. C. de jur. dot. & Ursill. in ead. decis.
nu. 1.* ad corroborationem opinionis *Afflict.* addu-
cit authoritatem *Alexan. cons. 120.* visis narratis
vers. pro hoc facit vol. 3. dicẽtis, quod si emphyteu-
ta donat jus suum, & donatarius pro donatione
promittat centum, non donatio est, sed emptio, &
idem in *consi 63. vol. 7. & Hyppol. sing. 105* ubi affir-
mat, quòd ubi pretium est, ibi est emptio, & Deci-
sionem bis factam in Sac. Reg. Cons. concludens
quod non habeat locum jus retractus in contractu
emphyteotico, quando res fuit data emphyteosim,
sine potestate affrãcadi in pecunia pro majori par-
2 te à principio. Quid in permutatione, vel donatio-
ne, cum fraus, ac simulatio intervenit? quod non
habeatur ratio cõtractus ipsius permutationis, vel
donationis, sed quòd consideretur veritas, ut sit lo-
cus retractui, ex iis quæ infra dicentur apparebit,
& quidem re ipsa, hoc anno species ejusmodi mihi
proposita fuit ab acutissimo, atque eruditissimo
juvene Antonio Aquino, Melogria U.J.D. ut in ea
sententiam meam dicerem; quæ ad hoc controver-
siæ genus pertinet, Titius fundum Cornelianum,
& Proculcianum vænalem habens, & ipsis propin-
quum Mævium non solum finitimum, sed etiam
ejus consanguineum, qui tamen malebat gratifica-
ri, & vendere fundum Cornelianum Cajo, non
vicino, nec consanguineo, tamen exoptanti, & Pro-
culcianum Sempronio, itidem illum acquirere ex
petenti, unà cum eis pro subterfugio retractus,
accessu ad binos Jurisperitos facto, eos consuluit,
responsumque accepit, ut is venderet pro pretio
N. fundum Proculcianum Cajo, & fundum Cor-
nelianum Sempronio pro pretio N. qui deinde in-
vicem permutarent in pretio tacitè inter eos, quo
alter fundus altero potior esset, concordes, & ità
voti compotes futuri erant, & uterque optatum
fundũ ex permutatione erat habiturus, nec retra-
ctus molestiã accepturus paruerunt, & res sic acta
est, re audita Mævius communitionibus excom-
municationum præmissis detexit, non solum testi-
ficatione ipsorum Jurisperitorum, sed etiam con-
fessione partium revera fuisse tractatam venditio-
nem, pretium intervenisse; & contractus pro con-
tractu factam commutationem fuisse, convenit
emptores, seù permutatores in juditio sententiam
tandem servatis servandis in sui favorem tulit, &
in causa appellationis ea in Regia Audientia,
tum etiam stante alia appellatione confirmata fuit
in Mag. Cur. Vicariæ, sed parte adversa ad Sacr.
Cons. confugiente, ea revocata est ab ea pronuntia-
tione fuit reclamatum. Dicebam ego simulatio-
nem, fraudemque contractus pro evitando retra-
ctum apertissimè patere, etiam ex oris proprii par-
tium confessione, qua probatione nulla major re-
periri potest *l. cum te, la 2.* cum concordant. *C. de
trans.* attendendumque esse, quod principaliter a-
ctum est, *l. semper in stipulationibus. ff. de reg. ju. to-
to tit. C. plus valere quod agitur*, quàm quod simu-
late concipitur, *l. quamvis, & l. multum, C. si quis
alteri*, vel sibi, cum quo consentit, & allegat *Af. in
materia retractus loquens*, & de specie contractus
venditionis ad speciem redactæ cõtractus emphy-
teusis in *d. decis. 72. ad finem*, quia ut ipse ibidem
tradit ex juribus per *Alexa. allegatis cons 83. in 3.
col. in 2. vol.* per nuncupationem contrahentium
veritas ipsius contractus mutari non potest, nec
debet via fraudibus aperiri, *l. in fundo, ff. de rei ven-
dic. c. sedes de rescript.* & fraudes colliguntur ex
mendaciis, quibus, qui utitur filius est Diaboli, in-
quit *tex. in c. cavere, 22. n. 5.* ubi etiam, quod men-
titur quis dupliciter verbo, & opere, & ex menda-
cio commodum quis reportare non debet, *l. si quis
affirmaverit, ff. de dolo, l. quæ omnia, §. sed & si ff. de
procur. & irans etiam hic præsumebatur ex actu
clam facto, l. fi. D. de ritu nup. l. non existimo cum si-
milibus, ff. de administr. tut.* Item ex interposita
persona in venditione, quæ non rem illam, sed al-
tera studebat habere, *Bar. in l. si pupillus. §. fin. D. de
auct. tut.* præterea effectus est inspiciendus, *l. non te-
stamentum, C. de testam. l. Gallus, §. ejus D. de lib. &
posth.* Tu si liceret evitare retractum de specie ad
speciem contractus, consuetudines, constitutionesf-
que super retractu; velut palea essent, & illis non
magis, quam vento fideremus, quas valere, ex al-
legatis per me animadversionibus meis supra in
3 rub. propè finem, patet, nec ad rem pertinet, quod
dici solet hodie emo, cras dono, aut permuto, de
quo à me scribitur in hoc §. quod, & in ore non
so-

solum Jureconsultorum,sed abjecti etiam cujusvis causidici frequentissimè esse solet,quoniam ut cœtera omittam, & præsertim quæ in contrarium adducuntur,tamen dico quòd multis casibus hallucinantur,utentes eo dicto tanquam Delphico gladio, quia non animadvertunt non esse dicendum hodie emo, cras dono. Sed hodie emo hod è dono & ut verius simulatè dono, nam antequam pe ficiant contractum venditionis, concludunt super donatione,non verè, sed commentitie, pro fraude excogitata,quasi clavum, clave trudere velint, licet vendendi, emendique principalis finis sit, qui attenditur.*l.rem non novam,C.de jud.l.verum,la 2. D. de furt.* nec hoc defensionis genere utantur, quod jus retractus jure cōmuni adversetur, juxta magis communem Doct.opinionem in *l.dudum,C. de contrahen. empt.* & proinde tanquam odiosum subtiliter non sit attēdendum,& quia & si illud verum esset, quod tamēn controversiam maximam patitur,satis præcitato loco docui multas consuetudinesque contra jus commune esse, quæ tamen servandæ sunt,ex pluribus ibi allegatis, & totum hoc unde moti fuerunt, qui voluerunt cessare retractum, si hodie emo,cras dono, inde nascitur, quod res perplexè fuit interpretata,quare difficultatem ut tollam, scrupulumque omnem dico fortasse posse concedi, ut hoc verum esset cessare retractum si hodie emo,cras permuto,aut dono,licet plures contrariu m senserint § quenti *§. diximus*, sed cardo totius hujus rei vertitur in hoc, quia aliud est dicere simpliciter dono,aliud cum adjuncto, vel ut logici dicunt,secundum qu.d,puta est differentia, cum dicitur homo, & cum profertur cum adjuncto, & dicitur homo mortuus toto *tit. D.de donat.conjuncto tit.de donat. causa mortis, de donat.quæ sub modo, & causa.*Idem cum dico simpliciter servitutem cum adjicio servitutem urb.vel servitutem rusticorum prædiorū & toto titu.*D.de servi.& tit.ff.de servi.rust.& tit.de servi.pred.urb.* modo ad rē proprius accedēs,colligo verū esse posse,hodie emo,cras dono,si in puris terminis merè,& simplicis donationis loquimur, si *Napod. Affl. opinioni accedere volumus, de quibus infra § subseq.* quam tamen reprehendit *conf.Burg.de retrac. §.2. Cassan.* at si cum hac adjectione,& qualitate hodiè emo, & cras simulate,aut dolosè dono, id minimè procedi, quoniam quæ dolo malo gesta sunt, leges infirmant.*l.eleganter.ff.de dolo*,& dolus dicitur esse delictum, ut est *text.in l.1. juncta gl. parvula in ver.crimine.ff.de fidejuss.tut. quam ibi expressè not.Bar.ad hoc idem Barto.in l.1. §.si apud servum, D.depos.tex.in l.item exigit.ff.de dolo.* & proprie,& vere dolus malus est,cum aliud agitur,aliud simulatur,ut sunt hæc verba *tex.in l.1.§.1.ff.de dolo*,quo dolo fieri non debet,ut dolosis, malitia sit lucrosa, & aliis simplicitas damnosa, eadem *l.1.in princ.* & cum intervenerit prætium, & tractatus de mutando contractu est vera emptio, quæ non potest auferre per talem mutationem jus retractus, *l.nemo potest ff.de reg.jur.l.cordonem, ff.de oper.libert.* Facit in simili,quod tradit *Decius consf.294.*in causa Reverendissimi, quod locatio facta ad decen-

4 nium,& ita ad longum tempus dicitur alienatio& venditio, prout etiam de locatione facta ad vitam alicujus, attenditur igitur effectus, & ideo afferit *Ursillus, Dec.Affl.72.nu.9.*quod si in locatione ad longum tempus est solvendum pretium singulis annis non habet locum Jus congruum, quia est propria locatio, non loquitur autem secundum hanc constitutionem, sed aliam consuetudinem, quæ cessare retractus secus si in unico pretio solutio fieri debeat, quia est venditio, & locus est retractui, & adducit etiam authoritatem *Boerii dec.* 144. dicentis quod quando res est partim vendita, partim donata præsumitur fraus, & ea quæ congerit *Tiraq. de retrac. consang. §. 30. glos. 1.* quod attendatur veritas,& non verba, *& Andrea de Iser. in c.1. donare nu.8. in addit. qualiter olim feu.alien. pot.* & quod factum superveniens, sivè actus non impediat. probat *tex.in l.non omne ff.de statu.lib.& tex.ad hoc secundum Bart.* ibi, & modernos sing.*in l.is,qui fuis,ff.§ si ab ignoro,ff.de manum.*ut etiam testatur *Franc.Aret in l.qui aliena, ff.de acq.hæred.*ubi probatur,quod actibus sequentibus non affertur robur iis, quorum principium ob alium finem ceptum fuit,adde etiam,quod cum principalis causa non subsistat, idest principalis actus super consensu rei;precii,& consensus,ubi est perfecta emptio,& venditio toto *tit.Instit.de emp. & vendit.* ad tollendum jus retractus in venditione, ut supra in initio hujus Constit.locum habentes,nec ea,quæ inde sequuntur, *l.cum principalis, ff.de reg.jur.* His accedere debere, quòd cum retractus consuetudo vigeat non solum apud Italos, Gallos, Germanos, & Hispanos, se, & ubique ferè gentium, ut supra de hoc latè in rubr. dictum est, & ad ipsum impedimentum versutiæ mortalium insuetis modis uti cæperint, novo adversus eos remedio opus est, *arg.l.manumiss., ff.de just.& jur.*

5 proindè obstandum est; ne qui in legem committuntur,legis beneficiis frui velint, *l.auxilium, in fine cum concordant, in glo.ff.de minor.* tanto magis,qua ab effectu,& eo ipsa debet contractus judicari,*l.si una in princ. ff.loc.l.insulam,ff.de præscrip.*

6 *ver.prædictis etiam est addendum*, quod cum duo contractus puta locatio,vel permutatio, aut donatio,& vēditio modico intervallo inter se celebrantur, censentur duo contractus alter alterius contemplatione & causa celebrati, *l.1.§.qua onerandæ ff. quæ. re. actio non datur*, & habentur pro uno contractu,& unum retrahens, alterum quoque retrahit,ut affirmat *Tiraq.de retract.consang.§.1.ver. ou autres choses, glos.2.nu.78. reliqua vide infra §.*

7 *subsequenti.* Retractus autem cur non habeat locum in donatione, dixi hoc *eod. nu.2.* & ea potissimum ratione, quia pretium in retractu est reddendum, & in donatione, nihil precii est solutum ergo,& cæt.*c.cum cessante de appell.*& quia hic dico etiam de causa, cur retractus in permutatione locum non habet addere potes,quia permutans cū alio rem suam, id facit, ut altera potiatur, quæ si avocaretur à proximo per retractum, tanquam causa non secuta adversus illum,actio competerent *l.cum precibus, C.de re permut.l.1.§.Ideoq; l'ædins, ver.igitur.ff.eo.c.cum.universorum extra de re permut.*& quod non habeat locum retractus in permutatione, latissimè confirmat *Innoc.in l.dudum, C.de contrac.empt.*At præsumptio simulationis hæc

8 est, quando statim res permutata retrovenditur permutanti.*Cassan.in consue.Burg.tit.retr.§.12,ver. & apres*, reachepteur leschange.Cum quo in ultimo dicto nō videtur dissentire,*Boerius in Addit.*

*in consuetu.Neap, si quis emit de jure congrui, dicens ex authoritate Affl.decis.*330. *&* 391. id quod dicitur hodie emo, postea dono, ita cessare facere retractum, si id non sit in fraudem, ut si eodem die vel instanti, vel conjunctæ personæ, vel etiam in permutatione, si emptor permutat, & eam statim
9 vendit, & ibidem Camillus Salernus quærit de patre donante filiæ in capillo, constituendo eidem dotem futuram super aliqua re immobili, & remanente in possessione, & protestante, qui non tanquam Dominus, sed tanquam pater administrat an cessare faciat retractum? & qui cessare faciat, respondetur maximè, si illa filia remaneret indotata,
10 quid in transactione, cum ordinariè cessat retractus, ut hic, & per *Ferron.in cons.Burdeg.§.25. per l.si pro fundo,C.de transact.* secus tamen si pro prædio relicto accepta sit litis extimatio, *l.si donata, ff. de donat.inter virum, & uxo. l.is qui, ff.ex quibus caus.in poss. eatur.* Item si res esset ficta litis motæ & fraus commissa, *Ferron. in consuet.Burdeg.§.25.* At est sciendum inspiciendum rectè esse, an fraus illa constet in *seq. §. noscetur.* Quod in donatione aliquando videtur etiam, & tamen non est, ut pa-
11 tet *Dec.Ped.Tesf.*201. ubi donator omnium bonorum postea jus redimendi cedere potuit, ut ibi latissimè est.

SUMMARIUM.

1 *HÆc const. quomodò contra jus esse videatur, dum jurandi necessitatem imponit extraneo emptori.*
2 *Primus emptor etiam de vero pretio jurare debet.*
3 *Si emptor simulationem fateatur, venditor neget, quid agendum.*
4 *Protestandum est à proximiore.*
5 *Simulatio ex argumentis, & conjecturis, nec in dubio præsumitur.*
6 *Contractus si fuit simulatus admittitur proximior etiam post tempus retractus.*
7 *Contractus simulatus quomodo probetur, & quando prævalent testes instrumento.*
8 *Laudemium ex retractu, an, & quando debeatur.*
9 *Expensas quoque restituere tenetur retrahens emptori.*
10 *Argentarius, vel tabellio negans edere tenetur ad interesse.*
11 *Instrumentum, & schedula exhibenda sunt.*
12 *Fraus præsumitur, si vilius res fuerit conducta, cum multis aliis circa fraudem.*
13 *Leges, & statuta ligant in conscientia.*
14 *Fraus in rustico, & muliere non præsumitur, ut in aliis.*

Ejusdem Authoris in §. Ideoque animadversiones.

1 HÆc constitutio, ut omnes consuetudines jurandi necessitatem imponentes videtur esse contra jus, qui habens instrumentum non tenetur jurare, *c.2.de probat.* ut hic dixi, & qui fraudem dicit, fraudem probare debet *Spec.tit.de appell.§.nunc tractemus, vers.sed secundum præmissa*, & idem *Spec.in titu. de donatio. §.1, vers.Item pone aliquis per l.quoties.§.qui dolo.ff.de probat.* prout etiam hic dixi, sed est sciendum, quòd quæ quotidie eveniunt, docent, quid agendum sit, cum igitur frequentissimè, etiam intervenientibus scripturis, aut instrumentis noscantur homines falsas fictas struere causa retractus, opus erat novo remedio, & homines eo adhibito facilius vitandi peccatum occasionem haberent, quòd considerari debet *cap.valet.* 81 *.dist.* & idcirco consultum fuit super juramento adhibendo, nam aditione juramenti res verius constare dicitur. *c.omne* 22. *q.* 1. Juramentum autem debet esse juxta formam constitutionum, & consuetudinum, prout facit etiam mentionem de eo *Rol. à Vall.juxta consuetudinem Casalensem, cons.* 21.*nu.*1.*vol.*2. quod debent jurare emptores quando pretio constiterit res empta, & quod fuerit verum, & justum pretium numeratum, & præcisè solutum, & jurare etiam tenetur tertius possessor, qui emit ab emptore rem retractui subjectam per verbum credit, ut post *Bald.* quem allegat in *cons.* 225.*lib.*1. *affirmat Tiraq.de retract.consang.§.*2.*gl.* 2.*n.*10.*&* 11. reliqua hic vide, & tunc jurare etiam
2 tenetur prius emptor de vero pretio. *Tiraq.de retract.consang.§.2.ver.il loy peult faire.glos.2.nu.*10. Sed an si emptor jussus jurare ad instantiam retrahentis nolit verum precium affirmare, illud esse, quod expressum est in contractu, an possit re privari? secundum nostram constit. id equidem dicendum est, quod, & *Tiraqu.affirmat de retr.consang. §.2.glos.2.in fin.* intelligendo tamen, si a Judice jussus sit, alias enim secus esset, ut per eum ibidem, & delato juramento emptori, & venditori de veritate contractus donationis, aut permutationis, si juraverint eam fuisse factam in fraudem retractus, probata est fraus, quia nulla major probatio, quàm proprii oris partis adversæ confessio. *l.qui de inoff. in fin.ff.de inoff.testam.c.quoniam de privil.l.cum te la 2.C.de transact.* & delato juramento emptori, &
3 venditori super veritate contractus, si emptor dicat eum esse simulatum, emptor verò neget, semiplenè probatum est, & locus est juramento suppletorio. *Cassan.in consuet. Burg.tit.de retract.§.*12.*nu.* 7. & quidem quando retrahitur res à consanguineo, vel vicino ultra juramentum subeundum, de quo per nos scribitur hoc eodem §.in fine, rectum
4 est, protestatione uti proximiorem, ut si ex post facto compertum fuerit eos usos fuisse retractu in fraudem, ab eo recedere liceret juxta *l.si cum debitor.§.1.ff.quib.mod.pign. vel hypoth. solvitur. l.at si quis.§.plerique.ff.de relig.& sumptib.funer.& l.si tamen. §. cum redhibitoria. ff. de adilit. edict.* ita docet *Tiraq.de retrac.consang. §.5. gl.unica*, ubi
5 etiam, quod fraus ex argumentis, & conjecturis verisimilibus, & inter alias si consanguineus statim post retractum alii extraneo cedit per *l.si ventri.ff.de priv.cred.c.officii.de elect.* Simulatio autem in dubio non præsumitur, nisi probetur. *Bald. per illum tex.in l.quamvis,C.si quis alteri,vel sibi,ea est ergo probanda juxtà tradita per Bar. cons.* 65. *Petrus Nicola.col.*3.*Bal.in l.ab Anastasio, in fin. Cod. mand.Paul.in l.Jurisgentium.§.dolo.ff.de pact.* & simulatio quæ fraudem re ipsa continet, adversus hæredes etiam emptoris proponi, & probari potest, quemadmodum, & dolus, ubi quid ad hæredem pervenit. *l.in hæredem. l.si plures. §.hæc actio. ff.de dolo. l.quod in hærede. ff.de tribut. act.* & cum
6 est simulatus contractus, etiam admittitur proximior post tempus consuetudinis retractus, cum venit jure nullitatis, cum simulatus contractus sit nul-

nullus.*l.nuda.ff.de contrab.empt.l.emptor.ff.de aqu. plu.arc.ubi gl.singul.*quæ dicit eo casu teneri venditorem perinde,atque si alienatio facta non esset. *l.imaginaria. ff.de reg. jur.* & venditione simulata cessat retractus. *Napod. in consuet. Neap. de jure congruo,ver.emit.num.8.Affl.decis.339. per totum,* ubi emptor possidens se excusabat super retractu quòd licèt mentio esset facta de venditione,
7 tamen aderat pactum revendendi modico pretio, quæ duo faciunt contractum simulatum, & pignoratitium. *gl.in c.conquestus de usu, & tex. in c.ad nostram de empt. & vend.* & ita fuit absolutus, contractus autem simulatus probari potest per testes, & istis testibus creditur contra instrumentum. *gl.in §.si vero tale, in auten.de fide instr. coll.6.& l.illicitas.§.veritas.ff.de off.Præsid.* & tres vel etiam duo testes prævalent contra instrumentum,ut per *Cassan.titu.de retrac. in consuet. Burg. vers.se la faute est tronce nu.14.per text.in d. §. si vero tale*. Et si ego probo per instrumentum Titium contraxisse mecum Neapoli tali die, & tu probas per duos testes, quod eodem die fuit Romæ, prævalent isti duo testes instrumento *Bald. in l.in exercendis. C. de fide instru.* & si testes dicant,quod præcessit tractatus de vendendo, & postea incontinenti sequuta fuit permutatio, tractatus præcedens facit præsumere contra permutationem incontinenti secutam, & illam fuisse factam in fraudem juris retractus.*Cassan.in consuet. Burdeg.tit.de retrac. §.12. num.* 17. Hæc quidem
4 expedit scire pro retractu,quia id interest consanguineorum, atque etiam pro solutione laudemiorum secundum opinionem *Boer.*quia laudemia deberi ex retractu consanguineorum sentit *in consuet. Bitur.tit.de retr. §.5. col.* 1. quem tamen reprehendit *Tiraq.contrariæ sententiæ de retra.consang.§.29.gl.1. num.4.* Laudemium equidem debetur Domino non ab ipso emptore, qui debet abire immunis ex venditione necessaria, vide tamen ibi *Tiraq.* qui de gabella soluta ab emptore etiam loquitur, ut eam consanguineus retrahens emptori solvere debeat. *gl.4. in princ.* & omnium
9 expensarum, nedum instrumentorum causa factarum restitutio debet emptori fieri à retrahente. *Tiraq.ibidem glos.3. per totam*, & emptor debet nominari à venditore,& jure tenetur quis respondere,sitnè res de qua agitur in sua potestate, vel non.*l.si quis jure interrogatus.ff.de interrog.act.*&
10 edere si neget argentarius, aut tabellio in materia retractus, contra eum agitur ad id, quod interest.*Ferro.in consuet.Burdeg.§.7. tit.de retr. l.ar-*
11 *gentarius.§.cum autem.ff.de ed.* & instrumentum exhibendum est venditionis, & etiam schedula si ea tantum confecta est, *per tex.juncta gl.in l.1.C. de jur.cal.& in clem.1. de procurat.*ibi Instrumento, vel literis, ipsa autem minus facit circa confessionem partis, quam instrumentum. *Tiraq. de retract.consang.§.2.gl.1.in fine,*& est semper animadvertendum, an fraus facta fuerit. legi, constitutioni,vel consuetudini,quibus fit fraus multipliciter, ut colligitur ex *l.atqui natura. §. sed cum me absente.ff.de nego.gest.l.cum pater.§.Titio. ff.de leg. 2. l.si libertus minorem.ff.de jur.patr.l.servus dotalis. ff.sol.matr.*& non sufficit eventus solus sine consilio,ut hic dixi *l.ait.prætor.§.1. ff.quæ in frau.cred. l.qui autem.§.si patronus in fi.ff.si quis om.cau.test.* & quidem cum in hoc §. tradiderim plures modos,
12 colligendi fraudes,adde etiam,quod fraus præsumitur. si vilius res fuit conducta. *l. quin etiam. ibi minoris locata.ff.de calum. & c. donare, qu. l. olim,feu.pot.alien.cap.ad nostram de empt.& vend. c.illos vos de pign.* item si tractatur à contrahentibus de venditione,& hanc ipsam locationem vocant,non quidem in casu hujus constit.ubi, & in locatione contractus non denegatur ut in princip.ipsius, etiam si conventio non continuò sequatur, *l.sed si maritus.§.si constante. ff. qui,* & à quibus,fraus etiam præsumitur, si proximior passus est se vicini colludens cum emptore, cum posset vincere,nam id remotioribus non debet obesse *Tiraq. de retract.consang. §.1. ver.de dans l'an. gl. 10. num.* 122. Est quoque sciendum circa fraudem,quòd ea magis detegitur ex tractatu præcedenti de quo supra, quàm ex sequenti *Tiraq. de retract.consang.§.1.ver.ou equipollent, à vente glos. 14. num. 24. 25. & 26.* ubi plurima allegantur fraus etiam esse potest, ut *in Consilio Lomei, 29. col. 2. lib. 3.* ubi fit mentio de statuto Florentino volente, quod habens domum contiguam domui venditæ,restituto prætio venditionis possit retrahere, & quidam vicinus, nè locus esset statuto vendidit dimidiam partem domus cuidam amico, & incontinenti tanquam contiguo, alteram partem domus, quod probat *Gerard. à Petra sancta sing.26.* Tu habes, & refert *Tiraq.in præfat.operis*
13 *sui num.73.* subditq; *num.74.* Leges, & statuta, nos etiam obligare in foro conscientiæ, ut notat *gl.in c.quæ in ecclesiarum in princ.& ibi Bald.de constit.gl.in c.2. vers.sententiis lib. 16.* Item fraus committitur cum magnas expensas supervacuas emptor facit in re empta pro incommodo retrahere volentis, quæ tamen non recuperantur. *l. si servus ff.de pign.act.l.sed an ultrò §.1. ff.de neg.gest. l.in fundo ff. de rei vindic.*Fraus autem in rustico, & muliere non præsumitur,ut in aliis. *Bal. in rub. C.de re permut. gl.in l.ult. C. de test..juncta glos. in l.penult.ff.eodem.*

SUMMARIUM.

1 *Lite etiam mota emptori res retrahitur.*
2 *Litigiosa res per retractu facta quomodo dicatur.*
3 *Alienans in clericum ne vectigal solvatur punitur.*
4 *Utile dominium si cum directo consolidatur cessat retractus, vel si ex pacto luendi ad vendentem res revertitur.*
5 *Fraus ex alienatione quomodo colligatur.*

Ejusdem Authoris in §.prohibemus. Animadversiones.

1 POtest quæri, an mora lite emptori à Tertio super re retrahenda habeat locum retractus? & dicendum est habere, quia vitium litigiosi non extenditur ad venditiones necessarias; *l. Divus ff.de petit.hæred.l.is à quo, cum l. seq.ff. de rei vend.*An autem facta re aliqua litigiosa litis contestatione à proximiore emptor illam donans, se
2 quando opinionem *Napod. & Affl.* in illo dicto hodie emo,cras,dono, de quo in §.præcedenti, jus

Bb 2 retra-

retractus impediri possit? dic non posse cum jam sit facta litigiosa, vel si sit alienata in fraudem consanguinei, vel si præventus postea donavit, vel si clam actus factus est, vel post donationem alienans possideat, ut per *Tiraq. in singulis allegantem de retrac. consang. §. 12. ver. transposte la chose à autre. glos. 1. num. 14.* Non mirum autem est si prohibetur alienatio rei subjectæ retractui in hoc §. in potentiores, nam & alias pœnalis est similis alie-
3 natio. Quare *Lucas de Penna in l. fi. num. 32. C. de ann. trib. lib. 10.* voluit, quòd si aliquis alienat bona sua in clericum in fraudem collectarum illis
4 privari debeat. Non habet autem locum retractus, si non aliter res distracta, sed esset consolidatum utile dominium cum directo, quia tunc retractus cessat, ut tradit *Bald. consi. 300. nu. 5. vol. 1.* Item si res reverteretur ad vendentem ex pacto luendi personam potentiorem, quia id liceret, nec retractus impediret. *Castren. consi. 24. num. 3. vol. 2.*
5 *Decius cons. 38. num. 3.* & in materia scias, quòd si alicui est mota lis, vel erat spes, quòd moveretur, & rem alienat, dicitur in fraudem facere, & non prodest emptori. *l. si ea res. ff. de act. empt.* ita asserit *Mar. Freccia in add. ad consuet. Neap. 1. de jure congrui.*

SUMMARIUM.

1 Tempus pro retractu est peremptorium.
2 Tempus pro retractu potest partium consensu prorogari.
3 Alienata re à non Domino, an tempus currat.
4 Venditione facta per instrumentum, vel per testes semper currit tempus.
5 Et lit. contest. quomodo perpetuetur tempus retractus, & quid ex interpellatione extrajudiciali.
6 Renuncians retractui, amplius super eo non auditur.
7 Parià sunt non consignare in tempore, vel malè consignare.
8 Deposito utens dicitur renuntiare.
9 Denuntiatione non facta, quòd tempus currat.
10 Petens pretium post tempus, de lapsu temporis non opponit.
11 Hæredes possunt uti pacto redimendi.

Ejusdem Authoris in §. Transcurso. Animadversiones.

1 Non est ignorandum, quòd facultas retrahendi lapso tempore limitato à statuto pro retractu amittitur, ut per *Rol. à Vall. cons. 21. n. 9. & 10.* post autoritatem *Bal. Afflic. Ferro. Alex. & Paris.* quos ibi allegat, quia nisi retractus fiat intra tempus statutum mora purgari non potest. *l. 1. ff. de decr. ad ord. facien.* quia terminus legis est peremptorius, ut dictum est supra in *§. verum, in princ. Rol. cons. 21. nu. 9. vol. 1. Cassan. in consuet. Burg. titu. de retr. §. 10.* ubi annale tempus juxtà eorum consuetudinem dicit vim refutationis habere *Calcan. cons. 56. num. 56. & seq. Crav. cons. 248. nu. 1. Borgn. decis. 17. nu. 31. & decis. 21. num. 78.* Id tamen tem-
2 pus potest partium consensu prorogari. *Tiraqu. de retract. consang. §. 1. glos. 14. n. 30. cum seq.* Est autem
3 hic notandum, quòd si alienata res sit à non domino non incipit tempus currere, nisi consensus veri Domini accedat, ita sentit *Napol. sua cons. Neapolit. 17. de jure congrui, in vers. emit n. 7.* quia tunc dicitur perfecta, & vera venditio. *l. fundi ff. de servit. rustic. præd.* quod idem est dicendum in marito alienante rem uxoris. *Cassan. in consuet. Burg. rub. 10. de retr. §. 5. nu. 2. vers. sed quæro dominus*, alias
4 currit tempus sive sit facta venditio per instrumentum, sive per testes. *Tiraqu. de retr. consang. §. 2. glos. 11. cum seq. Menoch. de arb. jud. lib. 2. cent. 1. casu 63. n. 1. & 2.* & facta litis contestatione, quomodo
5 perpetuetur tempus, vide apud *Tiraqu. de retr. consang. §. 1. glo. 10. q. 13. nu. 75. n. 84.* ubi tamen citatio, & lit. contestatio, sit valida, ut ibi, & *n. 81.* Et an ea perpetuitas habeat locum per interpellationem extrajudicialem? minimè ut per *Tiraq. de retr. convent. §. 4. glos. 6. nu. 38.* Quid si quis renunciavit su-
6 per retractu? amplius non est audiendus. *l. qui jusjurand. C. de reb. cred. l. quæritur. §. si venditor. ff. de adil. edicto. l. 1. §. qui semel. ff. de success. adic. c. quàm periculosum. 7. q. 1. Afflict. in tract. jur. prothom. ver. scriptum col. fin. 11. not. Masuer. titu. de retr. col. ult. ver. sed quæro.* Quid si promisit, & etiam ante venditionem renuntians parti præsenti, *Tiraq.* multos congerens de *retr. consang. §. 1. ver. ou luigier. glos. 9. num. 97.* vide etiam supra in *rub. num. 50.* Quid si
7 quis infra tempus venit ad consignandum pretium, sed debitè non consignavit? vide de hoc supra latè in *§. in primis*, & dic quòd paria sunt non consignare in tempore, & malè consignare. *Ferro. in consuet. Burdeg. lib. 1. tit. de retr. §. 4.* cum non referat, venerit nè quis, an malè venerit. *l. quoties ff. qui*
8 *satisd. cog.* Idem erit si re deposita postea usus fuerit. *l. 1. C. qui pot. in pig. habeantur.* Est autem scien-
9 dum, quod notificatione non facta consanguineo venditoris non potest currere tempus usque ad 30. annos. *l. sicut, & l. ult. C. de præscr. 30. vel 40. ann.* In Regno verò Neapol. ubi viget hæc constitutio ipsum tempus præscribitur decennio, prout verba in hoc §. *id disponunt.* & contra tertium possessorem, jure communi etiam esset decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes. *Tiraqu. de retr. consang. §. 1. glo. 10. nu. 11. & 16. & §. 36. glo. 13. nu. 56.* Si autem non in tempore emptor pecuniam acceperit à consanguineo venditoris cogitur revendere. *l. quòd si nolit. §. in factum, ff. de adilit.*
10 *edict. l. Æmilius ff. de minor.* & post tempus, si emptor pretium petat cogitur illud recipere. *dict. l. Æmilius*, & si lapso tempore dixit emptor, se rem redditurum, quandocunque pretium sibi reddatur est expectandum per modicum tempus adhuc, vel possunt duo menses eidem statui, ut redimat, ut latius per *Tiraq. de retract. convent. §. 1. glo. 1. nu. 65.* &
11 mortuo infra tempus venditore in pacto redimendi, admittuntur tamen ad redimendum hæredes, per *l. si pactum, ff. de probat. glo. & Doct. in l. si decem, cum petiero ff. de verbor. oblig.* & si venditoris tantum persona fuit expressa, ut is possit redimere, tamen admittuntur ejus hæredes. *l. si necessarias §. de vendendo. ff. de pign. act. l. stipulatio ista. vers. sed si. ff. de verb. oblig.*

SUMMARIUM.

1 Pro rata quid significet.
2 Plures ejusdem gradus quomodo admittantur.
3 Gratificationi est locus in re vicina.

4 Hypo-

4 *Hypothecam, vel usumfructum habens non retrahit.*
5 *Pars deficiens cæteris accrescit in retractu.*
6 *Pauper habens palatium dirutum, cogitur vendere.*
7 *Socius volens ædificare non impeditur.*
8 *Partem emens à socio quomodo se tueatur adversus vicinum.*
9 *Modi quatuor habendi retractum.*
10 *Semel consentiens alienari partem quam in re habet, quomodo sibi præjudicet secunda alienatione.*
11 *Porticus venit appellatione domus.*
12 *Pars etiam dicitur respectu additus.*
13 *Hortus an contineatur appellatione domus.*
14 *Superficiarius etiam partem dicitur habere.*
15 *Domus ex lignis confecta etiam ædificii nomine comprahenditur.*
16 *Plures casus partem tantum redimendi.*

Ejusdem Authoris in §. Scriptum est. Animadversiones.

1 PRo intelligentiam hujus §. cum vocentur propinqui secundum propinquitatem quam habent, & pro rata admittantur, est prænoscendum quid sit pro rata, de quo vide *gl. in l. 1. in princ. C. de nat. lib. & in l. 1. ver. pro rata, C. de dot. protom.* & nō pro virili, sed pro portione eā significare *Tira. affirmat. de retr. consan. §. 11. ver. pro rata. gl. 8. in princ. ex in l. iis, §. Imp. ff. de solut. & in l. Plautius in prin. ff. de condit. & demonst.* & pro rata quantum ad locum etiam dicimus, cum pro rata regionis, *l. ex mille, §. quæsitum, ff. de evict.* Admittuntur equidem
2 plures in eodem gradu pro rata, idest virili portione, ut per *Sebast. Napodan. in consuet. Neap. tit. de jur. congr. si ex uno nu. 87. & Affl. tract. protomis. §. 1. col. antepe.* quos refert, & sequitur *Tiraq. de retr. consang. §. 11. ver. tous ydoibent estre, & cat. glos. 10. nu. 3.* & si res est invisibilis, ut camera, forte dirimetur res, nempe quis præferendus sit, ut per *Napod. 16. & Joan. Fab. in §. si plures. Instit. de leg. agn. tutela Boer. suis comment. retr. §. 2. vers. hic dicitur quod proximior, idem lib. des costumes de Jovus tit. 15. de retr. art. 5. ver. hic quod Cassan. suis comment. rubr. 1. retr. §. 1. in ver. le plus procbain. in princ. & nu. 40. Pappo. suis comment. tit. de retr. §.*
3 440. Sed quod sit locus gratificationi in re vicina *not. Cumia in ritibus Magn. Cur. V ic. c. 105. nu. 5. ad finem Menoch. tracta. retinen. poss. remed. 3. nu. 763.*
4 non sufficit autem habere hypothecam, vel usumfructum in re vicina, ut suam partem retractus quis habeat, *Rolan. à Val. consi. 67. num. 36. post Affl.*
5 quem ibi allegat. Quid si quis ex pluribus habentibus jus retractus nolit partem suam, & accrescit cæteris, *arg. C. quando non pet. par. l. 1. & C. de impu. & aliis substitu. l. 1.* quod procedit etiam si plures essent collaterales, ex uno capite, & unus ex altero, qui renueret contractum, ut per *Napod. in consue. Neap.* & si ego habebam duos fundos, quorum alter Titio finitimus erat, ipsumque vendidi, totus fundus ei competit, cum ego qui sum venditor concurrere non possim rationibus pro' *Napoda. adductis in consuet. si ex uno latere nu. 90.* ubi tamen secus concludere videtur si quis inde emat à Titio. Aliquando non habet locum constitutio, aut consuetudo retractus vi venditionis, aut alienationis factæ à vicino, vel consanguineo, sed tamen aliter cogitur quis vendere, & ecce si pauper
6 habet palatium suum in civitate, sed dirutum, nec præ inopia illud instaurandi potestatem, aut facultatem habet, cogitur illud vendere, ut etiam alias dixi, nec civitas deformata remaneat, verum, & ad hoc specialiter solent facere quorundā locorum constitutiones aut consuetudines, quibus tamen deficientibus, ita jus se habere debet, *Tiraq. tract. nobilitatis c. 39. nu. 139.* & si sociorum unus
7 velit ædificium struere, alii nolint, scias quod compelluntur, *l. si proponis, C. de ædifi. priv.* & idem etiam si non sunt socii, sed curiales, *glo. in l. singulorum, in ver. dirutas, C. eod.* & destructio inhibetur, ut in eadem *glo. per l. 2. C. eod.* ubi hec verba, negotiandi causa ædificia demoliri, & marmora distrahere edicto Divi Vespasiani, & Senatusconsulto vetitum est, cæterum de alia domo in aliam transferre quædam licere, exceptum est, sed nec dominis ita transferre licet, ut integris ædificiis depositis, publicus deformetur aspectus, & quidem causa extruendorum ædificiorum, & augendi decoris civitatum, multa etiam in consuetudinibus insignium locorum circa retractum considerantur, quibus consuetudinibus abuti non decet, quoniam leges sunt, inquit *glo. in l. ult. de jure reip. lib. 11.* facit ad hoc *l. si quis post hanc legem. l. nemini, & l.*
8 *per Provincias, C. eod. titu. de ædificiis priv.* Quid autem si quis habet domum suam communem mecum pro indiviso, & vendit mihi partem suam, an retractui locus esse mihi possit adversus vicinum retrahere eam volentem? videtur non esse, quòd jus meum confusum sit, ut latius hanc quæstionem tractans differit *Marin. Frec.* celebris J. C. Neap. *in add. in consu. Neap.* incip. si ex uno de jure congrui, sed tamē dicit illud reviviscere jure exceptionis, *l. ex sextante. §. latinus largius, ff. except. rei jud. l. debitor. ff. ad Treb ll.* & ita in S. C. judicatum
9 fuisse refert, & quantum ad modum ipsius juris congrui, ut cum teneamus observandum est, quod tradit *Napoda. in consuetud. Neap. incip.* si domus de jure congrui, quòd primo descendit de proximo, in promimum, secundo ascendit de proximo ad proximum, & hi duo modi ad ædes pertinere noscitur. Tertio vadit ad latera, ut in hoc, & sequēti *§. probatur*, quarto vadit ad capita, ut cum via publica, Ecclesia, vel flumen publicum impedit, ad
10 capita alterius partis confugimus pro servando retractu. Habens autem partem in re, an si semel consenserit partem alienari, si iterum alienetur ejusmodi ejus consensus aliquid operetur? *Ruin. conf. 105. n. 2. & 3. vol. 1.* operari asserit, contrarium tamen videtur verius, quia verba debent intelligi de prima vice. *l. boves. §. hoc sermone ff. de verb. sign.* aliud tamen esset si denuncians qui habet rem suam communem pro individuo dixerit, nolle acquirere, renuntiando etiam non expectato lapsu integri temporis, ut dicimus in emphyteuta *Jas. & alii Docto. in l. ult C. de jur. emphy.* Est autem scien-
11 dum, quod appellatione domus venit etiam porticus, ut not. *Bald. in tract. statut. vers. domus num. 2. & 3.* & faciunt tradita per *Bart. & Doct. in l. cætera, ff. de lega. 1. not. Alber. tracta. statu. lib. 2. q. 203.*
12 & dicitur etiam quis partem habere respectu aditus, sive accessus in ædibus *l. prædiis §. balneas, ff. de*
13 *lega. 3.* an autem hortus contineatur in parte domus,

mus, ut intelligas nota verba *text.in d.l.prædiis §. qui domum*, & sunt hæc, Qui domum possidebat, hortum vicinum ædibus comparavit, ac postea domum legavit, Si hortum domus causa comparavit ut amæniorem domum, ac salubriorem possideret, aditumque in eum per domum habuit, & ædium hortus additamentum fuit, domus legato contine-
34 bitur. Superficiarius quoque partem in domo dicitur habere, licet jus dominii non habeat. *Afflict. in tracta.protbom.in princ.not.10.nu.38.ver.quæro an locatarius.Soc.senior.consf.139.nu.1.vol.1.* & cum in ædificiis inspiciamus quidpiam aliquando diversum ab aliis, non est prætereundum, quòd
35 ædificii etiam appellatione domus constructa, sive confecta ex lignis censetur. *Boer.decis.177.nu.7.* & non est omittendum, quòd si retrahenda est res vendita cum re non luibili habetur ratio ratæ pretii, juxta ea, quæ tradit *Afflic.tract.protbom.§.sexto colum.3.num.9.vers.sed iterum*, refert *Bald.tracta.protbomis.colum.ult.nu.24. vers.sed quomodo.* & in
36 multis casibus evenit, ut in retractu sit locus exceptioni contra regulam, aut totum redime, aut totum repudia, de qua etiam à me in *rub. hujus constit. dictum est num.* 55. & aliqua hic adiicere possum, cum partium mensio habeatur in textu, dico igitur quòd licet totius habita ratione in quibusdam casibus ad partes non deveniatur, ut ecce si concessę sunt plures res cuipiam in emphyteosim pro una pensione, isque velit solvere pẽsionem pro rata unius rei non potest, ut per *Raphael. Cum. cons.41.vers.ad secundum*, & regulariter partem tantum revendere non teneatur emptor *Perron.in consuet Burg.tit.de retrac.§.3.per l.stipulam, §.qui fundum ff.de contrah.empt. l.hæredes. §. non tantum, ff.fam.hercisc.* & facit *l. communi. §.fin.ff. commu.divid.l.stipulationum.§.si sortem ff.de verb. oblig.* & facit *text.in l.quod autem.§.Sabinus. l.& si dispares.l.quod si vero.ff.de in diem adiect.* tamen id non perpetuum est, ut ecce pars consanguinei tantum redimi potest, si vendiderunt duo, quorum unus erat consanguineus, alter non erat, & ad hoc *text.in cap.constitutus de restitu.in integr.* nisi emptor offerat totum propretie emptionis. *l.tutor. §. 1.ff.de min.* & partem patrimonialem quis suorum majorum relicta aquisititia retrahere potest. *Tiraq.de retr.consang. §.23. glo.2. nu.9* & vendita re mihi vicina cum altera nõ vicina, possum rem mihi vicinam tantum retrahere. *Bal.tract. protom.col. pen.vers.sed pone*, quòd quis habens. *Affli. in eodem tracta. §. scriptum colum. 2. vers. quarto nota.* Item pars redimi potest, cum consors meus vendiderit eodem pretio, & contractu etiam rem suam cum re mihi secum communi, vel rem meam cum ea, quæ sibi mecum communis est, quia rei suæ nulla est emptio. *l.rei suæ.ff. de contrah. empt.* nisi ille venditor rem quoque meam possidebat. *l.si aliquę ff.de acquiren.poss.& l.si emptione.§.rei suę.ff.de contrah.empt.* circa autem partes assignandas in retractu, facit, & consona est cum multis consuetudinibus, consuetudo Neap.incipiens si ex uno latere, sub *tit.de jure congr. ubi Napod. dictans*, quòd quando prædium venditum habet ex uno latere possessionem diversarum personarum, ex alio vero possessionem unius tantum, is habebit dimidiam, alii pro rata partis suæ, & vide ad hoc quæ scripsimus supra hoc eodem §.ne frustra repetam.

SUMMARIUM.

1 *IN pluribus fratribus, vel sociis an insolidum, vel viriliter detur retractus.*
2 *Quomodo illudi possit quòd de tribus lateribus dicitur.*
3 *Modica terra intermedia non impedit jure retractus, & num.5.*
4 *De re rustica ad urbanam an procedat retractus.*
5 *Vendens partem fundi, relicta altera, quæ respicit fundum vicini, an huic præjudicet.*
6 *Concursu variè consideratur retractus.*

Ejusdem Authoris in §. penult. Animadversionem.

1 SI plures sunt fratres, vel socii communiter habentes bona indivisa propinqua, vel contigua rei venditæ à tribus lateribus, ut fit mentio in hoc §. an quilibet in solidum beneficio hoc retrahendi uti possit? quod videtur cum sit individuum. *Castrens.consf.221.nu.2. vol.1*, comprobat latè *Tiraquell.de retract.consang.§.10.glo.10.nu.2.* sed potest dici esse individuum respectu patris deficientis per *l.1. C.quando non pet.par.* non autem respectu vocationis, quia illi viriliter vocantur, ut de pluribus in eodem gradu more successionis. *arg.tex.in §. si plures.Instit.de leg.agn.success.* & potest dici, quod in simili dicitur in *§.si ex pluribus. Instit. de Senatuscon. Orphic.* ubi quòd si ex pluribus legitimis hæredibus quidem omiserint hæreditatem, vel morte, vel alia causa impediti fuerint, quominus adeant reliquis qui adierint, accrescit illorum portio, & licet ante decesserint, ad hæredes tamen eorum pertinet, quia jus retractus sæpissimè ad jus successionis instar consideratur, secundum cujus modum procedit, ut per *Joan. Pappo. in consuet.*
2 *Barbon.tit.de retrac. §.436.* Quod autem hic dicitur præferri, qui à tribus lateribus prædium habet, facilè posset illudi, si magna inter emptorem, & venditorem esset concordia facta, nempè venditione rei contiguæ, ex quadam linea in directa consideratione, quæ duæ tantum partes contiguæ remanerent, quòd facilè ex situ loci, & mensura ad eundem apta cogitari, & effici posset, modo tamen ne modica tantum ad fines terra remaneret, quia & si modica terra sit intermedia, tamen ea non impedit jus retractus, ut per *Corne.consf.151.num.5. vol. 3.Anchar.consf.160.num.2.* & in urbanis, vel aliter ètiam si murus communis sit intermedius. *Joan.de*
4 *Amic.consf.1.nu.56.* Non procedit tamen regulariter retractus de re rustica ad urbanam, veluti de horto ad domum. *Affl.in tract.protom. in princ.not. 3.nu.14.vers.sed inter.Paris.consf.82. num.45. cum seq. vol.3.* quod si res contigua sit dotalis maritus ad retractum admittitur. *Bald.in tract.jur. protom.*
5 *in princ.* Solent quidam, ut impediant jus congrui sivè retractus vendere amico partem puta dimidiã fortè relicta parte altera respiciente fundum vicini, ne ipse vicinus, si venderetur totus fundus admitteretur, potest equidem id fieri, quia qualitate vicinitatis illa deficiente deficit retractus, ut in princ. hujus constit. sed dic si id factum fuit pro majori commoditate vendentis, potest jure procedere, fiut verò ob aliam causam, & fraudem vicini aliud

aliud esset, ut videtur colligi ex *dec. Capicii* 38. & licet ibi fuisset judicatum in favorem retrahere volentis, casus, & facti species diversa erat, quia ibi reliquum omne fundi spacium fuerat venditum modico intervallo, quod *Capic.* ipse fructum appellat interjecto relicto, ex quo fraus ipsa præsumebatur quæ fuit potissima causa ità decidendi, prout in fine ipsius decis. apparet. Est illud non omittendum, quod jure communi etiam præfertur vicinus habens majorem partem, ut *not. Napod. in consuet. Neap. tit. 17. de jur. congrui*, si ex uno latere *versicu tertia parte num. 87. & not. Affl. in trac. juris protom. in princ. in rub. not. & §. 7. in princ. &*
6 *Anchar. cons.* 370. & si esset concursus inter agnatū propinquum, & alterum pariter vicinum, & dominum rei alienatæ pro indiviso, dominus ipse pro indiviso esset præferendus. *Ruin. cons. 70. n. 6. vol. 1. Anto. de Alex. in addit. ad Napod. tit. 17. de jur. congr. consuet. si ex uno.* Secus si esset cessionarius, quia ea, quæ cohærent personæ, ad alium non transferuntur, *c. fin. de offic. ordin.* & secus si fraus intercederet, quod is pro se retrahere nollet, sed pro alio, quia esset dolosus cōtractus, simulatus, ac nullus, ut de hoc supr. *§. ideoq;* nec juramentum in eo teneret, quia si non valet principalis actus, nec juramentum in eo accessorium valet. *gl. in l. si patronus patronum ff. de iis, quæ in fraud. cred.* si autem concurrat vicinus habens rem conjunctam cum vicino habente etiam cā conjunctā, sed remotius, puta accessu intermedio, & cæt. quòd præferatur proximior de jure communi *not. Bal. de jur. protom. nu. 9. Tiraq. de retrac. consang. §. 11. gl. 2. in princ.* si concurrat agnatus vicinus cum habente quotam, præfertur habens quotam, ut colligitur ex *Affl. tract. jur. protom §. septimo num. 1.* & agnatus, & vicinus in re paterna luenda præfertur vicino tantùm, idem *Affl. ibidem in princ. constit. hujus n. 36.* & vicinus tantum præfertur agnato tantùm sicut etiam ei præfertur habens quotam. *Cassan. in consuetud. Burgund. rub. 10. de retract. in vers. le plus prochain. n. 4. ad finem. Cumia in ritib. M. C. rit. 106. nu. 25.* & si concurrat agnatus vicinus, & dominus directus, ipse Dominus directus præfertur ex iis, quæ dicit *Capic. decis. 99. & Cumia in ritib. M. C. rit. 99. num. 11.* & si concurrat vicinus agnatus emphyteota in alienatione rei emphyteoticæ rei vicinæ, & dominus directus illius emphyteotæ habens etiam vicinitatem tamen præfertur emphyteota, notant *Napod. in consuetud. Neap. tit. de jur. congrui, in consuet. si quis, nu. 33. Affl. tract. protom. in princ. not. 10. n. 39. vers. item quæro.* Quid si concurrat usufructuarius agnatus, & vicinus agnatus præfertur vicinus. *Affl. de jur. protom. not. 10. nu. 40. vers. item quæro usufructuarius in prin. constitu.* si concurrat dominus census, & agnatus vicinus, in re censuaria agnatus vicinus domino census præfertur, ut not. *Napod. in consuet. Neap. incipien. si quis num. 35.* modo vendatur idoneo, & salvo jure census, ut ibi: si concurrat habens urbanum, & habens rusticum, præfertur habens urbanū *Affl. decis. 223. & Ursill. ibi in addit.* si concurrat, habēns rusticum vicinum, cum alio non vicino, urbano vendito, præfertur habens rusticum vicinum, ut per *Ursillum ibi in addit. nu. 1.* si concurrat conjunctus tribus lateribus cum uno latere conjuncto consanguineo, præfertur conjunctus ex tribus, quia tria vincula vincunt duo. *Affl. tract. jur. protom. §. 7. num. 3.* & habens aditum vicinalem vel introitum præfertur habenti contiguitatem ex alio latere, ut concludit *Cosmus Nepita Caetanensis in consuet. Caetan. tit. 43. consuet. un. num. 23. per tex. in l. quod conclave*, & ibi *Bart. ff. de damno infecto*, & alia, ut ibi per eundem *Nepitam*.

SUMMARIUM.

1 **R**Etractus non habet locum in rebus per delictum fisco delatis.
2 Privilegiatus non, est fiscus, nisi quatenus jure reperitur expressum.
3 Princeps duplex habet patrimonium.
4 Usucaptum ab emptore, & omne, quod ei accessit, donec pendet lis pro retractu cedit beneficio retrahentis.
5 Ecclesia habens directam dominium, an sit præferenda, & quid si consenserit venditioni.
6 Pars, quam Ecclesia non retrahit, quomodo accrescat, & quo sensu intelligendum, quod Ecclesia non habet retractum.

Ejusdem Authoris in §. Ulti. Animadversiones.

1 **I**N rebus per delictum fisco delatis non habet locum jus retractus. *Boer. decis. 279.* quem vide pro pleniori intellectu hujus §. & quantum ad pri-
2 vilegia fisci, scias fiscum non esse privilegiatum, nisi quatenus jure expressè reperitur. *glo. in l. item veniunt §. in privatorum in ver. publica. ff. de petit. hæred. Raphael Fulgos. cons. 227. col. 2.* Et sciendum
3 est, Principem habere duplex patrimonium, unum cameræ fiscalis, ut intro tus. & exitus ipsius Cameræ fiscalis. *l. Imperatores. ff. de jure fisci*, in eo connumeratur cōfiscatio de qua in *l. commissa. ff. de pub. & in Auth. de incest. nupt. & in l. hæreditas. C. de iis quib. ut ind. & l. eam quam. C. de fideicomm.* Aliud patrimonium eorum quæ sunt semper in Aerario *Reipub.* idest Principis patrimonio *ff. de jur. fisci. l. in fraudem. §. neque*, & ista sunt proprie Principis, & appellantur regalia, tributa, & alia, quæ ad statū Imperii pertinent, de quibus in usu. feu. quæ sint regal. & in his quid prò retractu servetur, vide hic *Affl. num. 22.* & Fiscus etiam Princeps appellatur. *l. 2. §. hoc interdicto. ff. ne quid in loco publico.* Tria autem æquantur in retractu, intelligendo tamen,
4 ut hic scripsi, & distinguendo in Ecclesia, & personis Ecclesiasticis, ut ibidem, & si est controversia non solum quando clerici emunt, sed, & generaliter aliæ etiam personæ, & ea durante, emptor quid usuceperit ultra fines vēditos, id omne cedit lucro retrahere volentis imò not. *Tiraq. de retrac. consāg. §. 32. gl. un. nu. 36.* & empto dominio directo à clerico, vel ab alio; si ei accesserit utile, vel per cessationem, vel alienationem emphyteutæ, vel lineam finitam, id omne cedit lucro retrahere volentis, Idem *Tiraq. de retrac. consang. ad finem tit. quæst. 28. nu. 112. & 113.* sed quantum ad clericum intellige si emit prò se, non pro Ecclesia, ut hic dixi *num. 16.*
5 Quid si Ecclesia habeat directum dominium rei emptę, velitque retrahere vicinus, an tamen ipsa in emptione præferatur? dic præferri. *l. ult. C. de jure emphyteotico.* Quid si consenserit venditioni an adhuc

adhuc non obstante retractu offerendo Ecclesia in avocanda possessione ab emptore præferatur jure directi dominii? Dic præferri, ut decisum est in S. Cons.Neap.apud *Capyc.dec.99.* ubi latè de hoc lo-
6 quitur, cum autem dicatur in hac constitutione, quòd Ecclesia non habet retractum, nota doctrinā *Napodani in consuet. Neapol. incip. si ex uno in ver. diversarum*, quòd si juxtà rem venditam in uno latere est possessio Titii, & Mevii, & Ecclesiæ, portio ipsius Ecclesiæ, idest, quæ competeret ipsi Ecclesiæ accedit primò sibi conjuncto in eodem latere, cum ea habeatur pro non latere, & si possessio Ecclesiæ est inter Titium, & Mævium, jus retractus accrescit ambobus, unicuique scilicet secundum magnitudinem conjunctionis, quæ est juxta rem venditam, quia licet ratio magnitudinis non habeatur de conjūcto ex uno latere ad conjunctum alterius lateris ea tamen inter conjunctos ex eodem latere habetur, quod est notandum, quia præsepe contingere potest, & si ab uno latere est N. vicinus ab altero scilicèt à contraria parte est vicina domus Ecclesiæ; quæ non admittitur ad retractum, an ille vicinus vi juris congrui capiat partem, vel rem totam? dic eum capere rem totam ex iis, quæ dicit *Afflict. in tract. jure protom. in princ. constit. num. 46. vers. pone quod venditur domus*, & ab uno latere est domus Ecclesiæ.

FINIS.

Imprimatur.

Petrus Antonius Ghibertus Vic. Gen.

Rutilius Gallacinus Can. Dep. vidit.

